GNESNE PRIMAS IO

PP. Eremi Camaldulens. Montis Regii prope Varsaviam.



A. VI. 9 a

VIRO
LITERARVM HVMANIORVM
STVDIIS CLARISSIMO
# D. THOMÆ
# ROLANDO.

QVod antiquis, apud quos nihil niſi auſpicio prius ſumto gerebatur, factitatum, ut, ex more, [1] nuptiis Auſpices interpoſiti quamvis Auſpicia deſiiſſent, ipſo tamen nomine veteris conſuetudinis veſtigia uſurparent: hoc pleriſque noſtrum, quos vexat inſanabile hoc ſcribendi cacoëthes, uſu venit, ut quamvis patronorum exoleverit cum autoritas, tum benignitas; non citra ambitionem tamen ſummis & gravibus viris periturae chartae tutelam obtrudamus. Mihi vero illud hic neceſſario advenit. [2] *Epiſtolam namque accipiebant olim Tragœdi, quibus pro ſe* ( ex ſua ſc. perſona, in Poëmate Dramatico) *loqui non licuit.*[3] *Quam vocaliſſimus aliquis è Curionibus eligebatur qui legeret*, ſi quid eſſet, quod vel à Principe petitum, vel Populo commendatum vellent. Quidnam igitur id eſt, quod Tragicorum nomine per epiſtolam ego quaſi Theatralis præco exequi velim? Ipſorum equidem Tragicorum dignitati parum conſulere, politioris literaturæ virorum judiciis, & quantum ubique eſt venuſtiorum hominum ingeniis diffidere viderer, ſi in Tragœdiæ late patentes laudes diſcurrerem. De harum tamen autoribus & ordine ſunt quæ lectorem monitum velim; ſed, pro more, ſeorſim. Cum vero eò ſit malignitatis ventum, ut bonas literas ( quæ ſibi olim inſularum loco ) non aliud maneat præmium quam convicium, neque id à Momis modo, ſed & Archilo-

1 *Val. Max. l. 2. c. 1.*

2 *Martialis ad lib. 2. epigr.*

3 *Plinius epiſt. 4. l. 7.*

chis, dum τέττιξ μὲν τέττιγ' ἐχθρὸς, μύρμακι δὲ μύρμαξ, Tutani ἀλεξικακωτάτου patrocinium fruſtra invocem. Si tamen larvas & Romanæ Orcheſtræ ſiparia minus infeliciter ſublata viderit delicata hujus ætatis juventus, cui cum 4 Grammatico illi τὸ μέγα βιβλίον ἴσον τῷ μεγάλῳ κακῷ, & quæ librum (qualem ille puellam, *Nolo*, inquit, *nimis facilem difficilemve nimis: Nec volo quæ ſatiet, nec volo quæ cruciet*) librum, inquam, probet, qui ingenium acuat, non torqueat; non obtundat: Si hic reperiat æquanimus ſpectator unde nec queratur *lumbos ſedendo, oculos ſpectando dolere*, neque ſibi opus eſſe Theſpidis plauſtris, quæ tricubitales commentarios, ocioſa ſcholia, voluminoſas criticorum animadverſiones, varias lectiones, adverſaria, adnotationes, &c. vehant; cum illi ruſticanti vel etiam peregrinanti, ad manum, imo in manu ſit Tragœdiarum Lat. decas expeditiori elucidata opera: habebit, de quo illi gratias agat, cujus auſpiciis publicum indipiſcuntur admarginales iſti ignari & ocliferia, quæ lectoris, non omnino ab his ſtudiis feriati, aurem vellant. Tu autem (vir humaniſſime) cui gratiſſimam ſemper fuiſſe nôrim ipſam cothurnatam Philoſophiam; nec apparatum hunc utcunque rudem, fæces, ceſpiteſque aſpernare; & hoc qualecunque cape eo quo offertur animo, ſimplici, candido, facili. quod autem ab ingenio meo habet leve, genio tuo penſa, & feliciter vale.

4 *Callimacho apud Athenæum l.3.c.1.*

*Officioſo amore tibi devinctiſſimus*

THOMAS FARNABY.

AD

# AD LECTORES.

INtroite ſultis, conſidite, aures atque animos advortite. Huc vel ipſe Cato intret, expectet, ſpectetque. Neque enim hîc prodeunt veſte exuta Mimæ aut nudatæ uxores Summœnianæ; ſed graves matronæ, cothurnatæ Deæ. Namque hic philoſophia dominatur cothurnata, perſonata regnat Stoa. ubi verus ille antiſtes Stoæ Senecæ hiſtrioniam facit, imo in ſcenam ipſe venit. Quidni enim credamus opt. fidei hiſtorico, Senecam carmina crebrius factitaſſe, poſtquam Neroni amor eorum veniſſet? aut cur animis juxta ac pedibus eamus in ſententiam Doctiſſimorum hominum, quotquot eruditum hunc humaniorum ſtudiorum attigerunt pulverem, & penitioris hujus literaturæ Criticæ ſacris ſunt operati? Qui omnes anxia jampridem habita diſquiſitione, pro varia autorum mente, è temporum, occaſionum, prologorum & argumentorum diſcrimine, diſſimili charactere & ſtylo, modulamine in choris impari, οἰκονομίᾳ, artificio in repræſentationibus & narrationibus, diverſa denique placitorum & ſententiarum diſciplina, non agnoſcunt modo Marcum illum ſeu patrem Senecam qui Orcheſtram quatit Euripidis, ſed & admittunt illum alterum qui colit hiſpidum Platona, Incaſſumque ſuum monet Neronem. Quamvis & eorum utrique quaſdam ex iſtis tragœdiis abdicent, merito relegatas ad Rhetorum ſcholas, quas olent leviculæ ingenii ſtricturæ, vitreæ acuminis ſcintillationes, atque ex ſubtili argutiarum, quem vibrant, fulgore, ignes fatui & fumus. Fretus itaque judicio Illuſtrium virorum Ant. Del Rii, Iuſti Lipſii, Ioſ. Scaligeri, maxime vero Cl. Dan. Heinſii, à quibus Diſpertiti viri, diſpertiti ordines, altam Medeam, floridum Hippolytum, divinam tragœdiam Troadas L. Annæo Senecæ philoſopho adſcribo, nec non eidem (ſi ab Heinſii judicio diſcedere liceat) πολυμάνθλωτον Oedipoda: Senecæ Tragico Agamemnona, HerculemFurentem, Thye-

*ſten, & ejuſdem ferme cum Thyeſte commatis, accerſitarum ambitioſe ſententiarum, affectati acuminis ambigue & ab inexſpectato reſpondentis, Thebaida, niſi potius autorem habeat proprium; poëtaſtro cuipiam è Declamatorculorum ſchola ocioſum Herculem in Oeta; nec feliciori artifici languidam Octaviam. Atque hic mihi ab autoribus & Tragœdiarum dignitate ordo, neque is ſine exemplo, ſine autoritate. Poſt alios judicavit hoc I. Lipſius, expreſſit Delrius, &, niſi hoc illius conſilium prævertiſſet Typographi feſtinatio, expreſſurus erat vir Literis juxta ac Humanitate Clariſſ. D. Heinſius in editione ſua, quam priùs ſecutus ſum, ut & in hac editione nuperam illam è recenſione Conſummatiſſimi Exactiſſimique Viri P. Scriverii; è cujus Muſeo ſecundas in Senecam curas ſperare poſſumus, adeo multa humaniter oſtendebat mihi à ſe adnotata, præter cenſuras, varias lectiones, conjecturaſque inſignes Cl. V. Hugonis Grotii, & Chirographos inſuper codices, quibus eſt inſtructiſſimus. Et quoniam, ut citat illud Antiphanis Deipnoſophiſta,*

μακάριόν ἐστιν ἡ τραγῳδία
Ποίημα κατὰ πάντ᾽, εἴγε πρῶτον οἱ λόγοι
Ὑπὸ τῶν θεατῶν εἰσὶν ἐγνωρισμένοι.

*Argumentum cum Tragœdiis tum Scenis ſingulis præfixi, locos obſcuriores notis ad marginem illuſtravi, levibus illis quidem, & quarum prope pudet, ſed* κατὰ τὴν ὕλην ὑποκειμένην. *Quis enim non videt* τὸν μῦθον εἶναι ἀρχὴν καὶ οἷον ψυχὴν τῆς τραγῳδίας; *intumeſcere iſta monſtris fabuloſis & Palæphatia-farciri papyro? Verum & hæc & errata, ſi qua, me abſente & apud Belgas degente, parum caverunt operæ Typographicæ, vos candore veſtro ſublevate atque* adjuvate. ut Vos ſervet Salus.

THO. FARNABY.

In Senecam Tragicum brevibus Notis à Præſtantiſſ. viro

D. THOMA FARNABIO

*illuſtratum.*

ORcheſtram Senecæ, denſamque evolvere nubem,
Molita eſt vaſto ducta labore manus.
Reſtabat brevitas. FARNABIUS attulit iſtam:
Et lucem brevitas ingenioſa dedit.

*Daniel Heinſius.*

---

In Senecæ Tragœdias, à Viro digniſſimo eruditiſſimoque

THOMA FARNABIO

recenſitas, & notis illuſtratas.

*ARmare Muſam Seneca dum Latiam ſtudet*
*Cothurno; honeſtum, ſplendidum, auguſtum ſatis,*
*At arctiorem Diva quam ferret, dedit;*
*Nodiſque fixit, nulla quos acies ſecet.*
*Hinc præpedito Muſa ſubſiſtit pede,*
*Et ne Tragœdi claudicent, oritur metus.*
Farnabius *iſtud ſedula mente intuens;*
*Muſæ labores, difficultates, moras,*
*Vmbras Theatri, nubilas Scenæ fores;*
*Et dura Tragicæ vincla Melpomenes videns,*
*Opus ut vel ipſo, ad Oedipum, Oedipo foret:*
*Exurgit, Erebum luſtrat, expurgat Stygem*
*Nigram; Tragœdis lampadem accendit novam,*
*Solvitque preſſæ compedes duras Deæ.*
*Splendor cothurno jam redit, nitet chorus,*
*Spectator alacris cernit ardentes faces,*
*Æquoque Iambus integer conſtat pede;*
*Offenſa reſtat nulla, non griphus manet.*
*Hem macte, Tragicum nil tibi accidat aut tuis;*
*Qui de Tragœdo tam benè es meritus tuo!*

Richardus Andreæ, M. D.

*Literatiſſimo, amiciſſimo, candidiſſimoque pectori*

## THOMÆ FARNABIO,

Sonulum Hendecaſyllabicum ſacro.

VItæ Scena magiſtra ſingularis,
Scenæ vita Tragœdus; in tragœdis
Lux primæ Seneca eſt ſuprema ſedis;
Qua TV lux Senecæ ſimul locaris.
Das Stellis ſupereminere claris,
Tanquam ardentibus undecunque tedis,
Et mendis Tragici medere fœdis;
Noſtris unde nepotibus canaris,
Lugdunum neque te modo Batavis;
Londinumve ſuis legat Britannis,
Vrbem Æternus utram tenere mavis:
Cunctis quin legitor locis & annis.
Nec linguis hominum ferire pravis,
Et cedat tibi temporum tyrannis.

*Hugo Hollandius.*

---

De opere, operis Autore, autoris interprete, Interpretis Amicus;

*Laur. Whitakerus.*

*DRamata ſi ſpectes, eſt alta Tragœdia princeps;*
*Si Tragicos, Senecæ prima corona datur.*
*Sic tu,* FARNABI, *tractas Drama atq; Poëtam:*
*Vt ſint interpres, Drama, Poëta, pares.*

---

Viro de re literaria optimè merito;

THOMÆ FARNABIO.

ERipuit Senecæ vitam Nero peſſimus: at tu
(Quod majus) vitam reſtituis Senecæ.
*Lucius Annæus* nunc rite vocetur: & *annos*
Luſtratus per te *luceat* innumeros.

*Na. Tomkins.*

# MEDEA.

## PERSONÆ.

MEDEA. CREON. CHORVS.
IASON. NVTRIX. NVNCIVS.

## *ARGVMENTVM.*

Medeam, cujus ope vellere aureo potitus fuerat, Iaſon ob maleficia repudiarat. thalamis exturbatam, & Corintho (quo jam profugerat Iaſon) ejici oportebat. Illa, unius diei impetrata mora, Creuſæ Creontis regis Corinthiorum natæ Iaſoni deſponſatæ pallam, aliaque munera magicis infecta venenis mittit: quibus indutis ignem corripuit palla, miſereque exarſit nova nupta una cum patre in natę auxilium accurrente. Medea denique filiis, quos Iaſoni pepererat, in patris conſpectu trucidatis, per aëra aufugit.

## ACTVS PRIMVS.

### MEDEA.

*Medea deſerta ſuperos inferoſque Iaſonis ultores invocat.*

[1] *Dii conjugales; tuq;* [2] *genialis tori*
[3] *Lucina cuſtos;* [4] *quaque* [5] *domitorem freti*
[6] *Typhin* [7] *novam* [8] *frænare docuiſti ratem;*
*Et* [9] *tu profundi ſæve dominator maris;*
*Clarumque* [10] *Titan* [11] *dividens orbi diem;*
[12] *Tacitiſque præbens conſcium ſacris jubar,*
[13] *Hecate triformis;* [14] *quoſque juravit mihi*
*Deos Iaſon; quoſque* [15] *Medea magis*

1 *Iupiter & Iuno* γαμήλιοι, ſeu τἀλειοι. Πειθὴ *ſeu Suada* nuptiarum conciliatrix, pronuba. *Diana:* operis domeſtici & familiæ adminiſtrandæ præſes: *Lucina* de qua mox, nota. C. *Venus* γενετυλλὶ geniruræ domina: *Genie* (qui quod una natus ſit natoſque tueatur, vel quod ut generemur curet, à gignendo nomen habet) & *Hymenae*. de quo Thebaid. ℣. 262.
2 Qui in Genii honorem nuptiis ſternitur.

3 Εἰλήθυια, puerperii præſes *Diana*, parturientibus à Parcis præfecta, quod ipſam ſine dolore in utero geſtaſſet mater, & abſque ſenſu in lucem edidiſſet. *Callimach.* Lucina dicta, Ovid. *dedit hic tibi nomina lucus, Aut quia principium tu dea lucis habes.* ad pariendum autem confert Luna. 4 Minerva. 5 Vide Troad. ℣. 817. & inf. ℣. 318. & 617. 6 Gubernatorem navis in Argonautica expeditione. 7 Primam infra ℣. 318. 8 Metaph. audacior. 9 Neptune. 10 Sol fili Hyperionis, qui unus e Titanibus. *vid. Herc. Fu.* 966. 11 Alternam præbens utrique Hemiſphærio lucem. 12 Noctu & in locis ſecretis fieri ſolitis, magicis, necromanticis, *alii*, Eleuſinis. *vid. Hercul. Fu.* ℣. 300, & ℣. 844. 13 Vide Hippolyt. ℣. 411. 14 Vel generaliter, deos, pro more, in contrahendis nuptiis jurejurando teſtes adhibitos: *vel* Sidera & Horas, inf. ℣. 481. 15 Infernis, ſacris, magicis initiatæ.

*Fas eſt precari;* [16] *noctis æternæ chaos*
[17] *Adverſa ſuperis regna,* [18] *maneſque impios,*
[19] *Dominumque regni triſtis, &* [20] *dominam fide*
[21] *Meliore raptam, voce non fauſta precor :*
*Adeſte, adeſte ſceleris* [22] *ultrices deæ,*
[23] *Crinem ſolutis ſqualidæ ſerpentibus,*
*Atram cruentis manibus amplexæ facem,*
*Adeſte :* [24] *thalamis horridæ quondam meis*
*Quales ſtetiſtis :* [25] *conjugi letum novæ,*
*Letumque* [26] *ſocero &* [27] *regiæ ſtirpi date.*
[28] *Mihi pejus aliquid, quod precer ſponſo malum;*
*Vivat; per urbes erret* [29] *ignotas egens,*
*Exul, pavens, inviſus, incerti* [30] *laris :*
*Me conjugem optet; limen alienum expetat,*
[31] *Iam notus hoſpes : quoque non aliud queam*
*Pejus precari, liberos* [32] *ſimiles patri,*
[33] *Simileſque matri. parta, jam parta ultio eſt.*
[34] *Peperi. querelas, verbaque incaſſum ſero.*
*Non ibo in* [35] *hoſtes ?* [36] *manibus excutiam faces,*
[37] *Cœloque lucem. ſpectat hoc* [38] *noſtri ſator*
*Sol generis? &* [39] *ſpectatur, & curru inſidens*
*Per ſolita* [40] *puri ſpatia decurrit poli ?*
*Non redit in ortus, & remetitur diem ?*
*Da, da per auras curribus* [41] *patriis vehi.*
*Committe habenas, genitor, & flagrantibus*
[42] *Ignifera loris tribue moderari* [42] *juga.*
[43] *Gemino Corinthus littori opponens moras,*

16 Hiatum & cæcam voraginem æternæ noctis, id eſt, mortis & inferorum. Vide Herc. Fu. 609. & Thyeſt. 830. 17 Infera, triſtia, obſcura, letalia, mala, oppoſita ſuperis, lætis, lucidis, vitalibus, bonis. 18 Vmbras, ſeu animas impiorum corpore exutas. 19 Plutonem. 20 Proſerpinam. 21 Neque enim ea mente rapuit eam Pluto ut repudiaret, quod fecit in me Iaſon. 22 Eumenides. Pœnæ. Furiæ. Herc. Fu. ℣.100. 23 Erinnys, Furiæ excutite *pronam flagranti vertice pinum Stridenteſque comas.* 24 Nuptiis infauſti exitus furias ſtatuunt auſpices & pronubas. *Nam mihi nec Iuno nec Hymen, ſed triſtis Erynnis Prætulit infauſtas ſanguinolenta comas.* Hypſip. Ovid. vide *Octav.*23. *&* 158. 25 Creuſæ. *al.* Gluace. 26 Creonti 27 Liberis Iaſonis meiſque. 28 Suggerite mihi pejus aliquod letho malum, quod Iaſoni imprecer. *Et hoc eſt*, Vivat. Gruterus ſubintelligit *eſt*, hoc ſenſu: Quod ad Iaſonem ſpectat, non mihi opus Furiarum opera : eſt enim ad manum quod ei imprecer omni morte pejus; vitam exulem atque inopem. 29 Inimicas. 30 Domus, loci habitandi. 31 Namque hic & apud Creontem hoſpes eſt. 32 Perfidos, 33 Veneficos, crudeles 34 Liberos tales futuros, *vel*, quos in patris ultionem trucidem, peperi. 35 Creontem, Creuſam, Iaſonem & liberos ? 36 Ex manibus δᾳδούχων illas Creuſæ nuptiis præferentium. de facibus, vide quæ ad ℣.263. & ℣.507. Theb. & infr. ℣. 112. 37 Inducamque extinctis facibus tenebras. 38 Æthes enim Medeæ pater fuit, Solis ex Perſa Neptuni filia natus. 39 Annon horrens refugit, vultuſque ſuos tegit ? 40 Non mutati. nulla nube maculati, nec in ortum redeuntis, ut in ſcelere Thyeſtæo ? vid. Act.4. cum choro, & act. 5. Thyeſt. 41 Me avitis ut Phaëtonta quondam paterno curru. 41 Equos ignipedes; flammivomos 43 Et comburam Corinthiacum Iſthmon cum urbe in qua Creon, Iaſon, Creuſa. Sic, *Qui ſecat, & geminum gracilis mare ſeparat Iſthmos, Nec patitur conferre fretum; ſi terra recedat, Ionium Ægæo franget mare.*

Crema-

*Cremata flammis maria committat duo.*
*Hoc reſtat unum: pronubam thalamo feram,*
*Vt ipſa [44] pinum; poſtque [45] ſacrificas preces*
*Cædam dicatis [2] victimas altaribus.*
*Per [2] viſcera ipſa quære ſupplicio viam,*
*[3] Si vivis, anime: ſi quid antiqui tibi*
*Remanet vigoris, pelle femineos metus,*
*Et inhoſpitalem [46] Caucaſum mente indue.*
*[47] Quodcunque vidit Phaſis aut Pontus nefas,*
*Videbit Iſthmos. effera, ignota, horrida,*
*[48] Tremenda cœlo pariter ac terris mala,*
*Mens intus agitat; vulnera, & cædem, & vagum*
*Funus per artus. levia memoravi nimis:*
*[49] Hæc virgo feci. gravior exſurgat dolor.*
*Majora jam me ſcelera poſt partus decent.*
*Accingere ira, teque in exitium para*
*Furore toto: [50] paria narrentur tua*
*Repudia thalamis. quo virum linquis modo?*
*Hoc quo ſecuta es. rumpe jam ſegnes moras:*
Quæ ſcelere pacta eſt, ſcelere rumpetur fides.

44 Facem è pinu. vid. inf. ℣. 111. & Thebaid. ℣. 253. Sunt qui *Spinum* legunt: nam & è Spina alba faces nuptiales fieri ſolitæ. innuit autem ignem illum venenatum, quo Creuſam perditura ſit cum patre ſuo.
45 In nuptiis quidem adhibitæ preces & ſacrificia. Medea autem incantationes ſuas intelligit.
2 Liberos ſuos ex Iaſone innuit, quos mactare inſtituit. 3 Se ad vindictam incitat. 46 Feritatem & crudelitatem Heniochorum & Scytharum qui ad Caucaſum. Thyeſt. ℣. 1046. vel etiam meam quæ è Colchide. 47 Tale hic in Corintho patrabo facinus quale olim in Colchis, cujus Phaſis fluvius eſt, quæque Ponto contermina. ubi ſc. fratrem Abſyrtum diſcerpſi diſperſique, ut patri me inſequenti moram injicerem, dum artus diſſipatos colligeret. 48 Diis & hominibus abominanda. 49 Hæc in fratre Abſyrto feci virgo ut Iaſoni nuberem, cui nuptæ & ex eo matri factæ, ne dimittar, vel etiam in repudii vindictam majora ſunt ſcelera excogitanda. 50 Nuptias proditione patris & cæde fratris conciliavi, repudium cæde ſuperinductæ Creuſæ & propriorum liberûn ulciſcar.

## CHORVS.

*Chorus è mulieribus Corinthiis Iaſonis & Creuſæ nuptiis Epithalamium præcinit.*

[1] AD regum thalamos numine proſpero,
*Qui cœlũ, ſuperi, quiq; regunt fretũ,*
*Adſint, cum populis [2] rite faventibus.*
*Primus ſceptriferis colla [3] Tonantibus*
*[4] Taurus celſa ferat tergore candido.*

1 Ad Iaſonis & Creuſæ nuptias. 2 In ſacris principum inaugurationibus, adoptationibus, nuptiis, adſtantes favebant linguæ, id eſt, malis verbis abſtinebant, bona dicebant εὐφήμουν: votis & acclamationibis fauſta lętaque ominati. vid. Octav. 697. 3 Iovi & Plutoni. Dio quidem rubentes tribuunt manubias, eaſque interdiu miſſas: Summano albas vel nigras, eaſque noctu, ſed & Iuno, Pallas, aliique è diis fulmen jaculari dicuntur, ſed quod à Iove acceperint. 4 Neptuno, Apollini, Marti taurum immolari, Iovi nequaquam vult Servius. Has itaque infauſtas fore nuptias ominatur. Sed τῷ διὶ ἤγοντο ταῦροι πάγκαλοι εἰς τέσσαρας. Xenoph. Cyripæd. Et, ἔθυσα τῷ διὶ βασιλικῶς, ταῦρον λευκόν. Iulian. ad Libanium.

*[5] Lucinam nivei femina corporis*
*Intenta jugo placet: &, aſperi*
*Martis ſanguineas [6] quæ cohibet manus,*
*Quæ dat belligeris fœdera gentibus,*
*Et (a) cornu retinet divite copiam,*
*(b) Donetur tenera mitior hoſtia.*
*Et [7] tu qui [8] facibus legitimis ades,*
*Noctem [9] diſcutiens [10] auſpice dextera,*
*Huc incede gradu [11] marcidus ebrio,*
*Præcingens roſeo tempora vinculo.*
*Et [12] tu, quæ gemini prævia temporis*
*[13] Tarde ſtella redis ſemper amantibus:*
*Te matres avidæ, te cupiunt nurus,*
*Quam primum radios ſpargere lucidos.*
*Vincit [14] virgineus decor*
*Longe [15] Cecropias nurus:*
*[16] Et quas [17] Taygeti jugis*
*[18] Muris quod caret oppidum:*
*Exercet juvenum modo,*
*[19] Et quas [20] Aonius latex,*
** Alpheuſque ſacer lavat.*
*Cedent [21] Æſonio duci,*
*Si forma velit aſpici,*
*[22] Proles fulminis improbi,*
*[23] Aptat qui juga tigribus:*
*Nec non [24] qui tripodas movet,*
*Frater [25] virginis aſperæ.*
*Cedet [26] Caſtore cum ſuo*
*Pollux cæſtibus aptior.*
*Sic, ſic, Cœlicolæ, precor,*

5 *Iunonem ante omnes, cui vincla jugalia curæ, Candida & intacta placet cervice juvenca.* 6 *Vel* Venus, quæ *Pace frui Martem cogere ſola poteſt.* Et huc reſpicit quod ſubjungitur. (b) *Donetur teneri mitior hoſtia.* ſic Flaccus, *Mactata veniet lenior hoſtia:* quæ meri patera cum thure. quandoque tamen ſus illi mactabatur, & hinc feſtum ὑστερία. *vel* Pax ſeu Concordia, *unde fluit* (a) *pleno cunctorum copia cornu.* alluditque ad κέρας Ἀμαλθείας ſeu Acheloi. Sed & Paci bos cædebatur, verum ſeorſim extra Deorum conſpectum. 7 Hymenæe, Deus nuptialis, Bacchi fili, &c. mox nota. a. 8 Legitimis nuptiis. inf. ℣. 114.
9 Face quam præfers nuptiis. 10 Vide Troad. 861. 11 Namque *marcentes gaudet vibrare coronas, Et quaſſare faces & noctem ducere ludo.* ut decet Bacchi filium Venerisque patrem: *aliis* Apollinis & Calliopes filium. 12 Veneris ſtella, noctis prævie Heſpere, diei prænuncie Phoſphore. Hippol. ℣. 748. 13 *Vt nox longa quibus mentitur amica*, &c. Ita ſponſorum, noveque nuptarum deſiderio tardo procedere videtur dies nuptiis dictus. 14 Virginis ſponſæ, Creuſæ ſeu Glauces. 15 Atticas puellas nubiles. Cecrops autem primus erat Athenienſium rex. 16 Et Lacenas virgines quæ patrio more exercentur virilibus officiis: curſu, venatione, palæſtra, idque nudæ. 17 Laconiæ montis, Spartæ imminentis. *Virginibus Bacchata Lacænis Taygeta.* 18 Quod tamen poſtea muris cingi cœpit. prius ἀνδράσι καὶ ἐκ πλίνθοις στεφανώμενον. 19 Vincitque Thebanas virgines. Bœotia autem prius Aonia dicta eſt ab Aone Neptuni filio. 20 Dirce fons Bœotiæ prope Thebas Muſis ſacer. adeoque tacite ipſis Muſis Creuſam confert. * ℣. 116. *Thyeſt.* cur item ſacer ſit, vide *ibid.* 21 Iaſoni filio Æſonis, qui filius Cretæi, Cretæus Æoli. 22 Bacchus vid. Herc. Fu. ℣. 455. pulcher, Hippol. ℣. 751. 23 Oedip. ℣. 425. & Hipp. ℣. 753. 24 Apollo cujus reſponſa reddit vates in tripode ſtans. vid. Oed. ℣. 227. 25 Dianæ venatricis, montivagæ, perpetuæ virginis. 26 Κάστωρ δ' ἱππόδαμος, καὶ πὺξ ἀγαθὸς Πολυδεύκης, pulcherrimi, Iove quippe cygno geniti: Hippol. ℣. 807.

*Vincat* [27] *femina conjuges,*
*Vir longe ſuperet viros.*
*Hæc cum virgineo conſtitit in choro,*
*Vnius facies prænitet omnibus.*
[28] *Sic cum ſole perit ſideribus decor;*
*Et* [29] *denſi latitant Pleïadum* [29] *greges;*
*Cum Phœbe ſolitum lumine* [30] *non ſuo*
[31] *Orbem circuitis cornibus alligat.*
[32] *Oſtro ſic niveus* [33] *phœniceo color*
*Perfuſus rubuit:* [34] *ſic nitidum jubar*
*Paſtor luce nova* [35] *roſcidus aſpicit.*
*Ereptus thalamis* [36] *Phaſidos horridis,*
*Effrenæ ſolitus pectora conjugis*
*Invita trepidus prendere dextera,*
*Felix* [37] *Aoniam prendito virginem*
[38] *Nunc primum* [39] *ſoceris,* * *ſponſe, volentibus:*
[40] *Conceſſo, juvenes, ludite* [40] *jurgio,*
[41] *Hinc illinc, juvenes, mittite carmina:*
Rara eſt in dominos [42] juſta licentia.
*Candida thyrſigeri* [43] *proles generoſa Lyæi,*
[44] *Multifidam jam tempus erat ſuccendere* [45] *pinum.*
[46] *Excute ſolennem digitis* * *marcentibus* [47] *ignem.*

27 Creuſa. 28 Sic ubi ſoli orienti velut lumini majori ſuam cedunt lucem ſtellæ. 29 Alludit ad etymon ſideris ſeptiſtellii ἀπὸ τῦ πλείςυ, id eſt, à pluralitate & vicinitate ſtellarum, *aliis* autem ἀπὸ τῦ πλεῖν quod ortæ navigandi tempus deſignent Atlantides, Vergiliæ.
30 Lumine notho & mutuato à ſole lucens. vide Hippol. ℣. 741. 31 In plenilunio. Hippol. ℣. 742. 32 ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ, &c. *Fulget ebur veluti Tyrio quod tinxerit oſtro Mæonis, aut Paphiis lilia miſta roſis.* 33 Thyeſt. ℣. 344. 34 Hæc ad Endymionem ſunt qui referunt. rectius ad ſolem orientem. *Quale novo Phœbo aut Tithoni conjuge cælum Subrubet.*
35 Vigil, rore nocturno madens, vel luce nova, id eſt, Aurora roſcida, *Hypallage.* 36 Medeæ ad Phaſim natæ. ſup. ℣. 44. barbaræ, crudelis, veneficæ. cujus ſcil. thalamos Iaſon merito horreat.

37 ἀντίθετον Phaſidi, id eſt, barbaræ. *Græcam* ſup. ℣. 80. vel lege *Æoliam.* Creonti enim patri Creuſæ Siſyphus pater qui filius Æoli. infr. ℣. 746. commendaturque ſponſa à Deo generis authore. 38 Namque in priores non conſenſerat Æſon, Ætha certe invito. 39 Æſone & Creonte, * al. *ſponte volent.* 40 In nuptiis enim dicteria in ſponſum ſponſamque jacere licuit. 41 Epithalamium à virginibus & adoleſcentibus alterne cantatum, ante thalamum; ne compreſſæ à viro puellæ audiretur vox. 42 Lege *iſta licentia.* ſc. libertas loquendi quidlibet apud dominos raro permiſſa eſt, in Mercurialibus apud Cretenſes, Saceæ feſto apud Babylonios, Peloriis apud Theſſalos. Saturnalibus apud Romanos, ut & nuptialibus. 43 Hymenæe fili Bacchi, qui *Quod ſolvit curis corda, Lyæus erit* ἀ λύοι. thyrſi autem haſtæ quas pampinis intextas Bacchides in Orgiis geſtabant. ſup. ℣. 67. 44 In modum ſpicarum inciſam, quo facilius flammam concipiat. 45 Supra ℣. 38. 46 Concute, jacta, *inquit Delrius.* credo ego in nuptiis felicibus Hymenei partes fuiſſe ignem nuptialem extinguere, ſponſumque & ſponſam in thalamos vocare. & ad hanc conjecturam facit quod Medea ſup. ℣ 27. minata eſt velle ſe faces excutere, infelici omine. & ſup. 67. * Supra ℣. 69. 47 Fax in nuptiis prælata in honorem Cereris. ignis & aqua adhibita, quod fœtus animantium calore & humore corporentur atque animentur ad vitam.

*Feſta dicax fundat* [48] *convicia* [49] *Feſcenninus.*
*Solvat turba jocos.* [50] *tacitis* [51] *eat illa tenebris*
*Si qua peregrino nubit fugitiva marito.*

48 Dicta jocularia. ῥήματα αἰσχρὰ καὶ ἀσχημοσύνης γέμοντα Chryſoſt. & Lucan. 49 *nec more Sabino Excepit triſtis convicia feſta maritus.* 50 Pueri verſus Feſcenninos omni verborum laſcivia imo obſcœnitate refertos canebant, ut novæ nuptæ aures returarent, ſed poſita prius prætexta, cujus purpura verecundiæ ſymbolum dict. a Feſcennio Hetruriæ oppido. aliis à *faſcino* quod ad nimias laudes (quæ in Epithalamio occinebantur) à Nemeſi vindicandas & arcendum faſcinum. à præfiſcinis adjiciebantur Feſcennini. 51 Deducatur ad maritum illa abſque facibus, Epithalamio, Feſcennino, quæ domo patris profuga peregrinum ſecuta, raptori clam & inconceſſo nupſit. quod fecerat Medea, in quam hoc obiter jactum eſt convicium.

# ACTVS SECVNDVS.

## MEDEA. NVTRIX.

*Audito Hymenæo furit Medea, quam ſedare nutrix laborat, ſed fruſtra.*

*Occidimus. aures pepulit* [1] *Hymenæus meas.*
*Vix ipſa tantum, vix adhuc, credo malum.*
*Hæc facere Iaſon potuit?* [2] *erepto patre,*
*Patria atque regno, ſedibus ſolam exteris*
*Deſerere,* [3] *durus merita contempſit mea,*
*Qui ſcelere* [4] *flammas viderat vinci &* [5] *mare?*
[6] *Adeone credit omne conſumptum nefas?*
*Incerta, vecors, mente non ſana feror*
*Partes in omnes, unde me ulciſci queam.*
*Vtinam eſſet* [7] *illi frater! eſt conjux; in hanc*
*Ferrum exigatur: hoc meis ſatis eſt malis.*
*Si quod Pelaſgæ, ſi quod urbes barbaræ*
*Novere facinus, quod* [8] *tuæ ignorant manus,*
*Nunc eſt parandum.* [9] *ſcelera te hortentur tua;*
[9] *Et cuncta redeant;* [10] *inclytum regni decus*
[11] *Raptum: & nefandæ virginis* [12] *parvus comes*
*Diviſus enſe, funus* [13] *incertum patri;*

1 Epithalamium, carmen nuptiale chori ſc. præcedentis. de Hymenæo vide quæ ad ℣. 262. Theb. 2 Poſtquam eripuit me patri, patriæ, regno. 3 Ingratus, immemor. 4 Herbis & incantamentis illi à me datis vicit æripedes & ignivomos tauros. 5 Mare pacatum artub. lacerati fratris. 6 Itane exhauſtam mihi credit omnem malarum herbarum ſcientiam, & magicas artes ad ſcelera potentes, ut nihil reliqui ſit in ipſius vindictam? 7 Quem diſcerperem, ut meum olim ſup. ℣. 54. 8 O Medea. *ſuas innuit.* 9 Ad animum revoces priora ſcelera, atque ab iis exempla capias & conſilia de futuris: 10 Vellus aureum arietis quo vectus Phrixus è Bœotia in Colchos transfretavit. vid. Troad. ℣. 1032. 11 Ab Iaſone, mea arte, conſilio, auxilio. 12 Abſyrtus frater, ex eodem patre, matre autem Aſteri, aliis, Ipſea, à me diſcerptus. ſup. ℣. 44. 13 Sparſit enim artus, ut patrem inſequentem tardaret. ℣. 44. ſupra, al, *inceſtum.*

Spar-

*Sparſumque* [14] *ponto corpus;* & [15] *Peliæ ſenis*
*Decocta aheno membra. funeſtum impie!*
*Quam ſæpe fudi ſanguinem?* [16] *at nullum ſcelus*
*Irata feci. ſævit infelix amor.*
*Quid tamen Iaſon potuit* [17] *alieni arbitrii,*
*Iuriſque factus?* [18] *debuit ferro obvium*
*Offerre pectus.* [19] *melius, ah melius dolor*
*Furioſe, loquere. ſi poteſt, vivat meus,*
*Vt fuit, Iaſon; ſin minus, vivat tamen,*
*Memorque noſtri, muneri* [20] *parcat meo.*
*Culpa eſt Creontis tota, qui* [21] *ſceptro impotens*
[22] *Conjugia ſolvit; quique* [23] *genitricem abſtrahit*
*Natis; & arcto pignore adſtrictam fidem*
*Dirimit: petatur ſolus hic, pœnas luat*
*Quas debet. alto cinere cumulabo domum,*
*Videbit* [24] *atrum verticem flammis agi*
[25] *Malea, longas navibus flectens moras.*
NV. *Sile obſecro, queſtuſque ſecreto abditos*
*Manda dolori.* gravia quiſquis vulnera
Patiente & æquo [26] immotus animo pertulit,
[27] Referre potuit. ira, quæ tegitur, nocet.
Profeſſa produnt odia vindictæ locum.
ME. Levis eſt dolor, qui capere conſiliū poteſt.
Et [28] clepere ſeſe; magna non latitant mala.
*Libet* [29] *ire contra.* NV. *ſiſte furealem impetum*
*Alumna:* [30] *vix te tacita defendit quies.*
ME. Fortuna fortes metuit, ignavos premit.
NV. [31] *Tunc eſt probanda, ſi locum virtus habet.*
ME. Nunquam poteſt non eſſe virtuti locus.
NV. Spes nulla monſtrat rebus afflictis viam,
ME. Qui nil poteſt ſperare, deſperet nihil.
NV. [32] *Abiere Colchi;* [33] *conjugis nulla eſt fides;*
*Nihilque ſupereſt opibus è tantis tibi.*

14 Mari, ut modo ℣. 121. vel regione Ponti, *Vnde Tomos dictus locus eſt, quia fertur in illo Membra ſoror fratris conſecuiſſe ſui.*
15 Patrui Iaſonis inf. ℣. 257.
16 Emphatice. Iam autem irata in ſcelus accingor.
17 Huc à Creonte coactus.
18 Potius quam me deſerere.
19 Epanorthoſis.
20 Magis appoſite tamen legas *parcas.* q.d. permitte illum, ô dolor, vita quam ille dederim frui.
21 Imperio ſuo.
22 Mei & Iaſonis.
23 Me.
24 Nigrum regiæ vel Corinthi fumum ſinuoſo flexu aſcendentem.
25 Promontorium Laconiæ prope Corinthum hodie *Capo Melio.* quod per quinque millia paſſuum in mare protenſum ventiſque expoſitum, procelloſum ſinumque ſequacibus undis inquietum reddit mare, navigantibus moras inhibet. *& ratibus longe flexum donare Maleæ.* Lucan. 6. 26 Alii leg. *Mutus,* id eſt, tacite & diſſimulanter. 27 Par pari reddere, ulciſci. 28 Tegere, celare. κληπεῖν. vid. Herc. Fu. ℣. 798. 29 Aperte occurrere. 30 Etiamſi tacita quieſcas, vix tuta eris; multo minus ſi quid moveas. 31 Tunc quidem fortitudo eſt probanda ubi te aliquid per virtutem conſequuturum ſperes, alioqui furor eſt, ſtupor, deſperatio, &c. ultra ſpem & vires niti. 32 A te alienari, tibi infeſti ſunt Colchi. 33 Iaſonis.

ME. *Me-*

34 Quæ omnia hæc arte ſua poteſt perturbare inque opem vocare. *vel quid ſi interrogative legamus hoc modo:* An vero hîc vides maria, terræ motus, ferrum, ignes, deos, fulmina, quæ etiam fortis timeat? cum ex præceptionibus

ME. *Medea ſupereſt:* 34 *heic mare & terras vides,*
*Ferrumque & ignes, & deos, & fulmina.*
NV. *Rex eſt timendus.* ME. 35 *rex meus fuerat pater.*
NV. *Non metuis arma?* ME. 36 *ſint licet terra edita.*
N. *Moriere.* M. *cupio.* N. *profuge.* M. *pœnituit* 37 *fugæ.*
38 *Medea fugiā?* NV. 39 *mater es.* ME. 40 *cui ſim, vides.*
NV. *Profugere dubitas?* M. *fugiam: at ulciſcar prius.*
NV. *Vindex ſequetur.* M. *forſan inveniam* 41 *moras.*
NV. *Compeſce verba; parce jam demens minis,*
42 *Animoſque minue.* tempori aptari decet.
ME. Fortuna opes auferre, non animum, poteſt.
43 *Sed cujus ictu regius cardo ſtrepit?*
*Ipſe eſt Pelaſgo tumidus imperio Creon.*

Ethicis, *εἴη ἂν τις μαινόμενος καὶ ἀνάλγητος, εἰ μηδὲν φοβοῖτο, μήτε σεισμὸν, μήτε κύματα*, &c. atque ad hanc conjecturam meam faciunt quæ præcedunt. ℣. 160. quæque ſequuntur *& tamen rex eſt timendus, arma*, &c. 35 Neque tamen eum timui, verum Iaſoni contra eum ſteti. 36 Non etiam Gigantea & terra è dentibus ſerpentinis edita. Namque & hæc mea arte fretus debellavit Iaſon. 37 Qua patrem deſerui Iaſonem ſecuta. 38 *Emphatice.* Egone tam magicis potens? tam prius pertinax & pericula contemnens? 39 In liberorum tamen gratiam fuge, vel reſpicit ad ℣. 25. ſup. 40 Ex quo tamen ſim vides, Iaſone ſc. 41 Vt cum me ſequeretur pater. ſup. ℣. 44, & 133. 42 Animi pertinaciam & ferociam. 43 Sed, crepuêre fores regiæ, quis egreditur?

## CREON. MEDEA.

*Creon Medeam in exilium propere abire imperio urget: illa diei unius moram vix impetrat.*

1 Colchorum regis.

2 Qui non patri pepercit, non fratri.

3 Medeam de medio tollere ſtatueram.

4 Iaſon.

5 Satellitum aliquis vadat & avehat.

6 Ironice. q. d. nocentiſſima.

*Medea,* 1 *Colchi noxium* 1 *Ætæ genus,*
*Nondum meis exportat è regnis pedem?*
*Molitur aliquid, nota fraus; nota eſt manus,*
2 *Cui parcit illa? quemve ſecurum ſinit?*
3 *Abolere propere peſſimam ferro luem*
*Equidem parabam, precibus evicit* 4 *gener.*
*Conceſſa vita eſt: liberet fines metu:*
*Abeatque tuta. fert gradum contra ferox,*
*Minaxque noſtros propius affatus petit.*
*Arcete, famuli, tactu & acceſſu procul,*
*Iubete ſileat. regium imperium pati*
*Aliquando diſcat.* 5 *vade veloci via,*
*Monſtrumque ſævum, horribile, jam dudum avehe.*
ME. *Quod crimen aut quæ culpa multatur fuga?*
CR. *Quæ cauſſa pellat,* 6 *innocens mulier rogat.*

ME. 7 *Si*

ME. [7] Si judicas, cognoſce : ſi regnas, jube.
CR. [8] *Æquum atque iniquum regis imperium feras.*
ME. Iniqua numquam regna perpetuo manent.
CR. *I, querere Colchis.* ME. *redeo : qui advexit, ferat.*
CR. [9] *Vox conſtituto ſera decreto venit.*
ME. Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet ſtatuerit, haud æquus fuit.
CR. *Auditus à te* [10] *Pelia ſupplicium tulit.*
*Sed fare : cauſæ detur egregia locus.*
ME. [11] *Difficile quam ſit animum ab ira flectere*
*Iam concitatum ; quamque regale* [12] *hoc putet ;*
*Sceptris ſuperbas quiſquis admôvit manus,*
*Qua cepit, ire ; regia didici mea.*
*Quamvis enim ſim clade miſeranda obruta,*
*Expulſa, ſupplex, ſola, deſerta, undique*
*Afflicta ; quondam* [13] *nobili fulſi* [13] *patre,*
*Avoque clarum Sole deduxi genus :*
*Quodcumque placidis flexibus* [14] *Phaſis rigat ;*
[15] *Pontuſque quidquid Scythicus à tergo videt ;*
*Paluſtribus qua maria dulceſcunt aquis ;*
*Armata* [16] *peltis quidquid exercet* [17] *cohors*
*Incluſa ripis* [18] *vidua* [19] *Thermodontiis :*
*Hoc omne noſter genitor imperio regit.*
*Generoſa, felix, decori regali potens*
*Fulſi. petebant tunc meos thalamos* [20] *viri,*
*Qui nunc petuntur. rapida Fortuna ac levis,*
*Præcepſque regno eripuit, exilio dedit.*
Confide regnis, cum levis magnas opes
Huc ferat & illuc caſus. hoc reges habent
Magnificum & ingens, nulla quod rapiat dies ;
Prodeſſe miſeris, ſupplices fido lare
Protegere : *ſolum hoc Colchico regno extuli ;*
*Decus illud ingens,* [21] *Græciæ florem inclytum,*
*Præſidia Achivæ gentis, &* [22] *prolem deûm*
*Servaſſe manet :* [23] *munus eſt Orpheus meum,*

7 Si rex juſtus es, de cauſa mea, prius cognoſce ; ſi tyrannice pro lubidine imperas, inaudita cauſa ejice.
8 Regiæ ſubjecta poteſtati ne diſputes de imperio æquo aut iniquo, ſed quod regi lubet feras.
9 Cognita cauſa lataque ſententia, ſera venit expoſtulatio.
10 Pelias, voc : pro Nomin. inf. ℣. 259.
11 Quam pertinaciter reges iram de levi qualicunque injuſtave cauſa conceptam foveant urgeantque, & ipſa rege orta novi.
12 Al. *occupet.*
13 Æta Solis filio.
14 Colchorum fluv. max.
15 Mare Euxinum ab Occidente Colchida claudit. dulcius quam cætera maria, ut quod Mæotidi commiſcetur atque in quod Tanais innumerique alii fluvii influunt. 16 Scutis brevibus, quorum extrema lunantur in cornua. 17 Amazonidum lunatis agmina peltis, &c. vide Agam. 217. 18 Vid. Hippol. 620. 19 Vid. Herc. Fu. 245. 20 Proci alii. *vel* per indignationem Synecdochicam, Iaſon. 21 ἄνθος Ἀργείων juvenum nobilium, Heroum florem. 22 Argonautas, Heroas, diis genitos. *quorum pleroſque enumerat.* 23 Mei muneris eſt quod vivit Orpheus. ὅστις ἀτειρέας οὔρεσι πέτρας θέλξεν ἀοιδάων ἐνοπῇ, ποταμῶν τε ῥέεθρα φηγούς τ' ἀγελάδας, &c. *Mulcens lapides & agens carmine quercus.*

*Qui ſaxa cantu mulcet, & ſylvas trahit ;*
*Geminumque munus* [24] *Caſtor & Pollux , meum eſt ;*
[25] *Satique Borea ;* [26] *quique trans Pontum quoque*
*Summota* [26] *Lynceus lumine immiſſo videt ;*
*Omneſque* [27] *Minyæ : nam ducum taceo* [28] *ducem :*
*Pro quo nihil debetur, hunc nulli imputo.*
*Vobis revexi cæteros ; unum mihi.*
*Inceſſe nunc, & cuncta flagitia ingere ;*
*Fatebor : obici crimen hoc ſolum poteſt ,*
[29] *Argo reverſa.* [30] *virgini placeat pudor,*
*Paterque placeat ; tota cum ducibus ruet*
*Pelaſga tellus : hic tuus primus gener*
* *Tauri ferocis ori flagranti occidit.*
[31] *Fortuna cauſam, qua volet, noſtram premat :*
*Non pœnitet ſervaſſe tot regum decus.*
*Quodcunque culpa* [32] *præmium ex omni tuli ,*
*Hoc eſt penes te. ſi placet, damna ream :*
*Sed redde* [32] *crimen. ſum nocens, fateor, Creo ;*
[33] *Talem ſciebas eſſe, cum* [34] *genua attigi ,*
*Fidemque ſupplex præſidis* [34] *dextræ petii.*
*Terra hac miſeriis angulum & ſedem rogo ,*
*Latebraſque viles. urbe ſi pelli placet ,*
*Detur remotus aliquis in regnis locus.*
CR. *Non eſſe me, qui ſceptra violenter geram ,*
*Nec qui ſuperbo miſerias calcem pede ,*
*Teſtatus equidem videor haud clare parum ,*
*Generum* [35] *exulem legendo, & afflictum, & gravi*
*Terrore pavidum. quippe te pœna expetit*
*Letoque Acaſtus, regna Theſſalica obtinens :*
*Senio trementem debili atque ævo gravem ,*

24 Sup. ℣. 81. 25 Calais & Zetes ὃς πότ᾽ Ἐρεχθηὶς Βορέῃ τέκεν Ὠρείθυια. 26 πάντων ἀνθρώπων ὀξυωπέστατος, qui ex Taygeti cacumine totam Peloponneſum fertur proſpexiſſe ; Caſtorem & Pollucem in cava quercu latitantes vidiſſe ; è Sicilia claſſem Punicam è Carthaginis portu ſolventem oculis luſtraſſe , numerumque notaſſe , &c. Non tamen credibile id fieri vel à perſpicaciſſimo Lynceo, vel à Varronis illo Strabone, & 1500 ſtadiorum (tot enim à Lilybæo in Africam ſunt) ſpatium proſpiceret , cum intentam ab oculis aciem per planum pergere ultra 180 ſtadia negent Mathematici. multo minus mari in orbem per tantam diſtantiam vergente. 27 Theſſali comites Iaſonis in expeditione Colchica , ab Orchomeno Theſſaliæ fluvio , qui prius Minyeus , dicti. 28 Iaſonem. 29 Quod ἀργὸς velox. *vel* ab Argo fabricatore, *vel*, quod ea vecti *Argivi delecti viri.* 30 Quod ſi mihi magis pudor paterque placuiſſet quam Iaſon, periiſſent Theſſali, Argivi, univerſæ denique Græciæ flos. nec Iaſon ignivomos Tauros. ( * Duos namque fuiſſe refert Apollonius ταύρω χαλκόποδε στόμασι φλόγα φυσιόωντε ) effugiſſet , tibi gener futurus. vide inf. ℣. 466. 31 Vtcunque mea cauſa iniqua ſit. 32 Iaſonem. 33 Cum tuum præſidium ſupplex imploravi, fugiens Acaſtum Peliæ filium, qui me perſequitur , ſibique in patriæ necis ultionem dedi poſcit. 34 Troad. ℣. 689. 35 In exilium fugientem propter tuum facinus, tu enim præ te ferens velle te medicamine Peliam juventuti reſtituere (quod prius in Æſone feceras) Peliæ injurias in Iaſonem ulta, feciſti pie impias Peliadas patrem ſuum jugulare non revicturum uti promiſeras, utque illæ expectaverunt.

*Patrem peremptum queritur, & cæſi ſenis*
*Diſciſſa membra; cum dolo captæ tuo*
[36] *Piæ ſorores impium auderent nefas.*
*Poteſt Iaſon, ſi tuam cauſſam amoves,*
*Suam tueri: nullus innocuum cruor*
*Contaminavit: abfuit ferro manus,*
*Proculque veſtro purus à cœtu ſtetit.*
*Sed tu malorum machinatrix facinorum,*
Cui feminea nequitia ad audendum omnia,
Virile robur, nulla famæ memoria eſt,
*Egredere,* [37] *purga regna; letales ſimul*
*Tecum aufer* [38] *herbas, libera cives metu.*
*Alia ſedens tellure* [39] *ſolicita Deos.*
ME. *Profugere cogis? redde fugienti ratem,*
*Vel redde comitem. fugere cur ſolam jubes?*
*Non ſola veni,* [40] *bella ſi metuis pati,*
*Vtrumque regno pelle. cur ſontes duos*
*Diſtinguis?* [41] *illi Pelia, non nobis jacet.*
[42] *Fugam,* [43] *rapinaſque adice; deſertum patrem,*
[44] *Lacerumque fratrem* [45] *quidquid etiamnum novas*
*Docet maritus conjuges, non eſt meum.*
*Toties nocens ſum facta, ſed nunquam mihi.*
CR. *Iam exiſſe decuit. quid feris fando moras?*
ME. *Supplex recedens illud extremum precor,*
*Ne culpa natos matris inſontes trahat.*
CR. *Vade, hos paterno, ut genitor, excipiam ſinu.*
ME. *Per ego* [46] *auſpicatos regii thalami thoros,*
*Per ſpes futuras, perque regnorum ſtatus,*
*Fortuna varia dubia quos agitat vice,*
*Precor, brevem largire fugienti moram;*
*Dum extrema gnatis mater infigo oſcula,*
*Fortaſſe moriens.* CR. *fraudibus tempus petis.*
ME. *Quæ fraus timeri tempore exiguo poteſt?* (malis.
CR. Nullum ad nocendum tempus anguſtum eſt
ME. *Parumne miſera temporis lacrymis negas?*
CR. *Etſi repugnat precibus infelix timor,*
*Vnus parando dabitur exilio dies.*
ME. [47] *Nimis eſt; & ex hoc aliquid abſcindas licet;*

36 Piſidice, Pelopœa, Hippote, & Alceſtis filiæ Peliæ, quarum *ut quæque pia eſt* Medeæ *hortatibus impia prima eſt, Et ne ſit ſcelerata facit ſcelus.* &c. Ovid. 7. Metamorph.
37 Purga mea regna tam lethali monſtro.
38 Veneficia per herbas. *Medeam autem noxias plurimas inveniſſe herbas ferunt, & inter cæteras Ephemeron, præſentanei lethi herbam.*
39 Carminibus, imprecationibus, veneficiis, ſceleribus moleſta, incanta ſidera, infra ℣. 424. & 672.
40 Namque Acaſtus bellum Corinthiis indixit ſi Medeam receptam foverent.
41 In Iaſonis gratiam & ultionem. cui autem ſcelus eſt bono, nocens ille eſt. inf. 500.

42 A patre. 43 Aurei velleris. 44 Supra ℣.44. 45 Et ſi quod aliud malum eſt quod nunc Creuſam docet, ut me olim. 46 Bono auſpicio cœptas Iaſonis & filiæ tuæ nuptias, non inauſpicatas ut meas ſupra ℣. 114. 47 Vltra votum mihi moram indulſiſti, namque in rem meam eſt fugam accelerare, ac proinde & ipſa propero.

*Et*

*Et ipſa propero.* CR. [48] *capite ſupplicium lues ;*
*Clarus priuſquam Phœbus attollat diem ;*
*Niſi cedis* [49] *Iſthmo.* [50] *ſacra me* [50] *thalami vocant,*
[51] *Vocat precari feſtus Hymenæo dies.*

48 Εἴ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ, &c. Θανῇ. Euripid.
49 Corinthiaco.
50 Nuptiarum ſacra, & vota.
51 Dies Hymenæo ſacra vocat me ad preces

## CHORVS.

*Chorus, in audaciam navigantium invectus, primos nautas dignum audacia ſua retuliſſe præmium canit. Scilicet Medeam.*

[1] AVdax nimium, *qui freta primus*
*Rate tam fragili perfida rupit ;*
[2] *Terraſque ſuas poſt terga videns,*
[3] *Animam levibus credidit auris ;*
*Dubioque ſecans æquora curſu,*
*Potuit* [4] *tenui fidere ligno,*
[5] *Inter vitæ mortiſque vias*
*Nimium gracili limite ducto.*
*Nondum quiſquam ſidera norat ;*
*Stelliſque, quibus pingitur æther,*
*Non erat uſus :* [6] *nondum pluvias*
*Hyadas poterant vitare rates ;*
[7] *Non Oleniæ ſidera capræ :*
*Non quæ ſequitur flectitque ſenex*
[8] *Arctica* [9] *tardus plauſtra* [10] *Bootes :*
*Nondum Boreas, nondum Zephyrus*
*Nomen habebant.*
[11] *Auſus Typhis pandere vaſto*
[12] *Carbaſa ponto, legeſque* [13] *novas*
*Scribere ventis. nunc* [14] *lina ſinu*
*Tendere toto : nunc* [15] *prolato*
*Pede transverſos captare notos :*
*Nunc antennas medio tutas*
*Ponere malo : nunc in ſummo*
*Religare loco, cum jam totos*

1 *Locus in Navigationem, concinens Horatiano: Illi robur & æs triplex circa pectus erat qui fragilem truci commiſit pelago ratem.*
2 E portu ſolvens in altum, videt terras recedere, Troad. ℣. 1406.
3 Vitam credit fallacibus Auſtris.
4 *I nunc & ventis animam committe, dolato confiſus ligno, digitis à morte remotus Quatuor, aut ſeptem ſi ſit latiſſima tæda.*
5 Anacharſis ubi didiciſſet navis craſſitudinem eſſe quatuor digitos, τοσοῦτον (inquit) τοῦ θανάτου οἱ πλέοντες ἀπέχουσι.
6 Hyades ortu & occaſu ſuo pluvias tempeſtateſq; excitant. vid. Thyeſt. 851.
7 *Non Oleniæ ſidus pluviale capellæ*, id eſt, Amaltheæ inter ſidera relatæ quod Iovi lac præbuiſſet prope Olenum Achaiæ oppidũ.
8 Vid. Herc. Fu. ℣. 7. & 129.
9 Quia polo vicinior.
10 Bubulcus, Arctophylax, quod urſæ minori adjunctus plauſtrum inſequi videtur, οὔνεκ' ἁμάξαις ἐπαφώμενος εἴδεται Ἄρκτου.
11 Argonautas primum navigaſſe canunt poëtæ, Typhin primum velis & ſtellis in navigando uſum fuiſſe. 12 Vela carbaſina. 13 Ventis. ſc. à latere flantibus in rectum navigare. 14 Secundo uſos vento. Hiſp. *Viento à la popa, largar la vela.* 15 Obliquatis ad captandum flantem à latere ventum velis, ποδεῶνα, id eſt, imum veli angulum, producto altero, reducere, *To bring the taeze a bord.*

Avidus

*Avidus nimium navita flatus*
*Optat, & alto rubicunda* [16] *tremunt*
[17] *Suppara velo.*
[18] *Candida noſtri ſæcula patres*
*Videre, procul fraude remota;*
*Sua quiſque* [19] *piger litora tangens,*
*Patrioque ſenex factus in arvo,*
*Parvo dives, niſi quas tulerat*
*Natale ſolum, non norat opes.*
[20] *Bene diſſepti fœdera mundi*
*Traxit in unum* [21] *Theſſala pinus,*
*Juſſitque pati* [22] *verbera pontum;*
[23] *Partemque metus fieri noſtri*
*Mare ſepoſitum. dedit* [24] *illa graves*
*Improba pœnas, per tam longos*
*Ducta timores: cum* [25] *duo montes,*
[26] *Clauſtra profundi, hinc atque illinc*
*Subito* [27] *impulſu, velut* [28] *ætherio*
*Gemerent* [28] *ſonitu; ſpargeret aſtra*
*Nubeſque ipſas mare* [29] *deprenſum.*
*Palluit audax Tiphys, & omnes*
*Labente manu miſit* [30] *habenas:*
[31] *Orpheus tacuit* [31] *torpente lyra;*
[32] *Ipſaque vocem perdidit Argo.*
*Quid! cum Siculi* [33] *virgo Pelori,*
*Rabidos utero ſuccincta canes,*
*Omnes pariter ſolvit hiatus,*
*Quis non totos horruit artus,*
*Toties uno latrante malo,*
*Quid! cum* [34] *Auſonium* [35] *dira peſtes*
*Voce canora mare mulcerent,*

16 Vento impulſa. 17 Lintea annexa ſupra accatium & antennam. *Summaque pandens: Suppara velorum perituras colligit auras.* 18 Nulla avaritiæ livoriſque labe polluta. 19 Otio & pace fretus. 20 Confudit hæc bene diſtincti mundi fœdera, & mari commiſcuit terras, quas *Deus abſcidit Prudens Oceano diſſociabili.* 21 Theſſalæ ſilvæ filia nobilis navis è pinu Pontica. 22 Remorum ictus. Reſpicit poëta ad notam Xerxis amentiam, qui Helleſponto 300 infligi verbera juſſit propter pontem è ratibus diſruptum.
23 *Terra parum fuerat fatis, adjecimus undas, Fortunæ miſeras auximus arte vias.* 24 Argo.
25 Cyaneæ, Sympleiades, Syndromides Herc. Fu. 1210. quas tranſmiſere Argonautæ, Phinei monitu præmiſſa viæ duce columba, non ſine periculo, mutilata ſumma puppis parte. 25 Maris enim Pontici aditus claudere videntur. 27 Colliſione. unde & nomen habent. ἀπὸ τοῦ συμπλήττεσθαι. dicto verſ. Herc. Fu. 28 Velut tonitru. 29 Concurrentibus ſcopulis interceptum expreſſumque in cœlum.

30 Clavum. 31 Metu ſtupefactus ipſe tacuit Orpheus, & lyra prius vocalis. 32 Cujus carina præſaga garrula, fatidica dicitur, ut quæ ex Dodonæa quercu, πολυγλώσσῳ, λαλεστάτην ἔχει τὴν τρόπιν ἐκ τῆς δοδώνης δρυὸς, in qua duæ columbæ ſeu mulieres Columbæ vocatæ reſponſa reddebant. 33 Scylla Phorci filia, quam cum Glaucus Circe ſpreta amaret, illa veneficiis dum ſe in fonte lavaret, in monſtrum canibus inguina ſuccincta mutavit, eſtque in mari Siculo ad promontorium Pelorum humana figura ſaxum cavernoſum, ad quod maris æſtuoſi fluctus refracti latratum canum repræſentant. *Argonautæ vero, à Jove propter diſcerptum Abſyrtum irato immiſſa tempeſtate, errantes hæc loca appulerunt.* 34 Italiam ab Auſone Vlyſſis & Calypſus fil. 35 Sirenes Acheloi & Terpſichores filiæ tres, Parthenope, Ligia, Leucoſia, ſuperne virgines, in piſces cauda deſinentes, quæ à Muſis victæ cantus ſuos in perniciem hominum converterunt. Nautas itaque cantu ad ſe allectos ſopiebant interfectoſque vorabant.

Cum

*Cum* 36 *Pieria reſonans cithara*
*Thracius Orpheus, ſolitam cantu*
*Retinere rates,* 37 *pene coëgit*
*Sirena ſequi?* quod fuit hujus
Precium curſus? aurea pellis;
38 Majuſque mari Medea malum,
39 Merces prima digna carina.
*Nunc jam ceſſit pontus, & omnes*
*Patitur leges:* 40 *non Palladia*
*Compacta manu regum referens*
*Inclyta remos quæritur Argo.*
*Qualibet altum cymba pererrat:*
41 *Terminus omnis motus. &* 42 *urbes*
*Muros terra poſuere novos.*
*Nil, quo fuerat ſede, reliquit*
*Pervius orbis. Indus gelidum*
*Potat* 43 *Araxem:* 44 *Albim* Perſæ,
44 *Rhenumque bibunt: venient annis*
*Secula ſeris, quibus Oceanus*
45 *Vincula rerum laxet, &* 46 *ingens*
*Pateat tellus, Tiphyſque novos*
*Detegat orbes; nec ſit terris Vltima* 47 *Thule.*

36 Quam à Calliope matre acceperat. 37 Παρθενικὴν δ' ἐνοπὴν ἐβιήσατο φόρμιγξ. Apollon. 38 Ignis, mare, mulier, tria mala, maximum innuit mulierem effrenem. 39 Effera, audax, temeraria mulier, merces digna prima illa temeraria nave. 40 Neque tantum Argo Minervæ opera confecta heroum principumque remigio quæritur ad navigandum, ſed, &c. 41 Non amplius terminant terras ſua maria, quin jam amovit terminos illos maris inventa navigatio. 42 Vrbes novæ ædificari cœptæ in terris aliis, novæque deductæ coloniæ.
43 Armeniæ fl.
44 Germaniæ fl. *Elbe.*
45 Terminos ſuos quibus terras cingit. 46 Non tam acceptum hoc Platoni in Phædone de orbe incognito differenti, refert Abrahamus Ortelius, quam poëtæ Hiſpani de America à ſuis inventa vaticinio. 47 Oceani Septentrionalis inſula. *Tylemarke.* Virgil. *tibi ſerviat ultima Thule.*

## ACTVS TERTIVS.

### NVTRIX. MEDEA.

*In vindictam præceps fertur Medea, nutrice incaſſum eam dehortante.*

ALumna, *celerem quo rapis tectis pedem?*
*Reſiſte, & iras comprime, ac retine impetum.*
*Incerta qualis* 1 *entheos curſus tulit,*
*Cum jam recepto* 2 *Mænas inſanit Deo,*
3 *Pindi nivalis vertice, aut* 4 *Nyſæ jugis:*
*Talis recurſat huc & huc motu effero,*
*Furoris ore ſigna* 5 *lymphati gerens.*

1 Oedip. 628.
2 Baccha. Oed. 436. *qualis vertice Pindi Edonis Ogygio decurrit plena Lyæo.*
3 Herc. Fu. 285. 4 Oedip. 404. 5 Mente alienati propter viſam forte in fonte Nympham. Nymphæ itaque iratæ ſpiritu correpti, νυμφολήπτους. Sic Ceritos & Larvatos dicebant, qui Cereris aut Larvæ incurſione animo vexarentur, niſi rectius Lymphatos dicamus, qui ab humentis cerebri exuperantia inſaniunt, ὑγροκεφάλους, & cum humoribus Luna præſit, Lunaticos.

*[6]Flammata facies ſpiritum ex alto citat.*
*Proclamat : [7] oculos uberi fletu rigat ;*
*[8] Renidet, [9] omnis ſpecimen affectus capit ;*
*[10] Hæret, [11] minatur, [12] æſtuat, queritur, gemit.*
*Quo [13] pondus iſtud verget ? ubi ponet [14] minas ?*
*Vbi ſe iſte [15] fluctus franget ? exundat furor.*
*[16] Non facile ſecum verſat aut medium ſcelus.*
*[17] Se vincet : iræ novimus veteres notas.*
*Magnum aliquid inſtat, efferum, immane, impium.*
*Vultum furoris cerno. [18] Dii fallant metum !*
ME. *[19] Si quæris odio, miſera, quem ſtatuas modum,*
*[20] Imitare amorem. [21] regias egon' ut [21] faces*
*Inulta patiar ? ſegnis hic ibit dies,*
*Tanto [22] petitus ambitu, tanto datus ?*
*[23] Dum terra cœlum media liberatum feret,*
*[24] Nitiduſque certas [24] mundus evolvet [25] vices,*
*Numeruſque arenis [26] deerit ; & ſolem dies,*
*Noctem ſequentur aſtra ; dum [27] ſiccas polus*
*Verſabit Arctos ; flumina in pontum cadent ;*
*Nunquam meus ceſſabit in pœnas [28] furor,*
*Creſcetque ſemper, quæ ferarum immanitas,*
*Quæ [29] Scylla, quæ [30] Charybdis Ionium mare*
*Siculumque ſorbens, quæque anhelantem premens*
*[31] Titana, tantis Ætna fervebit minis ?*
*Non rapidus amnis, non procelloſum mare,*
*[32] Pontuſque Coro ſævus, aut vis ignium*
*Adjuta flatu, poſſit inhibere impetum*
*Iraſque noſtras. ſternam & evertam omnia.*
*Timuit Creontem, ac bella [33] Theſſalici ducis :*
Amor timere neminem verus poteſt.
*[34] Sed ceſſerit convictus & dederit manus ;*

6 Spiritus è corde excitus & per faciem diffuſus turbulentos ipſius motus arguit. 7 E dolore. 8 Vindictæ ſpem ſibi gratulata ridet. 9 Signa & argumenta omnium cogitationum. 10 Cogitabunda & dubia. 11 Vultu truci, quaſſato capite. 12 Irata. 13 Curarum, cogitationum. *refertur-que ad* Hæret. 14 *Refer. ad* Minatur *in præced. verſu.* 15 Irarum, *& reſpicit ad* Æſtuat. 16 Non leve meditatur & vulgare ſcelus. 17 *Emphatice.* priora facinora. 18 Dii faxint ut falſum ſit quod metuo. 19 *Medea nutrici non attenderat, atque hæc ſecum.* 20 *Vel generaliter :* qui, cum ſit ex iis affectionibus, quarum virtus regula eſſe non poteſt, nullum novit habere modum. *vel* odio imitare amorem illum quo Iaſonem ſecuti nulli pepercisti ſceleri. patre prodito, fratre cæſo. 21 Tædas in Iaſonis cum regis filia nuptiis accenſas. vid. Thebaid. 263. & 507. 22 Vix à Creonte impetratus. ſup. ỳ. 295. alii de die nuptiali exponunt quem Creon ambivit. 23 *Dum circumfuſo pendebit in aëre tellus Ponderibus librata ſuis.* 24 Cœlum ſtellatum. 25 Anni tempeſtates. 26 Noſtra quidem ignoratione, in ſe autem finita eſt & numero circumſcripta, cum ipſe mundus neutra quantitate ſit infinitus. 27 Thyeſt. 476. 28 In vindictam ira. 29 Sup. ỳ. 350. & Thyeſt. 507. 30 Thyeſt. 579. 31 Typhoeum *ut volunt plerique.* vid. Thyeſt. 807. *ſecundum alios inter quos noſter, Herc. Fu.* ỳ. 801. Enceladum. 32 Euxinus, in quo procellas excitat Corus, de quo Thyeſt. 576. 33 Acaſti. ſup. ỳ. 257. & 274. 34 Sed fac eum ceſſiſſe, huc coactum.

*Adire certe, & conjugem extremo alloqui*
*Sermone potuit :* [35] *hoc quoque extimuit ferox.*
*Laxare certe tempus immitis fugæ*
[36] *Genero licebat.* [37] *liberis unus dies*
*Datus duobus.* [38] *non queror tempus breve :*
*Multum patebit. faciet, hic faciet dies ,*
*Quod nullus unquam taceat.* [39] *invadam deos ,*
*Et* [40] *cuncta quatiam.* NV. *recipe turbatum malis ,*
*Hera, pectus; animum mitiga.* ME. *Sola eſt quies ,*
[41] *Mecum ruina cuncta ſi video obruta ,*
[41] *Mecum omnia abeant. trahere , cum pereas libet.*
NV. *Quam multa ſint timenda, ſi perſtas, vide.*
Nemo [42] potentes aggredi tutus poteſt.

35 Et me alloqui forte timuit, alias ferox.
36 Cum Creonti gener ſit.
37 Quo liberis valedicam.
38 Inf. 561. *Excidimus tibi ? nunquam excidemus.*
39 Imprecationibus. ſup. ℣. 271. & inf. 672.
40 Omnia movebo, & *flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo.* 41 ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί. 42 Late enim patens eſt ira, longæ manus regum.

## IASON. MEDEA.

*Iaſonem gravatim Medeam deſerentem ſeque excuſantem aggreditur Medea, opprobriis, precibus , ſimulata conciliatione.*

*O Dura fata ſemper, & ſortem aſperam ,*
*Cum ſævit & cum parcit, ex æquo malam !*
[1] *Remedia toties invenit nobis Deus*
*Periculis pejora. ſi vellem fidem*
*Præſtare meritis conjugis, leto fuit*
*Caput offerendum : ſi mori nolim, fide*
*Miſero carendum eſt.* [2] *non timor vincit virum ,*
[3] *Sed trepida pietas : quippe ſequeretur necem*
*Proles parentum.* ô [4] *ſancta, ſi cœlum incolis ,*
*Iuſtitia, numen invoco ac teſtor tuum ;*
[5] *Nati patrem vicere. quin* [6] *ipſam quoque,*
*Etſi ferox eſt corde, nec patiens jugi ,*
[7] *Conſulere natis malle, quam thalamis, reor ,*
*Conſtituit animus precibus iratam aggredi.*
*Atque ecce, viſo memet, exſiluit, furit.*
*Fert odia præ ſe, totus in vultu eſt dolor.*
ME. [8] *Fugimus, Iaſon, fugimus,* [9] *hoc non eſt novum ,*

1 In expeditione Colchica ut effugerem tauros , draconem , ſerpentigenas, juramenti reus duxi Medeam : hîc, ne ab Acaſto petitus , Creontis inſidiis peream, violata priore fide ducenda eſt Creuſa.
2 Nec tamen mori refugio, animo parum virili de me ſolicitus.
3 Sed pietas in filios me trepidum facit , ne & illi meam necem comitentur. 4 Aſtræa. Thyeſt. 855. 5 Amor natorum coëgit me vivere. 6 Medeam. *Emphaſis.* 7 Malle vitam natorum ſervare, quam meis thalamis frui. 8 In exilium mittor, ô Iaſon, in exilium mittor. *Iron.* 9 Fugi enim è Colchide patris mei iram verita : rurſus è Theſſalia, Acaſti Peliam patrem interfectum ulturi. Sed hæc propter te.

*Mutare ſedes : cauſa fugiendi nova eſt.*
*Pro te ſolebam fugere. diſcedo, exeo.*
*Penatibus profugere quam cogis tuis,*
*Ad quos remittis?* [10] *Phaſin & Colchos petam.*
*Patriumque regnum;* [10] *quæque fraternus cruor*
*Perfudit arva? quas peti terras jubes?*
*Quæ maria monſtras? Pontici fauces freti?*
*Per quas revexi* [11] *nobiles regum manus,*
[12] *Adulterum ſecuta per* [13] *Symplegadas?*
*Parvamne* [14] *Iolcon, Theſſala an* [15] *Tempe petam?*
[16] *Quaſcunque aperui tibi vias, cluſi mihi.*
*Quo me remittis? exuli exilium imperas,*
*Nec das. eatur :* [17] *regius juſſit* [17] *gener;*
*Nihil recuſo :* [18] *dira ſupplicia ingere;*
*Merui. cruentis* [19] *pellicem pœnis premat*
[20] *Regalis ira. vinculis oneret manus,*
*Cluſamque* [21] *ſaxo noctis æternæ obruat;*
*Minora* [22] *meritis patiar. ingratum caput!*
[23] *Revolvat animus* [24] *igneos tauri halitus,*
*Interque ſævos* [25] *gentis indomitæ metus,*
*Armifero in arvo flammeum Æetæ pecus,*
[25] *Hoſtiſque ſubiti tela : cum juſſu meo*
[25] *Terrigena miles mutua cæde occidit.*
*Adjice expetita ſpolia Phrixei arietis,*
[26] *Somnoque juſſum lumina ignoto dare*
[26] *Inſomne monſtrum :* [27] *traditum fratrem neci;*
*Et ſcelere in uno non ſemel factum ſcelus;*
*Juſſaque* [28] *natas fraude deceptas mea*
*Secare membra non revicturi ſenis.*
[29] *Aliena ſequens regna, deſerui mea.*

10 Supra ỳ. 44, & 133.
11 Lege *nobilem regum manum*, id eſt Argonautas.
12 Te, tum raptorem, jam deſertorem.
13 Supra ỳ. 342.
14 Troad. ỳ. 817.
15 Herc. Fu. 284.
16 Namque & patriam & Theſſaliam mihi infeſta atque inimica reddidi, tibi ut placerem.
17 Iaſon. *Scilicet* Creontis jam gener.
18 Quæ bene de te merendo, perfide, meruerim.
19 Me velut filiæ ſuæ pellicem.
20 Creontis.
21 Specu tenebroſo, ſaxeo. Siſyphius ipſe. infr. ỳ. 512.

22 Malis meritis in patrem, fratrem meum & Peliam : bonis erga te. 23 Recordare, te, cum non liceret aureum vellus auferre. niſi. 24 Tauris ignivomis domitis jugoque junctis campum ſulcaſſes Martium & dentes ſerpentis (Bœotii illius, *juxta nonnullos*, Cadmo & Æethæ diviſos, *ſecundum alios* Draconis Colchici ab Iaſone occiſi) ſeminaſſes, è qua ſemente. 25 Armatorum meſſis; niſi. 26 Draconem pellis aureæ cuſtodem fefelliſſes : te, inquam, Prometheio, confectione venenata inf. 707. à me donatum taurorum flammis reſtitiſſe, lapidem à me acceptum in medios terrigenas jeciſſe, quo facto ſeges illa armata mutuis vulneribus cecidit; ſucco denique Lethæo tibi à me dato vigilem draconem ſopiviſſe. 27 Sup. ỳ 44, & 133. 28 Peliæ filias. ſup. ỳ. 256. 29 Lipſ. legit *Aliena ſequeris regna: deſerui mea.* Ioſ. Scal. ſubaudit *quod* & refert ad *Revolvat animus*, &c. q. d. *Quodque aliena regna ſequens deſerui mea.* Delrius cenſet transjiciendum, poſtque verſum 487 ſtatuendum. & tibicine addito modulatur emendat *Sectam*.

*Per ſpes tuorum liberûm, & certum larem,*
*Per victa monſtra, per manus, pro te quibus*
*Nunquam peperci, perque præteritos metus;*
*Per* [30] *cœlum, &* [31] *undas, conjugii teſtes mei,*
*Miſerere: redde ſupplici felix vicem.*
*Ex opibus illis, quas procul raptas* [32] *Scythæ*
*Vſque à* [32] *peruſtis Indiæ populis petunt,*
33 *Referta quaſque vix domus gazas capit,*
*Ornamus auro nemora, nil exul tuli*
*Niſi fratris artus. hos quoque impendi tibi.*
*Tibi patria ceſſit, tibi pater, frater, pudor.*
34 *Hac dote nupſi; redde fugienti ſua.*
IA. 35 *Perimere cum te vellet infeſtus Creo,*
*Lacrymis meis evictus, exilium dedit.*
ME. *Pœnam putabam; munus, ut video, eſt fuga.*
IA. *Dum licet abire, profuge, teque hinc eripe:*
Gravis ira regū eſt ſemper. ME. *hoc ſuades mihi,*
[36] *Præſtas Creuſæ; pellicem inviſam amoves.*
IA. [37] *Medea amores obicit?* ME. *& cædem, & dolos.*
IA. *Objicere crimen quod potes tandem mihi?*
ME. *Quodcunq; feci.* IA. [38] *reſtat hoc unum inſuper;*
*Tuis ut etiam ſceleribus fiam nocens.*
ME. *Tua illa, tua ſunt illa.* 39 *cui prodeſt ſcelus,*
*Is fecit.* [40] *omnes conjugem infamem arguant;*
*Solus tuere, ſolus inſontem voca.*
*Tibi innocens ſit, quiſquis eſt pro te nocens.*
IA. [41] Ingrata vita eſt, cujus acceptæ pudet.
ME. [42] Retinenda non eſt, cujus acceptæ pudet.
IA. *Quin potius ira concitum pectus doma:*
*Placare* 43 *natis.* ME. *abdico, ejuro, abnuo.*
*Meis Creuſa liberis fratres dabit?*
IA. 44 *Regina gnatis exulum, afflictis potens.*

30 Cœli ſidera. ſic enim apud Valerium Flaccum. 7. *Per te quæ ſuperis diviſque potentior imis: Perque hæc virgo, suo redeuntia ſidera nutu, Atque per has noſtri juro diſcriminis horas: unquam ego ſi meriti noctiſque ſim immemor hujus,* &c. Nocturnus autem Medeæ contractus objectus ſupra in Epithalamio, ℣. 114. 31 Celebratas Iaſonis & Medeæ nuptias alii in mari ſcribunt, inſula alii, alii in Corcyra. 32 Thyeſt. 600. & Oed. 122. Indo. Scythas loquitur. 33 Propter vellus aureum in luco Martis quercui appenſum. vel Ioſ. Scal. monente lege, *Quas quod referta vix domus gazas capit Ornamus auro nemora*, hoc eſt, ex ſuperfluo auro & gazis, quas domus capere non poſſunt, nemora ſolemus ornare. 34 Horum impendii & damni dote, quæ omnia tu mihi reſtitue, quoniam tua culpa intervenit divortium. *Anachroniſm. legem Romam. reſpiciens.* 35 Supra ℣. 184. 36 Pulchre ſane conſulis ſuperinductæ novæ nuptæ, me tanquam pellice amota. 37 Objicisne mihi novos Creuſæ amores? 38 Quaſi dicas, hæc meis conſiliis facta, culpamque in me rejicias. 39 Sup. 276. 40 *Vt culpent alii, tibi me laudare neceſſe eſt, Pro quo ſum toties eſſe coacta nocens.* 41 Quod à te tam effreni vitam acceperim, idque veneficiis maliſque artibus obnoxius, pudet me pigetque. 42 Eſt itaque in tua manu ſimul te vita ac pudore exſolvere. 43 Propter natos amoris pignora & ſpes. 44 Imo decori erit iis afflictis & matris exulis filiis habere ὁμοτρόφους ἀμφιμήτορας χάρις.

ME. *Non*

ME. *Non veniat unquam tam malus miſeris dies,*
*Qui prole fœda miſceat prolem inclytam;*
[45] *Phœbi nepotes* [46] *Siſyphi nepotibus.*
IA. *Quid miſera meque teque in exitium trahis?*
*Abſcede quæſo.* ME. *ſupplicem audivit* [47] *Creo.*
IA. *Quid facere poſſim eloquere.* M. [48] *pro me? vel ſcelus.*
IA. [49] *Hinc rex, & illinc.* M. [50] *eſt & his major metus,*
*Medea.* [51] *nos confligere, certemus, ſine,*
*Sit precium Iaſon.* IA. *cedo defeſſus malis,*
*Et ipſa caſus ſæpe jam expertos time.*
ME. [52] *Fortuna ſemper omnis intra me ſtetit.*
IA. *Acaſtus inſtat, propior eſt hoſtis Creo.*
ME. *Vtrumque profuge. nolo ut in* [53] *ſocerum manus*
*Armes; nec ut te cæde* [54] *cognata inquines,*
*Medea cogit: innocens mecum fuge.*
IA. *Et quis reſiſtet, gemina ſi bella ingruant?*
*Creo atque Acaſtus arma ſi jungant ſua?*
ME. *His adice* [55] *Colchos, adjice Aëtem ducem,*
*Scythas Pelaſgis junge; demerſos dabo.*
IA. [56] *Alta extimeſco ſceptra.* ME. [57] *ne cupias, vide.*
IA. *Suſpecta ne ſint, longa colloquia amputa.*
ME. *Nunc ſumme toto Iuppiter cœlo tona,*
*Intende dextram, vindices flammas para,*
*Omnemque* [58] *ruptis nubibus mundum quate;*
[59] *Nec diligenti tela librentur manu;*
*In me, vel iſtum: quiſquis è nobis cadet,*
*Nocens peribit. non poteſt in nos tuum*
*Errare fulmen.* IA. *ſana meditari incipe,*
*Et placida fare. ſi quid ex ſoceri domo*
*Poteſt fugam levare, ſolamen pete.*
ME. *Contemnere animus regias, ut ſcis, opes*
*Poteſt, ſoletque: liberos tantum fuga*

45 Filios meos, quę Phœbi neptis ſim. 46 Creuſæ natis. cui pater Creon filius Siſyphi. 47 Etiam mihi infenſus. ſup. ℣. 295. 48 Namque te mihi obſtrinxi ſceleribus. 49 Creon & Acaſtus. 50 Vtroque tamen major ego, quam vel propter merita verearis, vel propter magicas artes metuas. 51 Nemo qui hîc non criticam diſtringat crenam. Vnus emendat *conflige* ἐνεργηλικῶς pro *committe*, ne ſit Anapęſtus in quarto loco, quem tamen pedem & alibi etiam apud hunc admittit ſedes illa. Alius: *nos confligere certamen ſine*, ut ſit Atticiſmus μάχης μάχεσθαι. alius: *colligere*. q. d. permitte me animum colligere, credo ego nil opus eſſe his conjecturis, cum ſimpliciter legi intelligique poſſit, *Sine nos confligere, certemus ego regeſque de te pugnæ precio, & contingat victori præmium Iaſon.* 52 Meam ego ſemper fabricavi fortunam, fortunæ victrix fuit ſemper mea ſapientia: alii leg. *infra.* de quo vid. Thyeſt. 365. 53 Creonta. 54 Patruelis tui, Acaſti. cujus pater Pelias Æſonis frater. 55 Quibus imperat pater meus, id eſt, veniant adverſus nos cum Græcis Colchici, arte tamen mea evincam. 56 Attamen regum potentiam metuo. 57 Vide potius ne perfide me repudies ut regnum obtineas dotale cum Creuſa. 58 Tonitru, quod efficitur ab exhalatione ſicca & calida nube incluſa, quam per Antiperiſtaſin accenſa illa exhal. vehementer concutit diſrumpitque. 59 Nec refert utrum è nobis ferias, uterque nocens eſt.

*Habere comites liceat, in quorum ſinu*
*Lacrymas profundam. te* [60] *novi gnati manent.*
IA. *Parere precibus cupere me, fateor, tuis;*
*Pietas vetat. namque iſtud haud poſſim pati;*
*Non ſi ipſe memet cogat* [61] *& rex, & ſocer.*
[62] *Hæc cauſa vitæ eſt, hoc* [63] *peruſti pectoris*
*Curis levamen. ſpiritu citius queam*
*Carere, membris, luce.* ME. [64] *ſic gnatos amat?*
*Bene eſt;* [65] *tenetur:* [66] *vulneri patuit locus.*
[67] *Suprema certe liceat abeuntem loqui*
*Mandata. liceat ultimum amplexum dare.*
[68] *Gratum eſt?* [69] *& illud voce jam extrema peto,*
*Ne ſi qua noſter dubius effudit dolor,*
*Maneant in animo verba; ſed melior tibi*
*Memoria noſtri ſubeat: hæc* [70] *iræ data*
*Obliterentur.* IA. *omnia ex animo expuli.*
*Precorque & ipſa fervidam ut mentem regas,*
*Placideque tractes.* miſerias lenit quies.
ME. *Diſceſſit. itan' eſt? vadis oblitus mei,*
*Et tot meorum facinorum? excidimus tibi?*
[71] *Nunquam excidemus.* [72] *hoc age, omnes advoca*
*Vires & artes. fructus eſt ſcelerum tibi,*
*Nullum ſcelus putare. vix fraudi eſt locus:*
*Timemur, hac aggredere, qua nemo poteſt*
*Quicquam timere: perge, nunc aude, incipe*
*Quidquid potes, Medea,* [73] *quidquid non potes.*
*Tu fida nutrix, ſocia mœroris mei,*
*Variique caſus, miſera conſilia adjuva.*
*Eſt palla nobis,* [74] *munus ætheriæ domus,*
*Decuſque regni,* [74] *pignus Æetæ datum*
*A Sole, gemmis eſt & auro* [75] *textili*
*Monile fulgens; quodque gemmarum nitor*
*Diſtinguit* [76] *aurum, quo ſolent cingi comæ.*
*Hæc noſtra nati dona* [77] *nubenti ferant,*
*Sed ante* [78] *diris illita ac tincta artibus.*

60 E nova conjuge. 61 Creon. 62 Vt ſup. verſ. 438. 63 Hinc *curæ* Etymon ingerunt, quaſi quæ *cor urat.* quod alii à κηραίνω κηρῶ, id eſt, animo anxie verſo. 64 *Hac ſecum,* itane? ſiccine gnatos amat? habeo quo eum uram, quo ulciſcar. 65 *Metaph.* à venatotibus. 66 *Metaph.* à gladiatoribus ſumpta, qui detegunt aliquod membrum adverſarii ictui. 67 *Hæc ad Iaſonem converſa.* 68 Placetne? Lipſ. *Ratum eſt?* id eſt, annuis? Delrius Iaſoni tribuit *Gratum eſt.* ME. *& illud voce.* 69 Simulat ſe ad placidiorem rediiſſe mentem, quo melior ſit fraudi locus: ſic apud Euripidem. αἰτοῦμαι σε τῶν εἰρημένων Συγγνώμον' εἶναι. 70 Quæ mihi iratæ exciderint. 71 Id agam, ut ſemper memineris mei. ỳ. 423. 72 Rituale verbum. vide Thyeſt. 693. 73 Proni enim ſtudii certius indicium eſt ſupra vires niti quam viribus ex facili uti, & ſic. non ſolum debeo quæ poſſum, ſed ea quoque quæ non poſſum. 74 ὅν ποθ' ἥλιος Πατὴρ πατρὸς δίδωσιν ἐκγόνοισιν οἷς. Pignus ſcilicet, quo teſtetur ſe illum genuiſſe. 75 Intertexto. 76 Aureum crinale gemmis diſtinctum. 77 Creuſæ. 78 Veneficis.

*Vocetur* [79] *Hecate,* [80] *ſacra luctifica appara,*
*Struantur aræ, flamma jam tectis ſonet.*

79 Vid. Hip-pol. ỷ. 411.
80 Magica.

## CHORUS.

*Canit Chorus* Rejectæ uxori quot amore dolores Polluto, notumque furens quid fœmina poſſit, *& cum cæteri Argonautæ pœnas dederint violati maris, Iaſoni bene precatur.*

*NVlla vis flammæ, tumidique venti
*Tanta, nec teli metuenda torti:*
*Quanta cum conjux* [1] *viduata tædis*
[2] *Ardet &* [3] *odit.*
*Non ubi hibernos nebuloſus imbres*
*Auſter advexit; properatque torrens*
[4] *Iſter &* [5] *junctos vetat eſſe pontes,*
*Ac* [6] *vagus errat.*
*Non ubi impellit* [7] *Rhodanus* [8] *profundum;*
*Aut ubi in rivos nivibus ſolutis*
*Sole jam forti, medioque vere*
[9] *Tabuit Hæmus.*
*Cæcus eſt* [10] *ignis ſtimulatus ira,*
*Nec regi curat, patiturve frænos:*
*Haud timet mortem; cupit ire in ipſos*
*Obvius enſes.*
*Parcite ô divi; veniam precamur,*
*Vivat ut tutus* [11] *mare qui ſubegit.*
[12] *Sed furit vinci dominus profundi*
*Regna ſecunda.*
*Auſus æternos agitare* [13] *currus*
*Immemor metæ* [14] *juvenis* [15] *paternæ,*
[16] *Quos polo ſparſit furioſus ignes*
*Ipſe recepit.*
[17] *Conſtitit nulli via nota magno,*
*Vade, qua tutum populo priori:*
*Rumpe nec ſancti, violente, mundi*
[18] *Fœdera ſancta.*
*Quiſquis* [19] *audacis tetigit* [19] *carinæ*
*Nobiles ramos, nemoriſque* [20] *ſacri*
[21] *Pelion denſa ſpoliavit umbra:*
*Quiſquis intravit* [22] *ſcopulos vagantes*

* *Mare, mulier, duo mala.*
1 Deſerta, repudiata.
2 Amore.
3 Ob repudium.
4 Danubius, Germaniæ fl.
5 Compages pontium rumpit *pontem inaugnatum.*
6 Exundat ripas.
7 Galliæ fl.
8 Mare Maſſilioticum, dum inter ſe maris fluctus & rapidiſſimi amnis fluenta decertant.
9 Liquefacta, diſſoluta eſt nix è monte Thracio.
10 Amor.
11 Iaſon, quem primum cum Argonautis navigaſſe concinunt poëtæ. vid. ſup. ỷ. 318.
12 Sed inique fert Neptunus maria quæ ſibi obtigerant ſecunda ſorte (Herc. Fu. ỷ. 598.) vinci jam, navibuſque pervia fieri.
13 Solis currus.
14 Phaëton.
15 Phœbo obſervatæ filioque præſcriptæ.
16 Quod igneos Phœbi currus expatiari paſſus eſt, fulminatus eſt igne Iovis, qui *ſævis compeſcuit ignibus ignes.*
17 Nemini nocuit per viam notam iviſſe.
18 Sup. ỷ. 335.
19 Argus temerariæ trabes, *al. leg.* remos.
20 Iovi Dodonæo.
21 Montem Theſſaliæ, è quo exciſa materia ad fabricandam Argo.
22 Cyaneos. ſup. ỷ. 341. & Herc. Fu. 1210.

*Et tot emenſus pelagi labores,*
*[23] Barbara funem religavit ora,*
*Raptor externi rediturus [24] auri;*
*Exitu diro [25] temerata ponti*
*Iura piavit.*
*Exigit pœnas mare provocatum.*
*[26] Tiphys in primis domitor profundi,*
*Liquit [27] indocto regimen [28] magiſtro;*
*[29] Litore externo procul à paternis*
*Occidens regnis, tumuloque vili*
*Tectus, ignotas jacet inter umbras.*
*[30] Aulis amiſſi memor inde regis*
*Portubus lentis retinet carinas*
*Stare querentes.*
*[31] Ille vocali genitus Camœna,*
*[32] Cujus ad Chordas modulante plectro*
*Reſtitit torrens, ſiluere venti,*
*Cui ſuo cantu volucris relicto*
*Adfuit tota comitante ſylva;*
*[33] Thracios ſparſus jacuit per agros:*
*Ad caput tractus fluvialis Hebri:*
*Contigit [34] notam Styga, Tartarumque*
*Non rediturus.*
*Stravit Alcides [35] Aquilone natos.*
*[36] Patre Neptuno genitum necavit,*
*Sumere innumeras ſolitum figuras.*
*Ipſe poſt terræ pelagique pacem,*
*Poſt [37] feri Ditis patefacta regna,*
*[38] Vivus ardenti recubans in Oeta,*
*Præbuit ſævis ſua membra flammis,*
*Tabe conſumptus [39] gemini cruoris*
*Munere [40] nuptæ.*
*Stravit Ancæum violentus ictu*
*[41] Setiger. [42] fratres, Meleagre, matris*
*Impius mactas; [43] morerique dextra*

23 Rediturus funem ſolvit, vel anchoram barbara Colchidos ora.
24 Velleris aurei. 25 Dedit pœnas violati fœderis ponti. 26 Sup. ℣. 2, & 318. 27 Non à Minerva docto, ut Tiphys fuerat. ℣. 2. ſupra.
28 *Ancæo* ut nonnullis placet, aliis *Auphemo*: ſed Apollonio & Val. Flacco, *Ergyno*. 29 Tiphys clavum tenens dum Mariandynum in Bithynia Acheruſia ſpecu famoſum appelleret, mortuus eſt, ibidemque ſepultus. 30 Bœotiæ portus, in quo bis remorati ſunt Achivi. hoc autem non potuit iſte Chorus ſcire. propter abſurdum itaque Anachroniſmum D. Heinſius merito tres hoſce verſus velut νοθεύοντας relegat ad poëtaſtrū adulterum, qui & alios ejuſdem farinæ hujus chori calci adjecit. 31 Muſa Calliope natus Orpheus. 32 Sup. ℣. 229. & Herc. Oet. 103. 33 A Thraciis mulieribus, quod cœlibem ageret vitam diſcerptus. caput autem projectum in fluv. Oeagrium. *al.* in Hebrum.
34 Quam prius in vivis adierat repetendæ Euridices gratia. Herc. Fu. 570. 35 Zethem & Calaim. Sup. 231. 36 Periclimenum: qui Neptuni patris dono in varias formas verſus ab Hercule tandem occiſus eſt, cum in aquilam ſe mutaret, ut alii, in apem vel muſcam. *Sunt qui hic Acheloum intelligant, ſed falluntur.* 37 Herc. Fu. ℣. 885. 38 Herc. Oet. act. 4. 39 Hydræ & Neſſi centauri. 40 Deianeiræ. Herc. Oet. ℣. 570. 41 Aper vineam ingreſſus, Ancæo & poculo jam labris admoto nece interveniens. notum eſt tritum illud Ancæo à ſervo objectum, Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου. 42 Plexippum & Toxea avunculos tuos ô Meleagre, quod Atalantæ invidi male volebant. 43 Quod ubi audiviſſet mater ejus Althæa, ſtipitem filii ævo fatalem in ignem conjecit, natumque ſimul extinxit.

*Matris*

*Matris iratæ.* [44] *meruere cuncti.*
*Morte quod crimen tener expiavit*
*Herculi magno* [45] *puer irrepertus?*
*Raptus eſt tutas puer inter undas.*
[46] *Ite nunc fortes;* [47] *perarate pontum*
*Sorte timenda.*
[48] *Idmonem, quamvis bene* [49] *fata noſſet,*
*Condidit ſerpens Libycis arenis.*
[50] *Omnibus verax, ſibi falſus uni*
*Concidit Mopſus, caruitque Thebis,*
*Ille qui vere cecinit futura.*
[51] *Exul erravit Thetidis maritus*
[52] *Igne fallaci nociturus Argis,*
[52] *Nauplius præceps cadit in profundum.*
*Crimini pœnas patrio pependit,*
*Fulmine & ponto moriens* [53] *Oileus.*
[54] *Conjugis fatum redimens Pheræi*
*Vxor impendit animam marito*
*Ipſe, qui prædam ſpoliumque juſſit*
*Aureum prima revehi carina,*
[55] *Vſtus accenſo Pelias aheno*
*Arſit* [56] *anguſtas* [57] *vagus inter undas.*
*Iam ſatis, divi,* [58] *mare vindicaſtis.*
*Parcite* [59] *juſſo.*

44 Delrius ex vet. lib. legit *meruere cuncti, Raptus, at tutas puer inter undas Morte quod crimen puer expiavit Herculi magno puer irrepertus? Ite nunc,* &c. 45 Hylas Theodomantis fil. Herculi dilectus puer. quem, cum aquatum miſſus in Myſia in Aſcanium fluv. decidiſſet, Hercules quæſivit clamans, ut *litus Hyla Hyla omne ſonaret.* 46 Epitrope Ironica. 47 Al. *peragrate.* 48 Quæ ſequuntur in hoc Choro non eſſe Senecę contendit Heinſius. ut quæ audacius imo impudentius τοὺς χρόνους ἀιάγωσι, Mopſi & Idmonis hiſtoriam confundant, Latinitatem denique vix ſapiant. 49 Sic enim apud Apollonium. b. ἀυτὰρ ἐμοὶ θανέειν στυγερὴ ἐπὶ δαίμονος αἴση τηλόθι πέπρωται ἐπ’ Ἀσίδος ἠπείροιο. 50 Apollonius refert ab apro interemptum atque apud Maryandinos (ſup. ℣. 719.) ſepultum. Cœlium autem ſequutus Delrius legit hunc locum ſic: *Idmonem quamvis bene fata noſſet Condidit, Serpens Libycis arenis, Omnibus verax, ſibi falſus uni, Condidit.* c. *Mopſus.* d. *caruitque Thebis ille qui vere cecinit futura.* h. e. *b.* Sors iſta timenda mortuum condi fecit Idmonem. *c.* Mopſus Ampyci & Chloridis fil. ut mortem, quam ipſe vates præſcierat caveret, ſerpens, id eſt, vagus errabat in Africa atque ibi mortuus eſt. (quem tamen in reditu expeditionis Argonauticæ periiſſe ſcribit Apollonius 4.) 4. Amphiaraus qui vere nimis fatum ſuum vaticinatus eſt, periit ante Thebas quas Adraſti comes petebat. ſed quid Amphiarao cum Argonautis? quid Senecæ cum his ineptiis & mendaciis? ad authorem ſupradictum referas. 51 Peleus in exilium miſſus à patre Æacon, ob interfectum fratrem Phocum. 52 Euboæ rex ulturus indignam filii ſui Palamedis falſa Vlyſſis criminatione oppreſſi mortem, redeunti Græciæ claſſi atque tempeſtate actæ in Caphareo promontorio ignes accendit, quo Græci velut in portum curſum ſuum dirigentes perirent naufragi, ipſe vero poſtquam Vlyſſem & Diomedem evaſiſſe intellexit, ſe ex iiſdem ſaxis præcipitem dedit. 53 Oilei filius Ajax, quem patris temerariæ navigationis pœnas luiſſe vult. Nemo autem non novit Ajacem Locrum propter Caſſandram in Palladis æde ſtupratam à Pallade Iovis igne fulminatum & à Neptuno ſcopulo infixum acuto. 54 Alceſtis Peliæ filia impium patris imperium luens ſua morte Admetum Theſſaliæ (in qua Pheræ oppidum) regem redemit. 55 Sup. ℣. 256. 56 Aheni oris terminatas. 57 In fruſta diſſectus à filiabus. 58 A primis iſtis navigantibus violatum. 59 Iaſoni, qui non niſi juſſus ὑβριστῇ Πελίῃ χαλεπτῆρος ἄεθλον.

## ACTUS QUARTUS.

### NUTRIX.

*Quid agat Medea, quid paret, narrat Nutrix.*

*Pavet animus, horret; magna pernicies adeſt.*
*[1] Immane quantum augeſcit, & [2] ſemet dolor*
*Accendit ipſe, [2] vimque præteritam integrat?*
*Vidi furentem ſæpe & aggreſſam [3] Deos*
*[3] Cœlum [4] trahentem: majus his, majus parat*
*Medea monſtrum. namque ut attonito gradu*
*Evaſit, & [5] penetrale funeſtum attigit;*
*[6] Totas opes effudit, & quidquid diu*
*Etiam ipſa timuit, promit; atque omnem explicat*
*Turbam malorum; [7] arcana, ſecreta, abdita.*
*Et triſte [8] læva complicans ſacrum manu,*
*[9] Peſtes vocat, quaſcunque ferventis creat*
*[10] Arena Libyæ, quaſque [10] perpetua nive*
*[11] Taurus coërcet frigore Arctoo rigens;*
*Et omne monſtrum. [12] tracta magicis cantibus*
*Squammea latebris turba deſertis adeſt.*
*Heic [13] fera ſerpens corpus immenſum trahit,*
*[14] Trifidamq; linguam exertat, [15] & quærens quibus*
*Mortifera veniat, carmine audito ſtupet,*
*[16] Tumidumque nodis corpus aggeſtis plicat,*
*Cogitque in orbes. parva ſunt, [17] inquit, mala,*
*Et vile telum eſt, ima quod tellus creat:*
*[18] Cœlo petam venena. jam nunc tempus eſt*
*Aliquid movere fraude vulgari altius.*
*Huc ille, [19] vaſti more torrentis jacens*
*Deſcendat anguis; cujus immenſos [20] duæ*
*Major minorque ſentiunt nodos feræ;*
*[20] Major Pelaſgis, apta Sidoniis minor.*

1 Quantum immanitas & feritas augeſcit; *vel*, mirum quam augeſcat dolor. Sic Horat. *Immane quantum diſcrepat.* 2 Ex diutina intermiſſione acriorem ad veneficas artes impellit. 3 Lunam & cetera ſidera, quæ antiquis ex ſententia Stoicorum dii. vide Thyeſt. 890. 4 Incantationibus devocantem, ſolicitantem, ſup. ℣. 271. & 424. 5 Conclave ſuum, ubi magicas artes exercet. 6 Vires magicas, veneficas copias. 7 Sup. 577. 8 Quæ, triſtibus, infauſtis, δυσοιωνίστοις convenit. 9 Venena perniciosa 10 Herbarum autem & animantium venenatorum feraciſſimæ ſunt terræ vel æſtu torridæ, vel frigore rigidæ. 11 Mons Aſiæ. ℣. 167. Hippol. 12 Serpentes latebris incantatione evocat, ut inf. ℣. 704. 13 Quia magna: *vel* frigore pigra. alii leg. *ſæva*, al. *efſera.* 14 Ita viſum ob celerem motum. 15 Et quærens quibus noceat, demum incantata à Medea ſopitur. 16 *Corpus tumet omne veneno.* 17 Inquiet Medea. 18 Serpentes devocabo cœleſtes. 19 Qui ſinuoſus inſtar fluminis flexuoſi utramque Arcton amplectitur, minorem collo & capite, majorem cauda. 20 ἑλίκῃ γέ μέν ἄνδρες Ἀχαιοὶ εἰν ἁλὶ τεκμαίρονται, ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν. τῇ δ᾽ ἄρα (Κυνοσούρᾳ) φοίνικες πίσυνοι περόωσι θάλασσαν. *Namque Helice Grajos, Tyrios Cynoſura per altum Dirigit.*

21 *Preſ-*

*[21] Preſſaſque tandem ſolvat Ophiuchus manus,*
*Viruſque fundat. adſit ad cantus meos*
*[22] Laceſſere auſus gemina Python numina.*
*Et [23] Hydra, & [24] omnis redeat Herculea manu*
*Succiſa [24] ſerpens, cæde ſe reparans ſua.*
*Tu quoque relictis [25] pervigil Colchis ades,*
*[25] Sopite primum cantibus ſerpens meis.*
*Poſtquam evocavit omne ſerpentum genus,*
*Congerit in unum [26] frugis infauſtæ mala;*
*Quæcunque generat [27] invius ſaxis [28] Eryx;*
*[29] Quæ fert opertis hyeme perpetua jugis*
*Sparſus cruore Caucaſus Promethei;*
*[30] Pharetraq; pugnax Medus, aut [31] Parthus levis;*
*Et [32] queis ſagittas [33] divites Arabes linunt;*
*Aut quos ſub axe [34] frigido ſuccos legunt*
*[36] Lucis [35] Suevi nobiles [36] Hercyniis.*
*Quodcunque tellus vere [37] nidifico creat;*
*Aut rigida cum jam bruma diſcuſſit [38] decus*
*Nemorum & nivali cuncta conſtrinxit gelu;*
*Quodcunque [39] gramen flore mortifero viret,*
*Diriſve tortis ſuccus in radicibus*
*Cauſſas nocendi gignit, attrectat manu.*
*[40] Æmonius illas contulit [41] peſtes [40] Athos;*
*Has [42] Pindus ingens; illa [43] Pangei jugis*
*Teneram [44] cruenta falce depoſuit comam;*
*Has aluit altum gurgitem [45] Tigis premens;*
*[45] Danubius illas; has per arentes plagas*
*Tepidis [47] Hydaſpes gemmifer currens aquis,*

21 Quibus anguem premere videtur ſidus illud quod Æſculapius, Carnabutas, Phorbas, Triopas, Hercules, Prometheus, &c. fuiſſe fingitur.
22 Inſequi Latonam Phœbo & Diana gravidam. vel ipſos Deos recens editos. Herc. Fu. 454.
23 Herc. Fu. ℣. 240.
24 Heſperidum cuſtos, quoſque in cunis ipſe eliſit. Herc. Fu. 239. & 215.
25 Sup. ℣. 472.
26 Herbarum, fructuum, ſeminum.
27 Propter rupes inacceſſas. 28 Mons Siciliæ ab Eryce dictus, de quo vide Herc. Fu. 482. 29 *Quibuſdam* aconitum, *aliis* herba Promethei, quam ex ſanie & cruore in terram ſtillante naſci ferunt, dum Promethei jecur aquila ſeu vultur lancinans in Caucaſo depaſceretur. 30 Τοξοφόρων Μήδων. ſunt autem qui ἀναχρονισμὸν non levem poëtæ objiciant, quod Medeæ nutricem de Media locutam induxerit, quam à Medio Medeæ & Ægei filio nominatam volunt. Sed antiquior Mediæ appellatio à *Madai* Iapheti filio. 31 Fidens fuga Parthus. Thyeſt. 383. 32 A quo barbarorum more qui ſolent *ungere tela manu, ferrumque armare veneno*, toxicum diduci videtur παρὰ τὸ τόξον arcus, telum. 33 Ex Arabia Felici. 34 Ad ſeptentrionem vergente. 35 Germaniæ populi Danubii accolæ, *Alemanni*. 36 Hercynia Sylva Germaniæ nobiliſſima. 39 Quo nidos ponunt volucres. 38 Frondes. 39 Herba. 40 Theſſaliæ mons editiſſimus Athos. 41 Has herbas venenoſas. 42 Herc. Fu. ℣. 1285. 43 Oed. 435. 44 Cædis inſtrumento, vel cruore tincta ſed aënea, æri enim ſupra alia metalla medicatam vim tribuunt. *Falcibus & meſſe ad lunam quæruntur ahenis Pubentes herbæ.* 45 Hercul. Fu. ℣. 1323. 46 Thyeſt. ℣. 275. 47 Herc. Oet. ℣. 628.

*Nomenque terris qui dedit*[48] *Bætis ſuis,*
[49] *Heſperia pulſans maria languenti vado;*
*Hæc*[50] *paſſa ferrum eſt,*[51] *dum parat Phœbus diem;*
*Illius alta nocte ſucciſus frutex:*
*At hujus ungue ſecta cantato ſeges.*
*Mortifera carpit gramina, ac ſerpentium*
*Saniem exprimit; miſcetque &*[52] *obſcœnas aves,*
*Mœſtique cor bubonis; & raucæ ſtrigis*
[53] *Exſecta vivæ viſcera. hæc ſcelerum artifex*
*Diſcreta ponit: his rapax vis ignium;*
*His gelida pigri frigoris glacies ineſt.*
*Addit venenis verba, non*[54] *iſtis minus*
*Metuenda. ſonuit ecce veſano gradu,*
[55] *Canitque, mundus vocibus primis tremit.*

48 Fl. à quo regio illa Hiſpaniæ Bætica dicta, *Granata.* 49 Per ampla ſpatia lacui ſimilis in Oceanum Occidentalem labitur. 50 Inciſa eſt falce ferrea, vel ahenea. *Synecdoc.* 51 Sub ortu ſolis. namque & tempore ſuo lectis herbis plus efficaciæ ineſſe credebant, maxime autem lucente Luna, ut quæ veneficiorum præſes plena aut *propior deſpumet in herbas.* Luc.6. qua de cauſa ſubjicitur. *Illius alta nocte ſucciſus frutex.* 52 Ferales, inauſpicatas, Herc. Fu.686. 53 Quod in magicis rituale. Thyeſt. 763. 54 Quam iſta venena. 55 Incantationes concipit.

## MEDEA.

*Invocatis manibus & rite conceptis incantationibus, Medea veneficiis illitam pallam cum monili, aureoque crinali, dono mittit ad Creuſam per filios ſuos.*

*Vos precor*[*] *vulgus ſilentum, voſq;*[1] *ferales deos,*
*Et*[2] *Chaos cæcum, atq; opacam Ditis umbroſi domum,*
[3] *Tartari ripis ligatos. ſquallidæ mortis ſpecus,*
*Suppliciis animæ remiſſis currite ad*[4] *thalamos novos.*
[5] *Rota reſiſtat membra torquens; tangat*[6] *Ixion humũ.*
*Tantalus*[7] *ſecurus undas hauriat*[8] *Pirenidas.*
*Gravior pœna ſedeat conjugis*[9] *ſocero mei:*
[10] *Lubricus per ſaxa retro Siſyphum volvat lapis.*
[11] *Vos quoque urnis quas foratis irritus ludit labor,*
*Danaides,*[12] *coite;*[13] *veſtras hic dies quærit manus.*
*Nunc meis vocata ſacris*[14] *noctium ſidus veni,*

* Animas, manes. 1 Plutonem & Proſerpinam. *Dii quibus imperium eſt animarum, umbræque ſilentes, & Chaos, &c.* 2 Supra ℣.9. 3 Hippol. ℣. 841. 4 Iaſonis & Creuſæ. 5 Herc. Fu. ℣.749. 6 Herc. Fu. ℣. 751. Thyeſt. ℣. 152. 7 Non deceptus, non fruſtra captans. 8 Pirenes fontis prope Corinthum è Pirenes Nymphæ lacrymis propter obitum filii Cenchriæ. 9 Creonti. 10 Premat vero Siſyphum aſſiduus labor imo opprimat. Hippol. 1226. Cui quod pater Creontis fuerit, cum cæteras animas pœnis eximendas velit, continuationem ſupplicii imprecatur. 11 Belides Herc. Fu. ℣.424, & 756. 12 Ad nuptias haſce convenite. 13 Vt veſtro exemplo nupta maritum prima nocte interficiat. 14 Luna. νυχία dicta θεὰ, cui quod nocte luceat, noctu litatur; aut quod inferis maxime & proxime dominetur.

*[15] Peſſimos induta vultus fronte; [15] non una minax.*
*[16] Tibi more gentis vinculo ſolvens comam,*
*Secreta nudo nemora luſtravi pede.*
*[17] Et evocavi nubibus ſiccis aquas;*
*Egique ad imum maria, & Oceanus graves*
*Interius undas æſtibus victis dedit.*
*[18] Pariterque mundus [19] lege confuſa ætheris*
*Et ſolem & aſtra vidit; & [20] vetitum mare*
*Tetigiſtis Vrſæ. temporum flexi vices;*
*[21] Æſtiva tellus floruit cantu meo,*
*Meſſem coacta vidit hibernam Ceres.*
*[22] Violenta Phaſis vertit in fontem vada;*
*[22] Et Iſter in [23] tot ora diviſus, truces*
*Compreſſit undas, omnibus ripis piger.*
*Sonuere fluctus, tumuit inſanum mare*
*Tacente vento. nemoris antiqui domus*
*[24] Amiſit umbram vocis imperio meæ.*
*Die relicto Phœbus in medio ſtetit.*
*[25] Hyadeſque noſtris cantibus motæ labant,*
*Adeſſe ſacris tempus eſt, [26] Phœbe, tuis.*
*Tibi hæc cruenta ſerta texuntur manu,*
*[27] Novena quæ ſerpens ligat:*
*Tibi hæc [28] Typhoeus, [29] membra qui diſcors tulit,*
*Qui regna concuſſit Iovis.*
*[30] Vectoris iſtic perfidi [31] ſanguis ineſt,*
*Quem Neſſus expirans dedit.*
*[32] Oetæus iſto cinere defecit rogus,*
*Qui virus Herculeum bibit.*
*[33] Pia ſororis, impia matris facem,*

15 Hyppol. ✱. 411. & infra ✱. 787. 16 Tibi ritu nocturnis magiciſque ſacris operantium peragravi ſecreta loca *veſte recincta, Nuda pedem, nudos humeros, diffuſa capillos.* 17 Quid poſſit, quid effecerit per vim magicam enumerat, in quibus pleraque falſa. Quæ enim vel per motum localem, vel res naturales accelerando vel impediendo, vel ſenſibus illudendo fieri poſſunt operatur Dœmon per magos ſuos; Vniverſi autem ordinem à Deo conſtitutum movere non valet: Non itaque ſolem aut Lunam deducere, non orbium cœleſtium curſum mutare. 18 Vno eodemque tempore. 19 Cœli curſu. 20 Thyeſt. 476. 21 In æſtate, ſicca alias & arida. 22 Fluvios alios retro egi verſus fontes, alios ſistere feci. 23 Quinque, *aliis* ſeptem vid. Troad. ✱. 9. 24 Vel frondibus excuſſis, vel tranſlatis in alium locum ſylvis, hunc nudavi. 25 Sidera *Synecd.* de Hyadibus vid. Thyeſt. ✱. 851. 26 Luna. 27 Serta, quæ ſerpens novena numero, vel novies circundata ligat. Numerus autem novenarius Pythagoræis ſacer & perfectiſſimus, quia ab impari unitate eſt primo quadratus, tribuſque conſtat ternariis, è quibus trias ſingula in tres dividitur unitates. In ſacris autem ex ſuperſtitioſa veterum ceremonia, *numero Deus impare gaudet.* 28 Thyeſt. ✱. 807. 29 Vel quia ut cæteri Gigantes θεομάχοι anguineos habuit pedes vel quod ἐκ δέ οἱ ὤμων ἦ' ἑκατὸν κεφαλαὶ ὄφιος, δεινοῖο δράκοντος, &c. 30 Neſſi Centauri, qui præſtita Herculi opera in trajicienda per Evenum flu. Dejanira vim illi intulit, propter quod ſagittis ab Hercule confoſſus eſt, &c. Herc. Oet. ✱. 500. 31 Al. *Sævus.* 32 Cinis hic eſt è rogo quo Hercul. in Oeteo monte combuſtus eſt, imbibitque virus quo infectus eſt. 33 Sup. ✱. 644. *Melior germana parente, Et conſanguineas ut ſanguine leniat umbras, Impietate pia eſt.*

*Vltricis Altheæ vides.*
*Reliquit iſtas invio plumas ſpecu*
[34] *Harpya, dum* [35] *Zetem fugit,*
*His adice pinnas ſauciæ* [36] *Stymphalidos,*
[37] *Lernæa paſſæ ſpicula.*
[38] *Sonuiſtis aræ.* [39] *tripodas agnoſco meos,*
*Favente commotos Dea.*
*Video* [40] *Triviæ currus* [41] *agiles.*
*Non quos pleno lucida vultu*
*Pernox agitat; ſed quos facie*
*Lurida mœſta, cum Theſſalicis*
[42] *Vexata minis, cœlum freno*
[43] *Propiore legit. ſic face triſtem*
*Pallida lucem funde per auras;*
*Horrore novo terre populos;*
[44] *Inque auxilium.* [45] *Dictynna, tuum*
[46] *Precioſa* [47] *ſonent* [46] *æra Corinthi.*
*Tibi* [48] *ſanguineo ceſpite ſacrum*
*Solenne damus. tibi de medio*
[49] *Rapta ſepulchro fax nocturnos*
*Suſtulit ignes. tibi* [50] *mota caput*
*Flexa voces cervice dedi:*
*Tibi* [51] *funereo de more jacens*
*Paſſos vincit vitta capillos.*
*Tibi jactatur* [52] *triſtis Stygia*
[52] *Ramus ab unda. tibi* [53] *nudato*
*Pectore Manas ſacro feriam*
*Brachia cultro.*
*Manet noſter ſanguis ad aras.*

34 Thyeſt. ỷ. 153.
35 Harpyas Zetes & Calais Boreæ filii alati in Plotas inſſ. fugarunt, quod Phineus benigne Argonautas excepiſſet.
36 Herc. Fu. ỷ. 243.
37 Herculis ſagittas Hydræ felle tinctas.
38 Ex ara cum crepitu mota, vel ex latratu Hecates turbæ, de qua vid. Oed. ỷ. 569. adventaſſe deam ſentio.
39 Oracula mihi non minus certa quam tripodas Delphicos unde vaticinantur PhœbadesOedip. 230.
40 Dianæ, Lunæ, Hippol. 411.
41 Veloces, propter minorem orbem. Thyeſt. ỷ. 837.
42 Incantata, Hippol. ỷ. 420.
43 Quaſi cœlo deducta aut præ motu arctius conſtricta eſſet Luna, ex opinione vulgi. *vel* in hypogæo, *vel* Menoides, nec tota lucens nocte: ut opponatur illi quod prius dixerat, *Pleno lucida vultu Pernox.*
44 Hipp. ỷ. 789.
45 Quod nomen ſibi aſſumere dignata eſt Diana in memoriam comitis ſuæ Britomartys. quæ cum amatorem ſuum Minoën fugiens in mare ſe præcipitaret, incidit in piſcatoria δίκτυα, id eſt, retia, unde Dictynnæ nomine culta, à Diana in Deorum numerum relata. *aliis* Dictynna dicitur Luna, ἀπὸ τοῦ δικεῖν τὰς ἀκτῖνας. 46 Anachroniſmus quo poëta Romanam ſcenam ſuumque tempus reſpicit. etenim A. V. DCVII, conflatis ſtatuis & ſimulachris in Corinthii incendio, confluxere æris, auri, argentique venæ: unde æs Corinthium miſtum generoſius, & laudabilius. 47 Ne ſcilicet Luna, incantatione audita, cœlo detraheretur. 48 Ex fovea perfuſa nigræ agnæ ſanguine, egeſto ceſpite in morem aræ quadrato, atque ipſo ſanguineo. vide Oedip. ỷ. 555. *Scalpere terram, unguibus & pullam divellere mordicus agnam.* Horat. 49 In maleficis magniſque ſacris adhibuerunt faces buſtis ereptas. vide Oed. ỷ. 550. 50 Rotans caput more Corybantum, *vel* ſupplex. 51 Troad. ỷ. 82. 52 Taxus, cupreſſus & arbores ad Stygem natæ veneficiis idoneæ habitæ. 53 More ſacerdotum *quos Bellona potens quos Dea magna movet, Ipſa bipenne meos cædo violenta lacertos.* namque in ſacris Cybeles & Bellonæ, ſacerdotes cultris ſibi lacertos, humeros, pectuſque ſauciabant. Lucan. 1. *Quos ſectis Bellona lacertis ſæva moves.*

*[54] Aſſueſce, manus, ſtringere ferrum,*
*[54] Caroſque pati poſſe cruores.*
*[55] Sacrum laticem percuſſa dedi.*
*Quod ſi nimium ſæpe vocari*
*Quæreris, votis ignoſce, precor.*
*Cauſſa vocandi, [56] Perſei, tuos*
*Sæpius [57] arcus, una atque eadem*
*Semper. Iaſon tu nunc veſtes*
*Tinge Creuſæ, quas cum primum*
*Sumpſerit, imas urat ſerpens*
*Flamma medullas. ignis [58] fulvo*
*Cluſus in [58] auro latet obſcurus;*
*Quem mihi, [59] cœli qui furta luit,*
*[60] Viſcere fœto, dedit, & docuit*
*Condere [61] vires arte Prometheus.*
*[62] Dedit & tenui ſulphure tectos*
*Mulciber ignes. & vivacis*
*Fulgura [63] flammæ de [64] cognato*
*Phaëthonte tuli. habeo mediæ*
*[65] Dona Chimæræ. habeo flammas*
*Vſto [66] tauri gutture raptas;*
*Quas permiſto felle [67] Meduſæ,*
*[68] Tacitum juſſi ſervare malum.*
*Adde venenis [69] ſtimulos, Hecate,*
*Doniſque meis ſemina flammæ*
*Condita ſerva, [70] fallant viſus,*
*Tactuſque ferant, meet in pectus*
*Venaſque calor. ſtillent artus,*
*Oſſaque fument, [71] vincatque ſuas*
*Flagrante coma nova nupta faces.*
*[72] Vota tenentur; ter latratus*
*Audax Hecate dedit, & ſacros*
*Edidit ignes face luctifera.*
*Peracta vis eſt omnis. [73] huc gnatos voca,*
*Pretioſa per quos dona nubenti feras.*
*Ite, ite nati, matris [74] infauſtæ genus,*
*Placate vobis munere & multa prece (mũ*
*Dominã & novercã. vadite, & celeres do-*
*Referte greſſus, ultimo amplexu ut fruar.*

54 Nunc quidem emittere meum cruorem. ut mox valeam effundere ſanguinem filiorum meorum.
55 Sanguinem, libamen Dianæ Tauricæ ſacrum.
56 Hecate filia Perſei regis, Iovis neptis, *aliis* autem Ariſtei, *aliis* Iovis & Aſteriæ f.
57 Radios, influentiam, opem in magicis.
58 Monili ſeu crinali aureo. ſup. ℣. 574.
59 Ignis cœleſtis à Iove ſurrepti. Herc. Fu. 1206.
60 Iecore in pœnas aſſidue renaſcenti, ubi aquila illud depaſta fuerit. Herc. Fu. ibid.
61 Vires ignis. Heinſius legit, *virus*.
62 Vulcanus dedit ſuos ignes inſopibiles.
63 Qua fulminatus in Eridanum decidit.
64 Soli enim Phaëton filius: Medea neptis.
65 Ignem: namque πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος, *flammiſque armata Chimæra.*
66 Colchici ſup. ℣. 240. & 465.
67 Gorgonis; cui aliæ duæ ſorores Sthenyo & Euryale; quibus unicus oculus, quo per vices utebantur; crines ex anguibus; alæ; ungues ærei. hanc Perſeus occidit.
68 Occultum.
69 Vires.
70 Ne qua videntibus tangentibuſve oriatur ſuſpicio.
71 Ardens ex venenato crinali coma novæ nuptæ exuperet flammas tædarum nuptialium.

72 Exaudior, annuit, votaque rata fecit Hecate, meque audere jubet, nam στράπτε δ' ἀπειρέσιον δαῒ σέλας, ἀμφὶ δὲ τήνγε ὀξείῃ ὑλακῇ χθόνιοι κύνες ἐφθέγγοντο. ℣. 569. Oedip. 73 Siſte mihi huc ô nutrix natos meos. 74 Repudiatæ, & in exilium miſſæ.

## CHORVS.

*Furorem Medeæ Chorus timet, malitiam ejus execratus.*

*QVonam cruenta [1] Mœnas*
*Præceps amore ſævo*
*Rapitur? quod [2] impotenti*
*Facinus parat furore?*
[3] *Vultus citatus ira*
*Riget; & caput feroci*
*Quatiens ſuperba motu*
*Regi minatur ultro.*
[4] *Quis credat exulantem?*
*Flagrant genæ rubentes,*
*Pallor fugat ruborem.*
*Nullum vagante forma*
*Servat diu colorem.*
*Huc fert pedes, & illuc,*
*Vt [5] tigris orba gnatis,*
*Curſu furente luſtrat*
[6] *Gangeticum nemus: ſic*
*Frenare neſcit iras*
*Medea, non amores.*
*Nunc ira amorque cauſam*
*Iunxere, [7] quid ſequetur?*
*Quando efferet Pelaſgis*
*Nefanda [8] Colchis [9] arvis*
*Greſſum, metuque ſolvet*
*Regnum, ſimulque [10] reges?*
*Nunc, Phœbe, [11] mitte currus*
*Nullo morante loro;*
[11] *Nox condat alma lucem.*
*Mergat diem timendum*
*Dux noctis [12] Heſperugo.*

1 Furens Baccha. Oed. 436.
2 Effreni.
3 Sic ſup. ℣. 384. & deinceps.
4 Ex minaci vultu geſtuque ſuperbo quis credat illam in exilium ire juſſam.
5 Qua, catulis à venatore ſurreptis, nullum animal truculentius, nullum velocius. vide quæ nos ad Martial. epigr. xviij. lib. ſpect.
6 Indiæ nemora ſecat Ganges fl. max.
7 Vtri ſuccumbat locumve dabit? iræ-ne, an amori?
8 Medea à Colchide patria.
9 Ex imperio Creontis. ſup. ℣. 269.
10 Creonta & Iaſonem.
11 Vt ex præſcripto illi diei termino in exilium proficiſcatur. ſup. ℣. 295.
12 Hippol. ℣. 541. & ſup. ℣. 71.

ACTVS

# ACTUS QUINTUS.

## NUNCIUS. CHORUS. NUTRIX. MEDEA. IASON.

*Narrat nuncius Creuſam cum patre regiaque tota flagraſſe, pernicioſo Medeæ munere; Medea filios ſuos trucidat & aufugit.*

*PEriere cuncta. concidit regni ſtatus.*
*Gnata atque genitor cinere permiſto jacent.*
CH. Qua fraude capti? NV. qua ſolent [1] reges capi;
Donis. CH. *in illis eſſe quis potuit dolus?*
NVN. *Et ipſe miror; vixque jam facto malo*
*Potuiſſe fieri credo.* CH. *quis cladis modus?*
NVN. *Avidus per omnem regiæ partem furit,*
[2] *Vt juſſus, ignis: jam domus tota occidit;*
*Vrbi timetur.* CH. *unda flammas opprimat.*
NVN. *Et hoc in iſta clade mirandum accidit;*
[3] Alit unda flammas, quoque prohibetur magis,
Magis ardet ignis: ipſa præſidia occupat.
NVT. *Effer citatum* [4] *ſede Pelopeja gradum,*
[5] *Medea. præceps quaslibet terras pete.*
ME. *Egon' ut recedam? ſi profugiſſem prius,*
[6] *Ad hoc redirem,* [7] *nuptias ſpecto novas.*
*Quid, anime, ceſſas? ſequere felicem impetum.*
*Pars ultionis iſta, qua gaudes, quota eſt?*
*Amas adhuc furioſa? ſic ſatis eſt tibi*
[8] *Cœlebs Iaſon? quære pœnarum genus*
*Haud uſitatum: jamque ſic temet para.*
*Fas omne cedat, abeat expulſus pudor.*
Vindicta levis eſt, quam ferunt [9] parvæ manus.
*Incumbe in iras, teque languentem excita,*
*Penituſque veteres pectore ex imo impetus,*
*Violentius hauri. quidquid admiſſum eſt adhuc,*
[10] *Pietas vocetur.* [11] *hoc age: & faxo, ſciant*
*Quam levia fuerint quamque vulgaris notæ,*
[12] *Quæ commodavi ſcelera.* [13] *proluſit dolor*
*Per iſta noſter. quid manus poterant rudes*
*Audere magnum? quid* [13] *puellaris furor?*

1 Δωροφάγοι & δωροβόροι, quandoque δωρόληπτος: ut piſces hamo, quem captantes capiuntur.
2 A Medea quæ miſit.
3 Augetur ignis ſuperjecta aqua φάρμακον ἀσφαλτῶδες καὶ θειῶδες. incantum. ſup. ỳ. 820.
4 Corintho in faucibus Peloponneſi, Pelopi quondam regnata. Herc. Fu. ỳ. 1164.
5 Μήδεια, φεῦγε, φεῦγε μήτε ναίων Λίπου σ' ἀπήνην μήτ' ὄχον πεδοστιβῆ. Eurip.
6 Ad hoc facinus vel ſpectaculum.
7 *Ironice.*
8 Quod Creuſa uxore excidit.
9 Munera à liberis meis Creuſæ allata. vel leves manus, non in vindictæ modo graves, *addit itaque* Incumbe in iras, &c.
10 Præ iis quæ admittenda reſtant.
11 Rituale verbum, attende.
12 Quæ prius admiſi in Iaſonis gratiam. ſup. ỳ.276.
13 Hæc virgo feci, ſup. ỳ.49. Herc. Fu,221, & inf. ỳ.908, mox notan.

[14] *Medea nunc ſum ;* [15] *crevit ingenium malis.*
*Iuvat, juvat rapuiſſe fraternum caput ;*
*Artus juvat ſecuiſſe. &* [16] *arcano patrem*
*Spoliaſſe* [16] *ſacro. juvat in exitium* [17] *ſenis*
*Armaſſe natas. quære materiam, dolor ,*
*Ad omne facinus non rudem dextram afferens.*
*Quo te, igitur, ira mittis ? aut quæ perfido*
*Intendis hoſti tela ? neſcio quid ferox*
*Decrevit animus intus, & nondum ſibi*
*Audet fateri. ſtulta* [18] *properavi nimis.*
*Ex pellice utinam liberos hoſtis meus*
*Aliquos haberet ! quidquid ex illo tuum eſt ,*
*Creuſa peperit. placuit hoc pœnæ genus ,*
*Meritoque placuit. ultimum magno ſcelus*
*Animo parandum eſt. liberi quondam mei,*
*Vos pro paternis ſceleribus pœnas date.*
[19] *Cor pepulit horror, membra torpeſcunt gelu,*
*Pectuſque tremuit ; ira* [20] *diſceſſit loco ,*
[21] *Materque tota conjuge expulſa redit.*
*Egon' ut meorum liberûm ac prolis meæ*
*Fundam cruorem ? melius, ah demens furor.*
*Incognitum iſtud facinus, ac dirum nefas*
[22] *A me quoque abſit. quod ſcelus miſeri luent ?*
[23] *Scelus eſt Iaſon genitor, &* [24] *majus ſcelus*
[24] *Medea mater. occidant : non ſunt mei.*
*Pereant. mei ſunt. crimine & culpa carent ,*
*Sunt innocentes. fateor :* [25] *& frater fuit.*
*Quid, anime, titubas ? ora quid lacrymæ rigant ?*
*Variamque nunc huc ira, nunc illuc amor*
*Diducit ? anceps* [26] *æſtus incertam rapit.*
*Vt ſæva rapidi bella cum venti gerunt*
*Vtrinque fluctus maria diſcordes agunt,*
*Dubiumque pelagus fervet : haud aliter meum*
*Cor fluctuatur.* ira pietatem fugat ,
Iramque pietas. *cede pietati dolor.*
*Huc cara proles, unicum afflictæ domus*
*Solamen, huc vos ferte, & infuſos mihi*
*Conjungite artus. habeat incolumes pater,*

14 *Emphaſ.* nunc tandem in magicis videor aliquid profeciſſe.
15 Quum fuerint illa præludia & præexercitationes ad nobile hoc ſcelus.
16 Vellere aureo, Marti ſacrato.
17 Peliæ ſupra 256.
18 Nec diſtuli iras, donec mater ex Iaſone facta Creuſa ſuppeditaſſet ulterioris materiam vindictæ. Sed puta tuos (ô Medea) quoniam Iaſonis ſunt, etiam Creuſæ eſſe.
19 Deliberantem inducit Poëta Medeam poſt Apollonium, Ovidium, Valerium, *dumque vinci affectus ratione laborant*, appetitui tandem ſuccumbentem.
20 Locum dedit amori materno.
21 Maternuſque affectus redit expulſa animo vindictæ cupiditate ob repudiatam me ab Iaſone conjugem. 22 *Emphaſ.* etiam à me effreni & vindictæ cupidiſſima. 23 Scelus eſt Iaſonis patris eorum , qui me perfide & ingrate reliquit. 24 Quæ in perfidi gratiam toties ſceleſta fui. 25 Nec tamen illi peperci ut Iaſoni prodeſſem. 26 Tanquam maris, ubi ſæva rapidi bella, &c.

*Dum & mater habeat.* 27 *urget exilium, ac fuga.*
*Iam jam meo rapientur avulſi ſinu,*
*Flentes, gementes* 28 *oſculis pereant patris;*
*Periere matris. rurſus increſcit dolor,*
*Et fervet odium, repetit inviſam manum*
*Antiqua mentis ira. qua ducis, ſequor.*
29 *Vtinam ſuperba turba Tantalidos meo*
*Exiſſet utero, biſque ſeptenos parens*
*Natos tuliſſem! ſterilis in pœnas fui,*
*Fratri patrique quod ſat eſt, peperi duos.*
30 *Quonam iſta tendit* 31 *turba Furiarum impotens?*
*Quem quærit? aut quo flammeos ictus parat?*
*Aut cui cruentas* 31 *agmen infernum faces*
*Intentat.* 32 *ingens anguis excuſſo ſonat*
*Tortus flagello. quem trabe infeſta petit*
33 *Megæra? cujus umbra* 34 *diſperſis venit*
35 *Incerta* 34 *membris? frater eſt, pœnas petit.*
*Dabimus. ſed* 36 *omnes fige luminibus* 36 *faces:*
*Lania, perure. pectus en furiis patet.*
*Diſcedere à me, frater, ultrices Deas,*
*Maneſque ad imos ire* 37 *ſecuras jube:*
*Mihi me relinque, & utere hac, frater, manu,*
*Quæ* 38 *ſtrinxit enſem:* 39 *victima manes tuos*
*Placamus iſta.* 40 *quid repens affert ſonus?*
*Parantur arma, meque in exitium petunt.*
*Excelſa noſtræ tecta conſcendant domus*
*Cæde inchoata.* 41 *perge tu mecum comes.*
*Tuum quoque ipſa corpus hinc mecum aveham.*
*Nunc hoc age anime:* 42 *non in occulto tibi eſt*
*Perdenda virtus, approba populo manum.*
IA. *Quicunque regum eſt cladibus fidus, dolens,*

27 Vrget tamen in iras cædeſque inſtans exilium.
28 Et quoniam non poſſunt ſupereſſe matri, nec patri ſupererunt. Refert tamen Euripidis Scholiaſtes corruptum à Corinthiis Euripidem 5 talentis tranſtuliſſe in Medeam filiorum ſuorum cædem, quos ipſi Corinthii in matris odium interfecerant.
29 Vtinam peperiſſem tot filios quot Niobe Tantali filia; *Herc. Fu.* 389. quæ mihi ampla foret vindictæ ſeges. & tamen duos habeo Marmorum & Pheretem, quos patri meo prodito fratrique cæſo quaſi inferias offeram. inf. ℣. 968. 30 Sibi per phantaſiam videtur Furias videre, mox fratris umbras. 31 Herc. Fu. ℣. 101. Thyeſt. 78. 32 Thyeſt. 69. Herc. Fu. 88. & 103. 33 μεγάλη ἔρις, καὶ μεγαίρουσα. 34 Vt curas affectuſque animi, ita corporis vulnerum indicia poſt mortem manere fingunt poëtæ. 35 Quam prima facie vix agnoſco. 36 Furoris mei incitamenta, & quæ in me pietatis maternæ lumina extinguant. 37 Nec dubitent quin ſcelus factura ſim. 38 In te. 39 *Atque hoc dicto unum è filiis interficit.* 40 *Irruit Iaſon cum armatis.* 41 Dum hæc dicit, in altum rapit filios tum cæſum tum ſuperſtitem; quod ut celerius fiat, ſciendum variis machinis uſos fuiſſe tragicos, de quibus vide Vitruvium & Ioſ. Scal. Poët. l. 1. c. 21. hic autem vel pegmatis ξυλοκινήτου, vel γεράνου opera in domus faſtigium ſubito ſublatam Medeam, ut & ſub fine hujus tragœdiæ eodem machinamento per aërem à draconibus avectam. 42 Non ut prius magicis & veneficiis idque clam, ſed ſpectanti Iaſoni cum Corinthiis ede ſpecimen virium tuarum, in interficiendis filiis.

*Con-*

*Concurre, ut ipſam ſceleris auctorem horridi*
*Capiamus : huc, huc, fortis [43] armigeri cohors*
*Conferte tela ; vertite ex imo domum.*
ME. [44] *Iamjam recepi ſceptra, [45] germanum, patrem;*
*Spoliumque Colchi pecudis auratæ [46] tenent,*
*Rediere regna ; rapta virginitas redit.*
*O placida tandem numina ! O feſtum diem !*
*O nuptialem ! vade. [47] perfectum eſt ſcelus ;*
*[48] Vindicta nondum : [49] perage dum facinus manu.*
*Quid nunc moraris, anime ? [50] quid dubitas ? potes.*
*Iam cecidit ira : pœnitet, facti pudet.*
*Quid, miſera, feci ? [51] miſera, pœniteat, licet ;*
*Feci. [52] voluptas magna me invitam ſubit :*
*Et ecce creſcit. [53] deerat hoc unum mihi,*
*Spectator ipſe. nil adhuc factum reor.*
*Quidquid ſine [54] iſto fecimus ſceleris, periit.*
IA. *En ipſa tecti parte præcipiti imminet.*
*Huc rapiat ignes aliquis, ut flammis cadat*
*[55] Suis peruſta.* ME. [56] *congere extremum tuis*
*Natis, Iaſon, funus, ac tumulum ſtrue.*
*Conjux ſocerque [57] juſta jam funeris habent*
*A me ſepulti : natus hic fatum tulit.*
*Hic te vidente dabitur exitio pari.*
IA. *Per numen omne, perque [58] communes fugas*
*Toroſque, quos [59] non noſtra violavit fides,*
*Iam parce nato : ſi quod eſt crimen, meum eſt :*
*Me dede morti ; noxium macta caput.*
ME. [60] *Hac, qua recuſas, qua doles, ferrum exigam.*
*I nunc ſuperbe, [61] virginum thalamos pete ;*
*Relinque matres.* IA. *unus eſt pœnæ ſatis.*

43 O armigeri, *appoſitive* fortis manus. vel lege *armigerum*. 44 Iam poſtquam injurias ulta ſim, videor mihi abunde omnia priora damna recuperaſſe. 45 Vterinum : neque enim ex eadem matre frater erat Abſyrtus. 46 Recepiſſe videri poſſunt in mea vindicta. 47 In uno interfecto. 48 Reſtat enim alter interficiendus, ne quid Iaſoni ſuperſit quo ſe oblectet. 49 Legitur &c, *perage, dum faciunt manus.* 50 Al. *Quid dubitas? potens Iam cecidit ira*, id eſt, quæ vindictam habes in manu & poteſtate tua. 51 Sero miſeram me agnoſco. ſero pœnitet, poſtquam fecerim. 52 Vindictæ voluptas me etiam reluctantem urget. 53 Vt Iaſon filii prius cæſi ſpectaret necem. 54 Spectatore. 55 Quibus ipſa in aliis uſa eſt. 56 Imo pie & pro tuo officio feceris, ſi rogum tuis natis à me cæſis conſtruxeris, namque ego conjugi tuæ ac ſocero pyram accendi. *Sarcaſtice.* 57 Al. leg. *iuſtæ jam functis.* id eſt, rogum. 58 E Colchide fugientes Aetam ex Theſſalia patrem tuum. 59 Non fides mea erga te imminuta, ſed huc coactus ut liberorum ſaluti conſulerem. ſup. ℣. 438. è quibus tamen tu alterum extinxti, O parce ſuperſtiti. 60 Sumam de te pœnas hac qua te magis urit parte, id eſt, in filio. 61 Creuſæ nuptias pete, me conjugem factamque ex te matrem deſere, *Sarcaſtice* : ut quæ filios habeam quorum cæde patris injurias mater ulciſci poſſim. Pluralia autem ſæpe per indignationem pro ſingularibus poſita ℣. 1285. Herc. Fu.

ME. [62] *Si poſſet una cæde ſatiari manus,*
*Nullam petiſſet. ut duos perimam tamen,*
*Nimium eſt dolori numerus anguſtus meo.*
*In matre ſi quod pignus etiamnum latet,*
*Scrutabor enſe viſcera, & ferro extraham.*
IA. [63] *Iam perage cœptũ facinus, haud ultra precor;*
*Moramque ſaltem ſuppliciis dona meis.*
ME. *Perfruere lento ſcelere, ne propera dolor.*
[64] *Meus dies eſt: tempore accepto utimur.*
IA. *Infeſta memet perime.* ME. [65] *miſereri jubes.*
[66] *Bene eſt, peractum eſt. plura non habui, dolor,*
*Quæ tibi litarem.* [67] *lumina huc tumida alleva*
*Ingrate Iaſon. conjugem agnoſcis tuam?*
[68] *Sic fugere ſoleo. patuit in cœlum via,*
*Squammoſa gemini colla ſerpentes jugo*
*Summiſſa præbent. recipe jam natos parens*
[69] *Ego inter auras aliti curru vehar.*
IA. *Per alta vade ſpacia ſublimi æthere:*
[70] *Teſtare nullos eſſe, qua veheris, deos.*

62 Si tantum mihi ſupereſſet pietatis ut unius cæde me ſatiarem, alteri parcerem; etiam neutrum interficere ſuſtinuiſſem: ſed omnem exui pietatem, itaque vix dolori meo ſufficiunt iſti duo, imo ſi me gravidam ſentirem etiam diſſecto utero fœtum extraherem. 63 Non parum hic locus omnes torquet. I. Lipſius verſus locatos præpoſtere ſuſpicatur, tranſponendo tamen non multum conſequitur. ſimile quid facit Delrius pluribus quidem verbis, nihil tamen felicius. Ioſ. Scaliger omnia hæc Medeæ tribuit. Dan. Heinſius, à Grotio monitus, nodum ſolviſſe videtur, exponendo: *donare moram* dictum eſſe, ut *donare iram* aut *donare offenſas*: quod ille facit qui amplius offenſus non eſt. quaſi diceret Iaſon: Quoniam apud te nihil poſſunt preces meæ, perage cœptum facinus, rogata ſaltem à me, moram remittas, nec me crudelitate iſta torqueas; illa autem quo gravius urat, reſpondet, *Perfru.* &c. 64 A Creonte mihi datus. ſup. ℣. 295. 65 Miſeris enim mors grata, vid. Herc. Fu. 512. 66 *Cæſo jam altero filio.* 67 Attolle oculos tuos meque vide. annon agnoſcis me ex ſolita cæde? prius quidem tibi, jam mihi vindictam poſcentem. 68 Per cædes patrem fugi occiſo fratre, Acaſtem mariti mei patruelem occiſo patre ſuo, te jam conjugem occiſis filiis. 69 Et his dictis vecta curru junctis draconibus avolat Athenas, ubi Theſeo nupta. ſup. ℣. 973. 70 Teſtimonium dicas contra deorum juſtitiam, vel argumento ſis nullos eſſe in cœlo deos, ſi tibi inſigniter ſceleſtæ per æthera pateat impune via.

HIPPO-

# HIPPOLYTVS.

## Interlocutores.

| | |
|---|---|
| HIPPOLYTVS. | CHORVS. |
| PHÆDRA. | THESEVS. |
| NVNCIVS. | NVTRIX. |

## *ARGVMENTVM.*

Hippolyti, Theſei ex Antiope Amazone filii, Dianam virginem ac venatricem colentis, abſente apud inferos Theſeo, noverca Phædra caſtitatem oppugnat, nec expugnat. Repulſa impudica mulier Theſeo reduci privignum oblati per vim ſtupri inſimulat. Ille credulus, filio, qui jam domum impudicam fugerat, è votis quod reſtabat tertio fretus, abſenti mortem imprecatur: ratum facit votum Neptunus, emiſſo tauro marino qui equos Hippolyti conſternat, unde per vepres & ſaxa diſtractus auriga dilaniatur. Quod ubi reſcivit malè ſibi conſcia mulier, ſcelus ſuum falſumque crimen apud maritum confeſſa gladio ſe transfigit. Theſeus innoxii filii caſum lugens, iramque ſuam deteſtatus, collectos paſſim artus componit.

## ACTVS PRIMVS.

### HIPPOLYTVS.

*Hippolytus varia loca & munera miniſtris & venationis comitibus diſperſit; Dianamque venationis Deam invocat.*

*ITe, umbroſas [1] cingite ſylvas,*
*Summaque montis juga [2] Cecropii,*
*Celeri planta luſtrate vagi*
*Quæ ſaxoſa [3] loca Parnethi*
*Subjecta jacent; & quæ [4] Thriaſiis*
*Vallibus amnis rapida currens*
*Verberat unda: ſcandite colles*
*Semper canos [5] nive Riphæa.*
*Hac hac alii, qua nemus alta*
*Texitur alno; qua prata jacent,*
*Qua rorifera mulcens aura*
*[6] Zephyrus vernas evocat herbas.*

1 Indagine odora, canum vi, retibus.

2 Attici, à Cecrope qui oppidum Cecropiam condidit. quod poſtea in arcem Athenarum mutatum eſt, unde regio & mons vicinus nomen habent.

3 Parnes autem mons Atticæ prope Pymetrum.

4 Thriaſiis vallib. Thria enim vicus Atticus in tribu Oeneidæ.

5 Indurata à Borea flante à Ripheis montibus Scythiæ.

6 Favonius veris comes & pater, genitalis mundi ſpiritus.

*[7] Vbi per glacies lenis Iliſſus,*
*Vbi [8] Meander ſuper æquales*
*Labitur agros piger, & ſteriles*
*Amne [9] maligno radit arenas.*
*Vos, qua [10] Marathon tramite lævo*
*Saltus aperit; qua [11] comitatæ*
*Gregibus parvis nocturna petunt*
*Pabula fœtæ. vos, [12] qua tepidis*
*Subditus auſtris, frigora mollit*
*Durus Acharnan. alius rupem*
*Dulcis [13] Hymetti: parvas alius*
*Calcet [14] Aphidnas. pars illa diu*
*Vacat [15] immunis, qua [16] curvati*
*Litora ponti [17] Sunion urget.*
*Si quem tangit gloria ſylvæ,*
*Vocat hunc [18] Philipis. hic verſatur*
*[19] Metus agricolis, vulnere multo*
*Iam notus aper. at vos laxas*
*Canibus [20] tacitis mittite [21] habenas:*
*Teneant acres lora [22] Moloſſos.*
*Et pugnaces tendant [23] Creſſæ*
*Fortia trito vincula collo.*
*[24] At Spartanos, (genus eſt audax*
*Avidumque feræ,) nodo cautus*
*Propiore liga. [25] veniet tempus,*
*Cum latratu cava ſaxa ſonent:*
*Nunc [26] dimiſſi nare ſagaci*
*Captent auras, luſtraque preſſo*
*Quærant roſtro; dum [27] lux dubia eſt;*
*Dum ſigna pedum roſcida tellus*
*Impreſſa tenet; alius raras*
*Cervice [28] gravi portare plagas,*
*Alius teretes properet laqueos.*
*Picta rubenti [29] linea pinna*
*Vano cludat terrore feras.*

7 Plurimi libb. hunc verſum non admittunt, & merito. quid enim eſt *per glacies labi*? eaſque in Attica. I. Lipſ. emendat *glareas* in diſſyllabon contractum: ut per ſcrupos & ſaxa volvatur Iliſſos Atticæ amnis.

8 De quo in Herc. Fu. 613. Sed ille Phrygiæ fl. hic de Atticis ſermo eſt. niſi forte ad illud reſpicit quod refert Pauſan. in Corinthiacis, Mæandrum in mare ad Miletum delapſum mare ſubire, & in Peloponneſo emergere atque illic Aſopum fieri. Alii leg. *Melanus*.

9 Parco, non irriganti terras *vel* alluenti agros Phrygum & Carum, *vel* doloſo, flexuoſo.

10 Ex urbibus Tetrapoleos Atticæ una, Miltiadis victoria de Perſis inſignis.

11 Feræ comitatæ fœtibus noctu paſcuntur.

12 Qua ſtrenui bellatores Acarnenſes meridionalem Atticæ partem incolunt. *Vel* qua mons ſaxoſus prope Acarnas vicum Atticæ frigora mollit.

13 Montis Atticæ marmore clari, ut & thymo ac melle celebris.

14 Vicum Athenienſium ubi Theſeus Helenam raptam occultavit.

15 A venatione noſtra & præda.

16 Sinuati.

17 Promontorium Atticæ.

18 Lege *Phibalis*, qui Atticæ locus caricis commendatus, Ariſtoph.

19 Terror metuendus agricolis, quos multoties vulneravit. *vel* notus multo venatorum vulnere, quos tamen effugit.

20 Non argutis, vocalibus, clamoſisve.

21 Quas copulas vocant. *vel* lora. *Taupler. or Leashes.*

22 Epiroticos canes, qui fortitudine laudantur: ut Spartani, ſeu Lacones velocitate.

23 Canes Cretenſes fœmellæ acres loris extenſis indagant.

24 Sed Laconas arctiori nodo coërcete.

25 Feris ſc. excitatis.

26 Vide Thyeſt. ℣. 497.

27 Primum diluculum.

28 Gravata.

29 Formido, genus retis plumis verſicoloribus iiſdemque uſtulatis intertextum, quod viſu & odore feras terrens in veras plagas impelleret.

Tibi

*Tibi libretur miſſile telum.*
*Tu grave, dextra lævaque ſimul.*
*Robur* [30] *lato dirige* [30] *ferro.*
*Tu præcipites clamore feras*
[31] *Subſeſſor ages: tu jam victor*
*Curvo ſolves viſcera cultro.*
[32] *Ades en comiti Diva virago,*
*Cujus regno* [33] *pars terrarum*
*Secreta vacat: cujus certis*
*Petitur telis fera,* [34] *quæ gelidum*
*Potat Araxen, &* [35] *quæ ſtanti*
*Ludit in Iſtro: tua* [36] *Getulos*
*Dextra leones, tua* [37] *Creteas*
*Sequitur cervas: nunc veloces*
*Figis damas leviore manu.*
*Tibi* [38] *dant* [39] *varia* [38] *pectora* [40] *tigres,*
*Tibi villoſi terga* * *biſontes,*
*Latiſque feri cornibus* [41] *uri.*
*Quidquid* [42] *ſolis paſcitur arvis,*
*Sive illud* [43] *inops novit* [43] *Garamas,*
*Sive illud Arabs* [44] *divite ſylva,*
*Sive veroſis* [45] *juga Pyrenes,*
*Sive* [46] *Hyrcani celant ſaltus,*
*Vacuiſque* [47] *vagus Sarmata campis,*
*Arcus metuit, Diana, tuos.*
[48] *Tua ſi gratus numina cultor*
*Tulit in ſaltus; retia vinctas*
*Tenuere feras; nulli laqueum*
*Rupere pedes; fertur plauſtro*
*Præda* [49] *gementi. tum roſtra canes*
*Sanguine multo rubicunda gerunt;*
*Repetitque caſas ruſtica longo*
[50] *Turba triumpho. en Diva* [51] *fave,*
*Signum arguti miſere canes.*
*Vocor in ſylvas. hac, hac, pergam,*
[52] *Qua via longum compenſat iter.*

30 Venabulo.
31 In inſidiis latens, unde occaſione capta repente exiliens territas feras in laqueos agat.
32 Fave mihi O Diana, venationis Dea virilis.
33 Inferi. eadem enim quæ Proſerpina. *vel ad rem præſentem*, nemora, ſylvæ, ferarum luſtra.
34 *Vbivis terrarum* & quæ bibit Araxem fl. Armeniæ.
35 Et quæ ludibunda percurrit Danubium in Germania ortum fl. congelatum.
36 Libycos. Getuli n. antiquiſſimi incolæ Africæ, *quæ Leonum arida nutrix.*
37 Creta enim cervis nobilis & dictamno, cujus uſum docuerunt cervæ.
38 Reſiſtentes figuntur.
39 Maculoſæ.
40 Herc. Fu. ℣. 1323.
* Boves ſylveſtres.
41 Feri boves in Germania, vi & velocitate excellentes.
42 Deſertis.
43 Interioris Africæ popul. egenus & vagus.
44 Aromatum feraci.
45 Montes Pyrenæi. à Pyrene filia Bebricis ibi compreſſa ab Hercule; ut volunt fabulæ, vel ἀπὸ τοῦ πυρὸς, propter incendium. quo flagravit illorum montium ſylva, injecto à paſtoribus igne.
46 Hyrcania Scythiæ contermina hod. *Hyrach.*
47 Herc. Fu. ℣. 538.
48 Si numen tuum invocanti, partem prædæ voventi, venationem rite aggreſſo adfueris prædam largita. 49 Al. *trementi.* ſc. præ pondere prædæ. 50 In morem triumphi à venatione rediens præda onuſta: ſed & venatores Idib. Aug. ſolenniter feriati ſpicatas faces accenſas in nemora Dianæ ſacra ferebant, caneſque infulis ornatos cum cæteris inſtrumentis venatoriis Deæ ſiſtebant. 51 Scribendum opinor *favet*, nam faventis ſignum agnoſcit canum vocem. 52 Per iter mage compendioſum.

PHÆ-

## PHÆDRA. NVTRIX.

*Phædra amore Hippolyti ardere ſe fatetur apud nutricem, fruſtra eam à tam nefando amore dehortantem.*

[1] *O Magna vaſti Creta dominatrix freti,*
*Cujus per omne littus innumeræ rates*
*Tenuere pontum,* [2] *quidquid Aſſyria tenus*
*Tellure Nereus pervium roſtris ſecat;*
*Cur me in* [4] *penates* [3] *obſidem* [4] *inviſos datam,*
[5] *Hoſtique nuptam, degere ætatem malis*
*Lacrymiſque cogis? profugus en conjux abeſt,*
*Præſtatque nuptæ,* [6] *quam ſolet, Theſeus fidem.*
*Fortis per altas,* [7] *invii retro lacus*
*Vadit tenebras* [8] *miles audacis proci;*
*Solio ut revulſam regis inferni abſtrahat.*
*Pergit* [9] *furoris ſocius. haud* [10] *illum timor,*
*Pudorque tenuit. ſtupra & illicitos toros*
*Acheronte in imo quærit Hippolyti pater,*
*Sed major alius incubat mœſtæ dolor.*
*Non me quies nocturna, non altus ſopor*
*Solvere curis: alitur & creſcit malum,*
*Et ardet intus; qualis* [11] *Ætnæo vapor*
*Exundat antro.* [12] *Palladis telæ vacant,*
*Et inter ipſas penſa labuntur manus.*
*Non colere donis templa* [13] *votivis libet;*
*Non inter aras,* [14] *Atthidum miſtam choris,*
*Iactare tacitis* [15] *conſcias ſacris faces;*
*Nec adire caſtis precibus aut ritu pio*
*Adjudicatæ* [16] *præſidem terræ deam.*
[17] *Iuvat excitatas conſequi curſu feras,*

1 O patria mea Creta, inſula ad dominatum Græciæ ſita. Nam & Minos ſibi vicinas inſulas & maximam Græciæ partem ſubdidit.
2 Heinſius legit: *Quiſquis Aſſyria tenue Tellure Nereæ pervium roſtris ſecat.* ait Lipſii atque aliorum non levis cenſor ſe non capere quid ſecet Nereus, qui & ipſe navium roſtris ſecatur. ſed & recte dici poteſt *ſecat* de mari Mediteran. Herc. Fu. ℣. 233. hoc eſt, qua patet mare navibus pervium ad Aſſyriam uſque.

3 Neque enim filiarum raptum ulciſcebatur Minos. inf. ℣. 244. 4 Eorum qui fratrem meum Androgeon interfecerunt. 5 Theſeo qui Athenienſis Minotaurum occidit, ſororem deſeruit. meque adeo. 6 Helenæ, Hippolyte ſeu Antiopæ, Meliboeæ, Ariadnæ. 7 Stygis irremeabilis. 8 Secutus Pirithoum. Herc. Fu. ℣.805. 9 Inſani amoris. 10 Hinc & ſibi illiciti amoris licentiam captat non ſedatæ libidinis mulier. 11 Herc. Fu. ℣.105. 12 A Pallade inventæ artes textoriæ & lanificæ, id eſt, non nere non texere juvat. πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν. 13 Pro mariti reditu. 14 Matronarum Atticarum. vid. Herc. Fu. ℣.300. & 844. & 1163. 15 *Pathos*, facibus ſenſum dat tanquam myſticis. 16 Minervam, cui Deorum judicio & populi ſuffragio adjudicatum præſidium & nomen Athenarum, cum olivam pacis ſymbolum eduxiſſet, donum præſtantius Neptuni bellatore equo. vid. Herc. Fu. 912. 17 Me Hippolyti comitem.

*Et rigida molli* [18] *gæſa jaculari manu.*
*Quo tendis, anime? quid furens ſaltus amas?*
[19] *Fatale miſeræ matris agnoſco malum.*
*Peccare noſter novit in ſylvis amor.*
*Genitrix, tui me miſeret. infando malo*
*Correpta, pecoris efferi ſævum ducem*
*Audax amaſti. torvus, impatiens jugi,*
*Adulter ille, ductor indomiti gregis.*
*Sed amabat* [20] *aliquid: quis meas miſeræ deus,*
*Aut quis juvare* [21] *Dædalus flammas queat?*
*Non, ſi ille remeet arte* [22] *Mopſopia potens*
[23] *Qui noſtra cæca monſtra concluſit domo,*
*Promittat ullam caſibus noſtris opem.*
[24] *Stirpem peroſa Solis invisi Venus,*
*Per nos catenas vindicat Martis ſui,*
*Suaſque probris omne Phœbeum genus*
*Onerat nefandis. nulla* [25] *Minois levi*
*Defuncta amore eſt. jungitur ſemper nefas.*
NVT. *Theſeia conjux,* [26] *clara progenies Iovis,*
*Nefanda caſto pectore exturba ocyus:*
*Extingue flammas; neve te diræ ſpei*
*Præbe obſequentem.* quiſquis in primo obſtitit
Repulitque amorem, tutus ac victor fuit.
[27] Qui blandiendo dulce nutrivit malum,
Sero recuſat ferre, quod ſubiit, jugum.
[28] *Nec me fugit, quam durus, & veri inſolens,*
*Ad recta flecti regius nolit tumor.*
PH. *Quemcunque dederit exitum caſus, feram:*
[29] Fortem facit vicina libertas ſenem.
NV. Obſtare primum eſt velle, nec labi via:
Pudor eſt ſecundus, noſſe peccandi modum.
*Quo miſera pergis? quid domum infamem gravas,*

18 Tela Romanis uſurpata ab Hiſpanis, *ut alii*, à Gallis, *Virg.* Gæſa Alpina. 19 Mater enim Paſiphaë taurum in ſylvis paſcentem, ego Hippolytum venatorem ſylvis gaudentem amo. 20 *Vaccam, quam in magno ſequitur grege*, unde ſpes aliqua matri fruendi amoris; mihi autem nulla, Hippolytus enim ἀναίσθητος nihil amat. 21 Ingenioſus artifex, qui amati tauri copiam fecit matri meæ ligneæ vaccæ incluſæ. 22 Attica, à Mopſo rege, *vel* Mopſopia Oceani filia. hoc eſt, arte Dædali Athenienſis. 23 Qui concluſit Minotaurum matre mea natum in Labyrintho. 24 Venus odio & vindicta noſtram proſequitur familiam (Paſiphaë enim filia Solis) cujus adulterium cum Marte detexit Sol detulitque ad Vulcanum, qui ipſos ferreis reticulis irretitos Diis deridendos exhibuit. 25 Patronymicum, fœmina è familia Minois. 26 Filia Minois qui Iove ſatus. 27 Vitare enim plagas facilius, quam retibus ſe expedire aut Validos Veneris perrumpere nodos. 28 Novi ego regum & nobilium ſuperbum ingenium, quam non libenter verum audiant aut ad rectum flecti velint. ℣. 574. Octav. 29 Quidam continuant nutricis orationem, quæ jam vetula liberius reginam moneat ſenectute ſua freta. *alii* Phædræ duos hoſce verſus tribuunt, ſed poſteriorem legunt *Sortem facit vicina libertas levem.* quæ vel amoris fruitio vel mors deſtinata.

Super-

*Superaſque matrem?* [30] *majus eſt monſtro nefas.*
*Nam* monſtra [31] fato, moribus ſcelera imputes.
*Si, quod maritus ſupera non cernit loca,*
*Tutum eſſe facinus credis, & vacuum metu;*
*Erras.* [32] *teneri crede* [33] *Lethæo abditum*
*Theſea profundo; ferre perpetuam* [33] *Stygem.*
*Quid ille,* [34] *lato maria qui regno premit,*
[35] *Populiſque reddit jura* [35] *centenis pater,*
*Latere tantum facinus occultum ſinet?*
Sagax parentum eſt cura. *credamus tamen*
*Aſtu doloque tegere nos tantum nefas:*
*Quid* [36] *ille rebus lumen infundens ſuum*
*Matris parens? quid* [37] *ille, qui mundum quatit,*
*Vibrans coruſca fulmen* [38] *Ætnæum manu*
*Sator deorum? credis hoc poſſe effici*
*Inter* [39] *videntes omnia ut lateas* [36] [37] *avos?*
[40] *Sed, ut ſecundus numinum abſcondat favor*
*Coitus nefandos, utque contingat ſtupro*
*Negata magnis ſceleribus ſemper fides:*
Quid pœna præſens, conſciæ mentis pavor;
Animuſque culpa plenus, & ſemet timens?
Scelus [41] aliqua [42] tutum, nulla ſecurum tulit.
*Compeſce amoris impii flammas precor,*
*Nefaſque, quod non ulla tellus barbara*
*Commiſit unquam, non* [43] *vagus campis Geta,*
*Nec inhoſpitalis* [44] *Taurus, aut* [43] *ſparſus Scythes,*
*Expelle facinus mente caſtifica horridum;*
*Memorque* [45] *matris, metue concubitus novos.*
*Miſcere thalamos patris & gnati apparas,*
*Vteroque* [46] *prolem capere confuſam impio?*
[47] *Perge, & nefandis verte naturam* [48] *ignibus.*
*Cur monſtra ceſſant?* [49] *aula cur fratris vacat?*
[50] *Prodigia toties orbis inſueta audiet,*
*Natura toties legibus cedet ſuis,*

30 Inceſtus hic amor tuus major eſt bellnino illo matris tuæ, unde Minotaurus.
31 Stoice. nam Peripatetici monſtra peccato naturæ tribuunt.
32 Puta Theſeum non rediturum ab inferis; quid Minos pater tuus?
33 Infern. vide Herc. Fu. ℣. 291, 679, 711.
34 Sup. ℣. 85.
35 Cretæ quæ C. habet urbes.
36 Sol avus tuus maternus.
37 Iupiter avus paternus.
38 Quod in Ætna fabricant Cyclopes Vulcani miniſtri.
39 Phœbum cuncta luſtrantem, Iovem omnia implentem.
40 Verum puta nefas hoc tuum poſſe latere Deos conniventes, &c. quid conſcientia tua? annon illa occulto flagello & ſurdo verbere excarnificabit? 41 Mulier aut mens. 42 Ab externa pœna aliqua, nulla abſque interna anxietate. *Nocens habuit aliquando latendi fortunam, nunquam fiduciam.* 43 Pop. Scythiæ Europæ. vid. Thyeſt. 369. & Herc. Fu. 532. 44 Nec Tauri Aſiæ montis incolæ. 45 Sup. ℣. 112. 46 Qualem mater concepit ex Minoe & tauro. 47 Epitrope. conceſſio Ironica. 48 Amoribus. 49 Ex te alterum monſtrum ſuppleat Labyrinthum, locum Minotauri, tui è matre fratris, quem Theſeus ſuſtulit. 50 Toties generabuntur monſtra, quoties mulier Cretenſis (maxime Minois) amabit.

*Quoties amabit Creſſa?* PH. [51] *quæ memoras ſcio*,
*Vera eſſe, nutrix: ſed* [52] furor cogit ſequi
Pejora. vadit animus in præceps ſciens,
Remeatque, fruſtra ſana conſilia appetens.
[53] *Sic cum gravatam navita adverſa ratem*
*Propellit unda, cedit in vanum labor,*
*Et victa prono puppis aufertur vado.*
Quod ratio poſcit, vincit ac regnat [52] furor,
*Potenſque tota mente dominatur Deus.*
*Hic* [54] *volucer omni regnat in terra potens,*
[55] *Ipſumque flammis torret indomitis Iovem.*
[56] *Gradivus iſtas belliger ſenſit faces;*
[57] *Opifex* [58] *triſulci fulminis ſenſit Deus;*
*Et qui furentes ſemper Ætnæis jugis*
*Verſat caminos,* [59] *igne tam parvo calet.*
[60] *Ipſumque Phœbum, tela qui nervo regit,*
*Figit ſagitta* [61] *certior miſſa puer:*
*Volitatque cœlo pariter & terræ gravis.*
NVT. *Deum eſſe amorem,* [62] *turpiter vitio favens*
*Finxit libido: quoque liberior foret,*
*Titulum furori numinis falſi addidit.*
*Natum per omnes ſcilicet terras vagum*
[63] *Erycina mittit. ille per cœlum volans*
*Proterva tenera tela molitur manu;*
[64] *Regnumque tantum minimus in ſuperis habet.*
[65] *Vana iſta demens animus aſcivit ſibi,*
*Venerisque numen finxit, atque arcus Dei.*
Quiſquis ſecundis rebus exultat nimis,
Fluitque luxu ſemper [66] inſolita appetens;
[67] Hunc illa magnæ dira fortunæ comes
Subit libido: non placent ſuetæ dapes,
Non tecta ſani moris, aut vilis cibus.
[68] Cur in penates rarius tenues ſubit
Hæc delicatas eligens peſtis domos?
Cur ſancta parvis habitat in tectis Venus,
Mediumque ſanos vulgus affectus tenet,
Et ſe coërcent [69] modica? contra divites,

51 *Video meliora proboque, Deteriora ſequor*, affectibus rationi reluctantibus. *Dum premitur ratione animus vincique laborat.*
52 Inſanus amor.
53 *Non aliter quam qui adverſo vix flumine lembum Remigiis ſubigit*, &c.
54 Cupido amoris Deus alatus.
55 Vide Chorum ſequentem.
56 Mars. vide Herc. Oet. 1312.
57 Vulcanus ſupr. ℣. 155.
58 Thyeſt. ℣. 1086. Herc. Oet. 1993.
59 Vna Cupidinis facula.
60 *Emph.* ἑκηβόλον.
61 *Noſtra tamen una ſagitta certior*, &c. Phœbus apud Ovid.
62 Legitur *turpis & vitio* favens, Et, *turpe ſervitio favens.*
63 Venus, ab Eryce Siciliæ monte, ubi colitur.

64 *Regnat & in ſuperos jus habet ille Deos.* 65 In prætextum & defenſionem culpæ. vide Octav. ℣. 548. 66 Non aſſueta, id eſt novitatem dapum & amorum. 67 Ex copia & affluentia ad faſtidium uſque Venus & luxus in cibis ac ædificiis, ἐν πλησμονοῦντι Κύπρις. 68 ἐν πενῶντι δ' οὔ. *Caſta pudicitiam ſervat domus.* 69 Mediocria, mediæ ſortis homines.

Regnoque fulti, plura, quam fas eſt, petunt ?
Quod non poteſt, vult poſſe, qui nimiū poteſt.
*Quid deceat alto præditam ſolio, vide.*
*Metue ac verere ſceptra remeantis viri.*
PH. *Amoris in me maximum regnum fero,*
*Redituſque nullos metuo.* [70] *non unquam amplius*
*Convexa tetigit ſupera, qui merſus ſemel*
*Adiit ſilentem nocte perpetua domum.*
NV. *Ne crede. Ditis cluſerit regnum licet,*
[71] *Caniſque diras Stygius obſervet fores:*
*Solus negatas invenit Theſeus vias.*
PH. *Veniam ille amori forſitan noſtro dabit.*
NV. *Immitis etiam conjugi caſtæ fuit:*
*Experta ſævam eſt barbara* [72] *Antiope manum.*
*Sed poſſe flecti conjugem iratum puta:*
*Quis* [73] *hujus animum flectet intractabilem?*
*Exoſus omne feminæ nomen fugit;*
*Immitis annos* [74] *cœlibi vitæ dicat;*
*Connubia vitat;* [75] *genus Amazonium ſcias*
PH. *Hunc in nivoſi collis* [76] *hærentem jugis,*
*Et aſpera agili ſaxa calcantem pede,*
*Sequi per alta nemora, per montes, placet.*
NV. *Reſiſtet ille, ſeque mulcendum dabit,*
*Caſtoſque ritus Venere non caſta exuet?*
[77] *Tibi ponet odium, cujus odio forſitan*
*Perſequitur omnes.* PH. *precibus haud vinci poteſt?*
NV. *Ferus eſt.* PH. amore didicimus vinci feros.
NV. *Fugiet.* PH. *per ipſa maria, ſi fugiat, ſequar.*
NV. [78] *Patris memēto.* PH. *meminimus* [79] *matris ſimul.*
NV. [80] *Genus omne profugit.* PH. [81] *pellicis careo metu.*
NV. *Aderit maritus.* PH. [82] *nempe Pirithoi comes.*
NV. *Aderitq; genitor.* PH. [83] *mitis Ariadnæ pater.*
NV. *Per has ſenectæ* [84] *ſplendidas ſupplex comas,*
*Feſſumque curis pectus, & cara ubera*
*Precor, furorem ſiſte, teque ipſam adjuva.*
Pars ſanitatis, velle ſanari, fuit.
PH. *Non omnis ceſſit ingenuo* [85] *pudor.*

70 Non patet reditus ad ſuperas auras ei qui ad inferos deſcenderit.
71 Cerberus.
72 Antiope Amazoni (*ut alii* Hippolytæ) matri Hippolyti propter jurgium mortem intulit, multo minus tibi impudicæ parcet. inf. ỹ. 396.
73 Hippolyti.
74 Conjugi, experti, à κοίλιψ. ex κόιτῃ & λείπεσθαι.
75 Vt enim Amazones viros averſantur, ita hic fœminas.
76 Venandi ſtudio.
77 Lege interrogatorie. vel Leon. In [illegible] gratiam [illegible] dubio deponet odium, cujus ſu[illegible]ctæ [illegible] velut matris ſuæ necis cauſæ ratione fortaſſis & alias omnes execratur mulieres.
78 Maris domini, ſup. ỹ.

48. ſi per maria ſequaris & juſti ſcelerum vindicis, ut in Scylla Niſi filia. 79 Quæ nefario amore peccavit. 80 Fœminas omnes averſatur. 81 Non itaque de pellice ſolicita ero. 82 Adulteri, atque hîc in me facilior futurus eſt. 83 Filiam amatorem inſecutam non ultus. 84 Canas, Herc. Oet. 925. 85 Emendari volens.

*Paremus, altrix :* [86] *qui regi non vult, amor*
*Vincatur. haud te, fama, maculari ſinam.*
*Hæc ſola ratio eſt ,* [87] *unicum effugium mali :*
[88] *Virum ſequamur. morte prævertam neſas.*
NV. *Moderare, alumna, mentis effrenæ impetus ;*
*Animos coërce. dignam ob hoc vita reor ,*
*Quod eſſe temet autumas dignam nece.*
PH. *Decreta mors eſt : quæritur fati genus :*
*Laqueone vitam finiam, an ferro incubem :*
*An miſſa præceps* [89] *arce Palladia cadam.*
[90] *Prô, caſtitatis vindicem armemus manum.*
NV. *Sic te ſenectus noſtra præcipiti ſinat*
*Perire leto ? ſiſte furibundum impetum.*
PH.[91] *Haud facile quiſquã ad vitam revocari poteſt.*
Prohibere ratio nulla periturum poteſt,
Vbi quis mori conſtituit, & debet mori.
NV. *Solamen annis unicum feſſis, hera ,*
[92] *Si tamen protervus incubat menti furor ,*
*Contemne famam.* [93] *fama vix vero favet ,*
*Pejus merenti melior, & pejor bono.*
*Tentemus animum triſtem & intractabilem.*
*Meus iſte labor eſt , aggredi juvenem ferum ,*
*Mentemque ſævam flectere immitis viri.*

86 Qui flecti non vult amor, frangatur.
87 Primum enim amoris remedium fames, ſecundum tempus, tertium reſtis, inquit Crates.
88 Qui apud inferos eſt, mortem ſcil. mihi inferendo.
89 Acropoli, arce Athenienſi, quæ Palladi arcium preſidi ſacra.
90 Proh pudor! violatam caſtitatem morte prævertamus. Lipſius emendat *Pro caſtitate.* Heinſius, *Procacitatis.* ἀσελγείας.
91 Et hic verſus ægre admitti poteſt.
92 Victa anus ſe ad lenoniam convertit, ut alumnæ vitæ parcat.
93 Sæpius enim *ficti pravique tenax.*

## CHORVS.

*Omnia amori cedere, homines omnis loci, ætatis, conditionis , ipſos Deos ſuperos ac inferos , quin & bruta animalia terreſtria, aquatilia, aërea.*

*D*IVA* [1] *non miti generata ponto ,*
*Quã vocat matrẽ* [2] *geminus Cupido;*
[3] *Impotens flammis ſimul & ſagittis ,*
*Iſte laſcivus puer ac renidens*
*Tela quam certo moderatur arcu !*
*Labitur totas furor in medullas ,*
*Igne furtivo* [4] *populante venas,*
*Non habet latam data plaga frontem ,*
*Sed vorat tectas penitus medullas.*
*Nulla pax iſti puero per orbem,*
*Spargit effuſas agilis ſagittas.*
*Quæque naſcentem videt ora ſolem,*

* *Omnia vincit amor.*
1 Venus nata è ſpuma maris, orta ex teſticulis Cœli à Saturno exectis & in mare projectis, unde ἀφροδίτη ab ἄφρος, ob ſimilitudinem ſeminis, *vel*, propter humoris ſalſi vim animalem & fœcundam.
2 ἔρως & ἀντέρως hic divinus, ille vulgaris mortaliſque amor.
3 Valde potens, *vel* non temperans.
4 Conſumente.
5. Qui ad ortum, occaſum, meridiem, ſeptentrionem, vide Herc. Fu. ✠.37, 129, 884, & 532,

*Quaque ad occaſus jacet ora ſeros,*[6]
*Si qua ferventi ſubjecta Cancro eſt,*
*Si qua*[7] *majoris glacialis Urſæ*
*Semper errantes patitur colonos,*
*Novit hos æſtus. juvenum feroces*
*Concitat flammas: ſenibuſque feſſis*
*Rurſus extinctos revocat calores.*
*Virginum*[8] *ignoto ferit igne pectus:*
*Et jubet cœlo ſuperos relicto*
[9]*Vultibus falſis habitare terras.*
*Theſſali*[10] *Phœbus pecoris magiſter*
*Egit armentum, poſitoque plectro*
[11] *Impari taurus calamo vocavit.*
*Induit formas quoties*[12] *minores,*
*Ipſe qui cœlum nebulaſque ducit?*
[13] *Candidas ales modo movit alas,*
[14] *Dulcior vocem moriente cygno.*
[15] *Fronte nunc torva petulans juvencus*
*Virginum*[16] *ſtravit ſua terga ludo,*
*Perq;*[17] *fraternos*[18] *nova regna*[17] *fluctus,*
*Ungula lentos imitante remos,*
*Pectore adverſo domuit profundum;*
*Pro ſua vector timidus*[19] *rapina.*
*Arſit*[20] *obſcuri dea clara mundi*
*Nocte deſerta, nitidoſque fratri*
*Tradidit currus aliter regendos.*
*Ille nocturnas agitare*[21] *bigas*
*Diſcit, &*[22] *gyro breviore flecti.*
*Nec ſuum tempus tenuere noctes,*
*Et dies tardo remeavit ortu,*
*Dum*[23] *tremunt axes*[23] *graviore curru.*
[24] *Natus Alcmena poſuit pharetram,*
*Et minax vaſti ſpolium leonis;*
*Paſſus aptari digitis*[25] *ſmaragdos,*
[26] *Et dari legem rudibus capillis.*
[27] *Crura diſtincto religavit auro,*
*Luteo plantas cohibente ſocco:*
*Et manu, clavam modo qua gerebat,*
*Fila deduxit*[28] *properante fuſo.*
*Vidit*[29] *Perſes, ditiſque ferax*

6 Al. *Quaque ad Heſperias jacet ora metas.*
7 Al. *Parrhaſiæ glac.*
8 Novo. quem prius non ſenſerunt. 9 Aſſumptis aliis imaginibus. 10 Apollo divinitate à Iove exutus propter interfectos Cyclopas, *vel* quod alii ferunt & hic innuit Poëta, ut filia regis frui poſſet per novem annos. Admeti regis Theſſaliæ armenta pavit. 11 Disparibus compacta calamis fiſtula. 12 Etiam vilium animalium.
13 Iupiter ſpecie Cygni adivit Ledam uxorem Tyndari regis Laconiæ. 14 Cygnos tamen cum voluptate & cantu mori negant ſanioris judicii anthores.
15 Iupiter in taurum mutatus, Europam filiam Agenoris è Phœnicia in Cretam transfretavit.
16 Tangenda & aſcendenda præbuit.
17 Neptuno imperatum mare. 18 Seu Iovem reſpicias ſeu taurum; utrique *nova*. 19 Europa quam rapuit; ne mergeretur. 20 Luna nocti præfecta, dum amaſio ſuo Endymioni in montibus Aſelenis Latiniſque ſaxis in Caria conſopito vacat, Soli currus ſuos regendos tradit, *& hoc propter Lunæ coitum fingitur.* 21 Lunæ, ipſe Sol quadrigis aſſuetus.
22 Circulo terræ propiori. *Thyeſt.* ℣. 833.
23 Mutato auriga Sole ſc. majori lumine.
24 Vide Herc. Fu. ℣. 465. 25 Annulos in quibus ſmaragdi.
26 Incomptos capillos concinnari & reticulo implicari. 27 Suras alte vincit cothurnis auro diſtinctis. 28 Celeriter agitato. 29 Al. leg. *Perſis.*

*Lydia regni, dejecta feri*
*Terga leonis ; humeriſque,* [30] *quibus*
*Sederat alti regia cœli,*
*Tenuem Tyrio ſtamine pallam.*
[31] *Sacer eſt ignis, ( credite* [32] *læſis )*
*Nimiumque potens. qua* [33] *terra* [33] *ſalo*
*Cingitur alto, quaque* [33] *ætherio*
*Candida* [33] *mundo ſidera currunt ;*
*Hæc regna tenet puer immitis :*
*Spicula cujus ſentit in imis*
*Cærulus undis grex* [34] *Nereïdum,*
*Flammamque nequit relevare mari.*
[35] *Ignes ſentit genus aligerum.*
*Venere inſtincti quam magna gerunt*
*Grege pro toto bella juvenci !*
*Si* [36] *conjugio timuere ſuo,*
*Poſcunt* [37] *timidi prœlia cervi ;*
*Et mugitu dant concepti*
*Signa furoris. tunc* [38] *virgatas*
[39] *India tigres* [39] *decolor horret.*
*Tunc vulnificos acuit dentes*
*Aper, & toto eſt ſpumeus ore.*
[40] *Pœni quatiunt colla leones,*
*Cum movit amor, tum ſylva gemit*
[41] *Murmure ſævo. amat inſani*
[42] *Bellua Ponti,* [43] *Lucæque boves,*
[44] *Vindicat omnes Natura ſibi.*
*Nihil immune eſt ; odiumque perit,*
*Cum juſſit amor : veteres cedunt*
*Ignibus iræ. quid plura canam ?*
*Vicit* [45] *ſævas cura novercas.*
[46] *Altrix profare, quid feras ?*
*Quonam in loco eſt ?*

30 Herc. Fu. ℣. 68. 31 Ignis amoris eſt ſacer. *vel* execrandus. 32 Ejus vim expertis. 33 In mari, terra, cœlo. 34 Nympharum maris, quæ Nerei & Doridis filiæ. 35 *Omne adeo genus in terris hominumque, ferarumque Et genus æquoreum, pecudes, pictæque volucres, In furias Veneremque ruunt, Amor omnibus idem.* 36 Cervæ conſorti fœminæ ſuæ. 37 Alias timidi, hic feroces. 38 Variegatas, maculoſas. 39 Indi nigri, fuſci, nigredinem coloris privationem ponunt Poëtæ. vide Herc. Fu. 861. 40 Libyci. ſupr. ℣. 59. Pœni proprie ſunt Carthaginenſes Phœnicibus oriundi, qui Didone duce Africam è Phœnicia advenerunt. 41 Ferarum in ſylva degentium. 42 Cetus, balæna. 43 Elephantes, quod in Lucanis Pyrrhi bello primum viſos Elephantos voce nota & obvia boves appellarunt Romani : ut & Leones dixerunt urſos. 44 Sup. ℣. 337. 45 *Emphatice,* diras, injuſtas, terribiles, ſævas vincit tamen cura, id eſt, amor. *effect.* ut & hic Phædram. 46 Verſum hunc alio transferunt nonnull. alii hinc ſeq. actum auſpicati Phędræ tribuunt. Cæterum hic rectiſſime collocatur, ſub fine enim Chorus cum apud Græcos tum in his Tragicis ſæpe mutat jambo cantum, ubi ad alias perſonas ſermonem convertit.

# ACTVS SECVNDVS.

## NVTRIX. PHÆDRA.

*Amoris morbum, impatientiam & æſtum conqueritur nutrix, mox ipſa prodit Phædra mutatis veſtibus in cinctum Amazonis ſeu venatricis, ut Hippolyto placeat.*

*SPes nulla tantum poſſe leniri malum;*
*Finiſque flammis nullus inſanis erit:*
*Torretur æſtu tacito, & incluſus quoque,*
*Quamvis tegatur, proditur vultu furor.*
*Erumpit oculis* [1] *ignis,* [2] *& lapſæ genæ*
*Lucem recuſant. nil idem dubiæ placet;*
*Artuſque varie jactat incertus* [3] *dolor.*
*Nunc ut ſoluto labitur moriens gradu,*
*Et vix labante ſuſtinet collo caput:*
[4] *Nunc ſe quieti reddit; & ſomni immemor*
*Noctem querelis ducit;* [5] *attolli jubet,*
*Iterumque* [5] *poni corpus; & ſolvi comas;*
*Rurſuſque* [6] *fingi. ſemper impatiens ſui*
*Mutatur habitus. nulla jam* [7] *Cereris ſubit*
*Cura, aut ſalutis. vadit incerto pede,*
*Iam viribus defecta. non idem vigor,*
*Non ora tingens nitida purpureus rubor.*
[8] Populatur artus cura: *jam greſſus tremunt;*
*Tenerque nitidi corporis cecidit decor.*
*Et,* [9] *qui tenebant ſigna Phœbeæ facis,*
*Oculi, nihil gentile nec patrium micant.*
*Lacrymæ cadunt per ora, & aſſiduo genæ*
*Rore irrigantur: qualiter Tauri jugis*
*Tepido madeſcunt imbre perfuſæ nives.*
*Sed, en, pateſcunt regiæ faſtigia.*
*Reclinis ipſa ſedis auratæ toro,*
*Solitos amictus mente non ſana abnuit.*
PH. *Removete, famulæ, purpura atque auro illitas*
*Veſtes; procul ſit* [10] *muricis Tyrii rubor,*
[11] *Quæ fila ramis ultimi Seres legunt.*
*Brevis* [12] *expeditos zona conſtringat ſinus,*
*Cervix monili vacua; nec niveus lapis*
*Deducat* [13] *aures, Indici donum maris,*
[14] *Odore crinis ſparſus Aſſyrio vacet.*
*Sic temere jactæ colla perfundant comæ*

1 Ardentis concupiſcentiæ ſcintillæ, quæ & in iratis elucent.
2 Leg. &c. *Laſſæ.*
3 Amor, quem & ſupra furorem, curam, inſaniam dixit.
4 Al. *Nec ſe quieti.*
5 In lecto.
6 Componi.
7 Cibi.
8 Conſumit, diſtruit.
9 Qui fulgore & radiis eam ſole ortam indicabant, amiſerunt jam generis ſui proprium ſplendorem.
10 Purpura è muricis ſucco. vide Thyeſt. 334.
11 Thyeſt. 378.
12 Breves, ſuccinctos & à latere apertos, quo ad curſum expeditior ſiem.
13 Nec aures onerent elenchi, & appenſæ margaritæ quæ naſcuntur conchiliis in mari Indico.
14 Nardo ſeu amomo.

*Humeroſque ſummos; curſibus motæ citis*
[15] *Ventos ſequantur: læva ſe pharetræ dabit;*
[16] *Haſtile vibret dextra Theſſalicum manus.*
*Talis ſeveri* [17] *mater Hippolyti fuit.*
*Qualis, relictis frigidi ponti plagis,*
*Egit* [18] *catervas, Atticum pulſans ſolum,*
*Aut Tanais, aut Mæotis, &* [19] *nodo comas*
*Coëgit emiſitque,* [20] *lunata latus*
*Protecta pelta; talis in ſylvas ferar.*
NVT. *Sepone queſtus:* non levat miſeros dolor,
*Regina. ſævis ecquis eſt flammis modus?*
[21] *Agreſte placa virginis numen deæ.*
[22] *Regina nemorum, ſola quæ montes colis,*
*Et una* [23] *ſolis montibus coleris Dea,*
*Converte triſtes* [24] *ominum in melius* [24] *minas,*
*O magna ſylvas inter & lucos Dea,*
*Clarumque cœli ſidus, & noctis decus,*
*Cujus relucet mundus* [25] *alterna face,*
[26] *Hecate* [27] *triformis; en ades cœptis ſavens.*
*Animum regentem triſtis Hippolyti doma.*
*Amare diſcat, mutuos ignes ferat,*
*Det facilis aures, mitiga pectus ferum;*
*Innecte mentem: torvus, averſus, ferox,*
*In jura Veneris redeat: huc vires tuas*
*Intende.* [28] *ſic te lucidi vultus ferant,*
*Et nube rupta* [29] *cornibus puris eas:*
*Sic te regentem frena nocturni ætheris,*

15 Ventis diſſtant.
16 Sariſſam, venabulum.
17 Antiope, *ut alii*, Hippolyte Amazonum Regina Boſphorum Thracium gelu conſtrictum trajecit, copiiſque ſuis Græciam aggreſſa, in Attica tandem devicta eſt à Theſeo, cui nupta Hippolytum peperit.
18 Amazonum, quæ ad Tanaim fluvium Scythię & Mœotim paludem accolunt.
19 In nodum collegit, & à tergo demiſit.
20 Scuto brevi mediam Lunam referente. vid. *Med.* 214.

21 Ἀγροτέραν Ἄρτεμιν venationum Deam. ſibi itaque patrium numen, ut cui Creta propter copioſum venatum ſacra. *vel* ab Agre, loco trans Iliſſum ubi Dianæ venatricis ædes. *vel* in gratiam Hippolyti ejus comitis placandum, ne obſtet, non, ut faveat. Quid enim Deæ ſemper virgini cum nuptiis & amoribus? amantes tamen fœminæ Lunæ vota concipiebant, ut Soli viri. ita Simætha apud Theocr. ἀλλὰ σελάνα φαῖνε καλόν. 22 *Vota hæc concipit nutrix Phædræ nomine aram tangens.* 23 Deſertis. 24 Exitii, quod Phædræ imminere ominor. 25 Cum ſole altern. 26 Quod centum victimis placaretur ex inſtituto Menelaï. *vel*, quod inhumatos C annos errare faciat. *aliis* à centuplicato frugum fœnore, quod à matre acceptum docuit, aut propter plurimas virtutes. 27 Eſt enim in cœlo Luna, in terris Diana, apud inferos Proſerpina. *vel* τρίμορφος & τρικέφαλος, à trina facie, cum ſurgit aut deſinit in cornua, cum dividua eſt, cum plena. *vel* Trivia à triplici curſu ſub Zodiaco ſecundum longitudidem, latitudinem, & altitudinem: Triviis etiam præeſſe fertur. referunt alii ad tres decades menſis ἱσταμένου, μεσοῦντος, φθινομένου. 28 Sic, lucida fulgeas precor, nullam patiaris Eclipſim. Lunam enim deficientem è cœlo carminibus devocari vulgo creditum. infr. ℣. 788. 29 Alinoides enim cornuta apparet, unde Ægyptiis Iſis ex Io, boſque illi ſacra.

Detra-

*Detrahere nunquam* [30] *Theſſali cantus queant;*
[31] *Nulluſque de te gloriam paſtor ferat.*
*Ades invocata.* [32] *Iam faves votis, dea.*
*Ipſum intuor ſolenne venerantem ſacrum,*
*Nullo latus comitante. quid dubitas? dedit*
*Tempus locumque caſus; utendum artibus.*
*Trepidamus? haud eſt facile mandatum ſcelus*
*Audere, verum juſta,* [33] *qui reges timet,*
*Deponat; omne pellat ex animo* [34] *decus.*
Malus eſt miniſter regii imperii pudor.

30 Theſſalia incantamentis famoſa.
31 Quemadmodum Endymion. ſup. ỷ. 305.
32 *Hæc enim dicenti ſupervenit Hippolytus agreſti Dianæ operaturus.*
33 Qui principibus morem gerere vult, uti ego Phædræ.
34 Honeſti rationem.

## HIPPOLYTVS. NVTRIX.

*Nutrix Hippolyti animum mollire & ad nuptias & delicias urbanas flectere callide tentat. Ille vitæ cœlibis & ruſticæ (quam urbanæ collatam præfert) inſtitutum immotus tenet.*

QVid huc ſeniles feſſa moliris gradus,
*O fida nutrix, turbidam frontem gerens,*
*Et mœſta vultus? ſoſpes eſt certe parens,*
*Soſpeſque Phædra,* [1] *ſtirpis & geminæ jugum.*
NV. *Metus remitte: proſpero regnum in ſtatu eſt,*
*Domuſque florens ſorte felici viget.*
*Sed tu beatis mitior rebus veni:*
*Namque anxiam me cura ſollicitat tui;*
*Quod te* [2] *ipſe pœnis gravibus infeſtus gravas.*
[3] Quem fata cogunt, ille cum venia eſt miſer:
At ſi quis ultro ſe malis offert volens,
Seque ipſe torquet, perdere eſt dignus bona
Queis neſcit uti. *potius annorum memor,*
*Mentem relaxa;* [4] *motibus feſtis facem*
*Attolle;* [5] *curas Bacchus exoneret graves.*
Ætate fruere: mobili curſu fugit.
*Nunc facile pectus, grata nunc juveni Venus.*
*Exultet animus.* [6] *cur toro viduo jaces?*
*Triſtem juventam* [7] *ſolve: nunc luxus rape;*
*Effunde habenas;* [8] *optimos vitæ dies*
*Effluere prohibe. propria deſcripſit Deus*

1 Demophoon & Antigonus germani mei, quos peperit Theſeo Phœdra. *vel* ego & illi utriuſque matrimonii liberi.
2 Sponte tua, ultro. ſed & hunc verſum ut nothum rejicit Ioſ. Scal. male enim pœnas pro laboribus dici.
3 Qui ad miſerias natus eſt, neque ex iis emergere valet.
4 Choreis, ſed & *noctibus* legitur quod de Eleuſiniis poteſt intelligi, de quibus vide quæ ad Herc. Fu. ỷ. 300. & ỷ. 844.
5 *Diſſipet curas Evius edaces.*
6 *Solus perpetua mœrens carpere juventa?*
7 Deliciis, & voluptatibus.
8 Auroram, ver, florem ætatis.

*Officia, & ævum per ſuos ducit gradus.*
Lætitia juvenem, frons decet triſtis ſenem.
*Quid te coërces, & necas rectam indolem?*
*Seges illa magnum fœnus agricolæ dabit,*
*Quæcunque lætis tenera luxuriat ſatis:*
*Arborque celſo vertice evincit nemus,*
*Quam non maligna cædit aut reſecat manus,*
Ingenia melius [9] recta ſe in laudes ferunt,
Si nobilem animum vegeta libertas alit.
*Truculentus, & ſylveſter, & [10] vitæ inſcius,*
*Triſtem juventam Venere deſerta colis.*
*Hoc eſſe munus credis indictum viris,*
*Vt dura tolerent? curſibus domitent equos,*
*Et ſæva bella Marte ſanguineo gerant?*
*Providit ille maximus mundi parens,*
*Cum tam rapaces cerneret fati minas;*
*Vt damna ſemper ſobole repararet nova.*
*Excedat, agedum, rebus humanis [11] Venus,*
*Quæ ſupplet ac reſtituit exhauſtum genus;*
*Orbis jacebit ſquallido turpis ſitu;*
*Vacuum ſine ullis claſſibus ſtabit mare;*
*Alæſque cœlo deerit, & ſylvis fera;*
[12] *Solis & aër pervius ventis erit.*
*Quam varia leti genera mortalem trahunt,*
*Carpuntque turbam; pontus & ferrum, & doli!*
[13] *Sed fata credas deeſſe; ſic atram ſtyga*
*Iam petimus ultro. cœlibem vitam probet*
*Sterilis juventus, hoc erit, quidquid vides,*
[14] *Vnius ævi turba, & in ſemet ruet,*
*Proinde vitæ ſequere naturam ducem:*
*Vrbem frequenta, civium cœtus cole.*
HIP. * *Non alia magis eſt libera, & [15] vitio carens,*
*Rituſque melius vitæ quæ [16] priſcos colat,*
*Quam quæ relictis mœnibus ſylvas amat.*
*Non illum avaræ mentis inflammat furor,*
*Qui ſe dicavit montium inſontem jugis:*
*Non aura populi, & vulgus [17] infidum bonis,*
*Non peſtilens invidia, non fragilis favor.*
*Non ille regno ſervit; aut regno imminens,*
*Vanos honores ſequitur; aut fluxas opes;*
*Spei metuſque liber. haud illum [18] niger,*
*Edaxque livor dente degeneri petit.*

9 Non coacta, non depreſſa quemadmodum tu indolem rectam coerces & enecas. modo ℣. 453.
10 Vita frui neſcius.
11 Alma omnium genitrix.
12 Vbi defecerit alitum genus in aëre volitantium.
13 Fac autem nos hic fatorum caſibus non eſſe obnoxios, tendimus tamen omnes naturæ lege ad finem. *vel*, ſic, i. e. cœlibem agentes vitam non propagamus humanum genus, adeoque totum interit.
14 Vnius ætatis humanæ.
* *Vitæ ruſticæ & ſimplicis laus.*
15 Non inſerviens curis, avaritiæ, ambitioni, invidiæ. &c. ut in ſequentibus.
16 Sanctos primorum hominum mores, & Heroum vitam.
17 Non meritis præmiis & honore remunerans bonos. 18 Malus: Herc. Fu. 160.

Nec

*Nec ſcelera populos inter atque urbes ſita*
*Novit; nec omnes conſcius ſtrepitus pavet.*
*Haud verba fingit. mille non quærit tegi*
*Dives* [19] *columnis; nec* [19] *trabes multo inſolens*
*Suffigit* [20] *auro. non cruor largus pias*
*Inundat aras;* [21] *fruge nec ſparſi ſacra*
[22] *Centena nivei colla* [23] *ſubmittunt boves:*
*Sed rure vacuo potitur, & aperto æthere*
*Innocuus errat, callidas tantum feris*
*Struxiſſe fraudes novit, & feſſus gravi*
*Labore, niveo corpus* [24] *Iliſſo fovet.*
*Nunc ille ripam celeris* [25] *Alphei legit:*
*Nunc nemoris alti* [26] *denſa metatur loca,*
*Vbi* [27] *Lerna puro gelida pellucet vado;*
*Sedemque mutat, heic aves querulæ fremunt,*
*Ramique ventis lene percuſſi tremunt,*
*Vetereſque fagi, juvit aut amnis vagi*
*Preſſiſſe ripas, ceſpite aut* [28] *nudo* [29] *leves*
*Duxiſſe ſomnos; ſive fons largus citas*
*Diffundit undas, ſive per flores novos*
*Fugiente dulcis murmurat rivo ſonus.*
*Excuſſa ſylvis poma compeſcunt famem,*
*Et fraga parvis vulſa dumetis cibos*
*Faciles miniſtrant. regios luxus procul*
[30] *Eſt impetus fugiſſe.* [31] *ſolicito bibant*
*Auro* [32] *ſuperbi. quàm juvat* [33] *nuda manu*
*Captaſſe fontem! certior ſomnus premit*
*Secura duro membra verſantem toro.*
*Non in receſſu furta &* [34] *obſcuro improbus*
*Quærit cubili, ſeque multiplici timens*
*Domo recondit: æthera ac lucem petit,*
*Et* [35] teſte cœlo vivit. *hoc equidem reor*
*Vixiſſe ritu prima* [36] *quos miſtos deis*
*Profudit ætas. nullus his auri fuit*
*Cæcus* [37] *cupido; nullus in campo* [38] *ſacer*
*Diviſit agros arbiter populis* [39] *lapis.*
*Nondum ſecabant credulæ pontum rates:*

19 Non trabes *Hymettiæ Premunt columnas ultima recisas Africa.* 20 *Non aureum renidet in domo lacunar.* vide Thy. ỳ. 455. 21 Mola ex hordeo & ſale confecta: qua frontem victimæ, focum, & cultros aſpergere moris erat. hinc *Immolare.* 22 Hecatombe, centum boum ſacrificium. 23 Vid. quæ ad ỳ. 602. Thyeſt. 24 Sup. ỳ. 13. 25 Vid. Thyeſt. ỳ. 116. 26 Ad retia ponenda. 27 Fons prope Corinthum gelidus & limpidus. non palus illa in agro Argivo. 28 Nulla ſtragula aut pulvinari ſuppoſito. 29 Molles, faciles, quos *ſuadet inire ſuſurrus* foliorum vento agitatorum *vel murmur lene fluentis aquæ.*

30 Libenter fugio. 31 Ipſi ſoliciti, vid. Thyeſt. ỳ. 551. 32 Divites, potentes, reges. 33 Cotyla. 34 Multa. habenti conclavia & receſſus. 35 In aperto, ſub dio. 36 Heroas. 37 Ab effectu, officii enim ignaros & immemores abducit avaritia. 38 Quem transferre aut violare nefas. *vel*, ſuper quem quotannis Deo Termino vel Iovi terminali fiebant ſacra ab agrorum dominis inter quos fines dirimebantur. 39 Terminus.

*Sua quiſque norat maria. non vaſto aggere*
*Crebraque* [40] *turre cinxerant urbes latus.*
*Non arma ſæva miles aptabat manu,*
*Nec torta cluſas fregerat ſaxo gravi*
[41] *Baliſta portas,* [42] *juſſa nec dominum pati*
*Juncto ferebat terra ſervitium bove.*
*Sed arva per ſe fœta poſcentes nihil*
*Pavere gentes. ſylva* [43] *nativas opes,*
*Et opaca dederant antra nativas domos.*
[44] *Rupere fœdus impius lucri furor,*
*Et ira præceps: quæque ſuccenſas agit*
*Libido mentes. venit imperii ſitis*
*Cruenta: factus præda majori minor;*
[45] *Pro jure vires eſſe. tum primum manu*
*Bellare* [46] *nuda: ſaxaque &* [47] *ramos rudes*
*Vertere in arma. non erat gracili levis*
*Armata ferro* [48] *cornus; aut longo latus*
*Mucrone cingens enſis; aut* [49] *criſta caput*
*Galeæ comantes. tela faciebat dolor.*
*Invenit artes bellicus Mavors novas,*
*Et mille formas mortis. hinc terras cruor*
*Infecit omnes fuſus, &* [50] *rubuit mare.*
*Tum ſcelera, dempto fine, per cunctas domos*
*Iëre:* nullum caruit exemplo nefas.
[51] *A fratre frater, dextera nati parens*
*Cecidit, maritus conjugis ferro jacet,*
*Perimuntque fœtus impiæ matres ſuos.*
*Taceo novercas.* [52] *mitius nil eſt feris.*
Sed dux malorum fœmina & ſcelerum artifex
*Obſedit animos, cujus inceſtæ ſtupris*
*Fumant tot urbes, bella tot gentes gerunt,*
*Et verſa ab imo regna tot populos premunt.*
*Sileantur aliæ: ſola* [53] *conjux Ægei,*

40 Turritis mœnibus.
41 Machina lapidum libratoria, muros urbium concutiens,
42 Terra adhuc immunis & libera.
43 Herbas, fraga, glandes, poma, &c.
44 Simplicem hanc vitam violavere avaritia, ira, libido, dominandi cupido, violentia, &c.
45 Ius erat in armis.
46 Inermi.
47 Sudes, nec eas præuſtas.
48 *Bona bello Cornus*, haſtis ſc. & jaculis utilis.
49 Pinna, juba, cauda equina ſolebant caſſides coronare, ſimilitudine ducta à gallorum gallinaceorum (qui Martis alites) criſtis: nec non cornibus, ut Pyrrhus Epirotarum rex in hoſtium errorem: *alii*, à forma capitis canini, vulpini, lupini, felini, unde κυνέαι, ἀλωπεκέαι, λυκέαι, γαλέαι. Quæ tamen aliis dicuntur quod ex hiſce pellibus confici ſolitæ galeæ. 50 Præliis navalibus. 51 Hæc ut alia multa ab Ovidio poſt Heſiodum. 52 Neque enim ferarum animos ad bella, cædes, ſcelera inflammant inceſtæ fœminæ, quemadmodum virorum. ſequitur enim. *Sed dux malorum fœmina.* 53 Quæ patrem Æetam prodidit, fratrem Abſyrtum diſcerpſit, Peliam à ſuis filiabus jugulari fecit, Creontem cum filia Glauca *ut alii Creuſa* medicatis ignibus abſumpſit, liberos ſuos Mormorum, ac Pheretem in odium Iaſonis coram patre occidit; Fugiens autem Athenas Ægeo nupta Medeum peperit, in cujus gratiam Theſeo inſidiata eſt.

*Medea reddit fœminas dirum genus.*
NV. [54] *Cur omnium ſit culpa, paucarum ſcelus?*
HIP. [55] *Deteſtor omnes,* [55] *horreo,* [55] *fugio,* [55] *execror.*
[55] *Sit ratio, ſit natura, ſit dirus furor:*
*Odiſſe placuit, ignibus junges aquas;*
*Et amica ratibus ante promittet vada*
*Incerta* [56] *Syrtis;* [57] *ante ab extremo ſinu*
*Heſperia* [58] *Tethys lucidum attollet diem;*
*Et ora damis blanda præbebunt lupi;*
*Quam victus animum fœminæ mitem geram.*
NVT. *Sæpe* [59] *obſtinatis induit frenos amor,*
*Et odia mutat.* [60] *regna materna aſpice,*
*Illæ feroces ſentiunt Veneris jugum.*
*Teſtaris iſtud unicus genitus puer.*
HIP. *Solamen unum* [61] *matris amiſſæ fero,*
*Odiſſe quod jam fœminas omnes licet.*
NVT. [62] *Vt dura cautes undique intractabilis*
*Reſiſtit undis, & laceſſentes aquas*
*Longe remittit; verba ſic ſpernit mea.*
*Sed Phædra præceps graditur,* [63] *impatiens moræ,*
*Quo ſe dabit fortuna? quo verget furor?*
*Repente terræ corpus exanimum cadit;*
*Et ora morti ſimilis obduxit color.*
*Attolle vultus, dimove vocis moras:*
[64] *Tuus en, alumna, temet Hippolytus tenet.*

44 *Partito paucarum crimen diffundere in omnes.*
55 Auxeſis pathetica.
56 Herc. Fu. ℣. 321.
57 Orietur prius Sol è mari Hiſpanico. vid. Herc. Fu. 373. & Oct. 335.
58 Herc. Fu. 886.
59 Calcitrones ſæpe ulciſcitur amor non ſecus ac matrem tuam, quam connubium averſatam Theſei tamen imperio ſubjecit, unde tu natus.
60 Amazonas, quæ utut connubia aſpernentur, quotannis tamen ad ſobolem propagandam viros admittunt. 61 Quam amavi unicam. nunc omnes odio habeo. 62 *Nec magis incœpto vulnera ſermone movetur, quam ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.* 63 Me non expectans. 64 *In terram exanimata cadit Phædra, allevant eam nutrix & Hippolytus.*

## PHÆDRA. HIPPOLYTVS. NVTRIX.

*Iuvenis pudicitiam omni arte oppugnant nec expugnant: ad fraudem itaque confugiunt & calumnias.*

*QVis* [1] *me dolori reddit, atque æſtus graves*
*Reponit animo? quam* [2] *bene excideram mihi?*
[3] *Cur dulce munus redditæ lucis fugis?*
*Aude anime; tenta; perage* [4] *mandatum tuum.*
*Intrepida conſtent verba.* qui timide rogat,
Docet negare. *magna pars ſceleris mei*

1 Revocatam ad vitam.
2 *Placide*, ſi amorem: *honeſte*, ſi caſtitatem reſpicias.
3 Viſo tamen prope Hippolyto, vivere vult. 4 Quod nutrici mandaſti ipſa perage.

[5] Olim peracta eſt; ſerus eſt nobis pudor.
Amavimus nefanda. [6] ſi cœpta exequor,
Forſan jugali crimen abſcondam face.
Honeſta quædam ſcelera ſucceſſus facit.
Age, incipe anime. commodes paulum, precor,
Secretus aures: ſi quis eſt, abeat, comes.
HIP. En, locus ab omni liber arbitrio vacat.
PH. Sed ora cœptis tranſitum verbis negant.
Vis magna vocem emittit, at major tenet.
[7] Vos teſtor omnes cœlites, hoc, quod volo.
HIP. Animusne cupiens aliquid, effari nequit?
PH. Curæ leves loquuntur, ingentes ſtupent.
HIP. Committe curas auribus, mater, meis.
PH. Matris ſuperbum eſt nomen, & nimium potens:
Noſtros humilius nomen affectus decet.
Me vel [8] ſororem, Hippolyte, vel famulam voca:
Famulamque potius. omne ſervitium feram.
Non me, per altas ire ſi jubeas nives,
Pigeat gelatis ingredi [9] Pindi jugis:
Non, ſi per ignes ire & infeſta agmina,
Cunctter paratis enſibus pectus dare.
[10] Mandata recipe ſceptra; me famulam accipe.
Te imperia regere, me decet juſſa exequi.
Muliebre non eſt regna tutari patris.
Tu, qui juventæ flore primævo viges,
Cives paterno fortis imperio rege,
[11] Sinu receptam, ſupplicem, ac ſervam tege.
Miſerere [12] viduæ. HIP. ſummus hoc omen Deus
Avertat: aderit ſoſpes actutum parens.
PH. Regni [13] tenacis dominus, & [14] tacitæ Stygis,
Nullam relictos fecit [15] ad ſuperos viam.
[16] Thalami remittet ille raptorem ſui?
[17] Niſi forte amori placidus & Pluto ſedet.
HI. Illum quidem [18] æqui cœlites reducem dabunt.

5 Vbi primum nefarie amare cœpi.
6 Si amori meo reſponderit, forſan erit ut, non redeunte ab inferis Theſeo, Hippolyto nubam. *ſed interpretes omnes ita exponunt*: quod ſi liberius cum Hippolyto egero, Theſei amori hoc tribuent omnes: etiam ſi uterum ferre cœpero, me gravidam ex Theſeo putabunt.
7 *Hæc lectio* vos. teſt. om. cœl. h. q. vo. Me nolle, *placet Lipſio ut ſit interruptus verſus ex perturbatione Phædræ. Ioſ. Scal. legit*, Voſ. teſ. o. c. h. q. v. Me nolle. Hip. cupiens aliquid effari nequit.
8 Sororis autem nomine amicæ quandoque vocabantur; ut & amatores, fratris. 9 Herc. Fu. 1285. 10 Mihi à patre tuo. 11 *Ambigue* ille de cauſa & protectione, hæc de amore intelligit. 12 *Et hoc ambigue*. Phædra enim viduam ſe abſente marito dicit. vid. Herc. Fu. ỳ. 245. & *Agamem.* 154. ille patris tanquam mortui omen deprecatur. 13 Herc. Fu. ỳ. 678. 14 Tacite fluentis, ut Herc. Fu. ỳ. 712. vel propter ſilentes umbras. 15 Ad nos. 16 Conjugis ſuæ raptores dimittet Pluto? ſupra ỳ. 93. & Herc. Fu. 805. 17 *Vel Ironice vel* Emphatice, innuens amori ipſum parcere Plutonem immitem. 18 Fidæ illius erga Pirithoum amicitiæ faventes.

*Sed, dum tenebit vota in incerto deus,*
*Pietate caros debita fratres colam.*
*Et te tuebor. eſſe ne viduam putes:*
*Ac tibi parentis ipſe ſupplebo locum.*
PH. *O ſpes amantum credula! ô fallax amor!*
[19] *Satisne dixit? precibus admotis agam.*
*Miſerere; tacita mentis exaudi preces.*
*Libet loqui, pigetque.* HIP. *quodnam iſtud malum eſt?*
PH. [20] *Quod in novercam cadere vix credas malum.*
HIP. *Ambigua voce verba perplexa jacis;*
*Effare aperte.* PH. *pectus inſanum vapor*
*Amorque torret. intimas ſævus vorat*
*Penitus medullas, atque per venas meat*
*Viſceribus ignis merſus* [21] *& venis latens,*
*Vt agilis altas flamma percurrit trabes.*
HIP. [22] *Amore nempe Theſei caſto furis.*
PH. *Hippolyte, ſic eſt: Theſei vultus amo*
*Illos priores, quos tulit quondam puer;*
[23] *Cum prima puras barba ſignaret genas,*
[24] *Monſtrique cæcam* [25] *Gnoſſii vidit* [26] *domum,*
[27] *Et longa curva fila collegit via.*
*Quis tum ille fulſit? preſſerant vittæ comam,*
*Et ora flavus tenera tingebat rubor.*
*Inerant lacertis mollibus fortes tori:*
[28] *Tuæve Phœbes vultus, aut Phœbi* [29] *mei;*
[30] *Tuuſque potius: talis, en, talis fuit*
*Cum placuit* [31] *hoſti; ſic tulit celſum caput.*
*In te magis refulget* [32] *incomptus decor;*
*Et genitor in te totus; & torvæ tamen*
*Pars aliqua matris miſcet ex æquo decus:*
*In ore* [33] *Grajo* [34] *Scythicus apparet rigor.*
*Si cum parente Creticum intraſſes fretum,*
*Tibi fila potius noſtra neviſſet ſoror.*
*Te, te,* [35] *ſoror, quacunque ſiderei poli*
*In parte fulges, invoco ad cauſam* [36] *parem.*
[36] *Domus ſorores una corripuit duas;*

19 Pie ille & ſimpliciter dixerat, *parentis ſupplebo locum*, illa accipit ac ſi amori ſuo ceſſiſſet.
20 Sc. ut privignum amet.
21 Quæ à jecore, amoris ſede. *vulnus aut venis, & cæco carpitur igni.*
22 *Simpliciter ille hæc, vel ſimulanter.*
23 Cum prima lanugo veſtiret genas leves.
24 Minotauri. ſup. ✝. 121.
25 Cretenſis, à Gnoſſo Cretæ urbe.
26 Labyrinthum.
27 Athenienſes cum per invidiam interfeciſſent Androgeum fil. Minois, quod palæſtra omnes viciſſet, à Minoe devicti cogebantur quotannis pendere ſeptena natorum corpora Minotauro voranda. Huc forte miſſus Theſeus ab Ariadne adamatus, accepit filum quo ſe Labyrintho explicaret, interfecto monſtro. 28 Quam tu colis Hippolyte. 29 Avi mei, qui ſemper juvenis, pulcher, intonſus. inf. ✝. 751. 30 Aut potius vultus inſtar tui ô Hippolyte. 31 Ariadnæ, vel Antiopæ. ſup. ✝. 396. 32 Nativus, non fucatus. 33 A Græco patre. 34 A matre Amazone quæ è Scythia. 35 Ariadne à Baccho in cœlum relata. 36 *Placuit domus una duabus, Me tua forma capit, capta parente ſoror, Theſeides Theſeuſque duas rapuere ſorores.*

*Te genitor, at me natus. en, ſupplex jacet*
*Allapſa genubus regiæ proles domus.*
*Reſperſa labe nulla, & intacta, innocens;*
[37] *Tibi mutor uni; certa deſcendi ad preces:*
*Finem hic dolori faciet, aut vitæ, dies.*
*Miſerere amantis.* HIP. *magne regnator Deûm,*
*Tam lentus audis ſcelera? tam lentus vides?*
*Ecquando ſæva fulmen emittes manu,*
[38] *Si nunc ſerenum eſt? omnis impulſus ruat*
*Æther, & atris nubibus condat diem;*
*Ac verſa retro ſidera obliquos agant*
*Retorta curſus. tuque ſiderum caput,*
*Radiate Titan, tu nefas ſtirpis tuæ*
*Speculare?* [39] *lucem merge, & in tenebras fuge.*
[40] *Cur dextra, Divûm rector atque hominum, vacat*
*Tua, nec triſulca mundus ardeſcit face?*
[41] *In me tona; me fige; me velox cremet*
*Transactus ignis. ſum nocens; merui mori;*
*Placui novercæ. dignus an ſtupris* [42] *ego?*
*Scelerique tanto viſus* [42] *ego ſolus tibi*
*Materia facilis; hoc meus meruit* [43] *rigor;*
*O ſcelere vincens omne fœmineum genus!*
*O majus auſa* [44] *matre monſtrifera malum,*
*Genitrice pejor! illa ſe tantum ſtupro*
*Contaminavit, & tamen tacitum diu*
*Crimen biformi partus exhibuit nota,*
*Sceluſque matris arguit vultu* [45] *truci*
*Ambiguus infans.* [46] *ille te venter tulit.*
[47] *O ter quaterque proſpero fato dati,*
*Quos hauſit, & peremit, & leto dedit*
*Odium, doluſque!* [48] *genitor, invideo tibi.*
*Colchide noverca majus hoc, majus malum eſt.*
PH. *Et ipſa noſtræ fata cognoſco* [49] *domus:*
[49] Fugienda petimus, *ſed mei non ſum potens.*
*Te vel per ignes, per mare inſanum ſequar,*
*Rupeſque, & amnes, unda quos torrens rapit.*
*Quacumque greſſus tuleris, hac amens ferar.*
*Iterum, ſuperbe, genubus advolvor tuis.*
HIP. *Procul impudicos corpore à caſto amove*

37 Hactenus caſta, intacta aliis, tua primum cauſa impudica facta ſum.
38 Si non nunc fulminas.
39 Ne videas ſcelus nepris tuæ Phædræ.
40 *Cur agunt ſuperi tanta otia cœlo? Fulmina cur ceſſant?*
41 Si non in illam?
42 Emphatice. ſic.
43 Auſteritas mea & aſperitas.
44 Paſiphaë, quæ ex promiſcuo concubitu Minois & tauri peperit Minotaurum.
45 Taurino.
46 Qui Minotaurum. inceſtus ſc. & monſtroſus.
47 Perfectè. ſeptenarius enim numerus perfectus, τρισμάκαρες καὶ τετράκις. *O terque quaterque beati* quos peremerunt odia & doli novercarum.

48 Tibi enim Medea Cholcis nupta patri tuo (ut ſup. ℣. 562.) vitæ inſidias miſto veneno ſtruxit, mihi noverca mea amorem inceſtum. 49 Mater, taurum, ſoror, hoſtem; ego, privignum.

*Tactus,*

*Tactus, quid hoc eſt? etiam in amplexus ruit?*
*Stringatur enſis, merita ſupplicia exigat.*
*En,* [50] *impudicum crine contorto caput*
*Læva reflexi. juſtior nunquam* [51] *focis*
*Datus tuis eſt ſanguis;* [52] *arcitenens Dea.*
PH. *Hippolyte, nunc me compotem voti facis:*
*Sanas furentem; majus hoc voto meo eſt;*
*Salvo ut pudore manibus immoriar tuis.*
HIP. *Abſcede, vive;* [53] *ne quid exores.* & [54] *hic*
*Contactus enſis deſerat caſtum latus.*
*Quis eluet me* [55] *Tanais? aut quæ barbaris*
[56] *Mæotis undis Pontico incumbens mari?*
[57] *Non ipſe toto magnus Oceano pater*
*Tantum expiarit ſceleris.* [58] *ô ſylvæ! ô feræ!*
NV. [59] *Deprehenſa culpa eſt. anime, quid ſegnis ſtupes?*
[60] *Regeramus ipſæ crimen, atque ultro impiam*
*Venerem arguamus.* ſcelere velandum eſt ſcelus.
Tutiſſimum eſt inferre, cum timeas, gradum:
*Auſæ priores ſimus an paſſæ nefas,*
*Secreta cum ſit culpa, quis teſtis ſciet?*
*Adeſte* [61] *Athenæ: fida famulorum manus*
*Fer opem: nefandi raptor Hippolytus ſtupri*
*Inſtat, premitque; mortis intentans metum,*
*Ferro pudicam terret. en, præceps abiit,*
*Enſemque trepida liquit attonitus fuga,*
*Pignus tenemus ſceleris. hanc mœſtam prius*
*Recreate:* [62] *crinis tractus, & laceræ coma,*
*Vt ſunt, remaneant. facinoris tanti notas*
*Referte in urbem. Recipe jam ſenſus, hera.*
*Quid te ipſa lacerans omnium aſpectum fugis?*
Mens impudicam facere, non caſus, ſolet.

50 Novercæ impudicæ. 51 Stabant enim ad aram Dianæ. ſup. ỳ. 404. & 423. 52 ἰοχέαιρα. 53 Neque tibi gratum faciam. 54 Gladium veluti Phædræ contactu pollutum à ſe caſto abjicit inf. ỳ. 726. 55 Vid. Herc. Fu. ỳ. 1322. 56 Palus influens in Pontum. 57 Non ipſe Neptunus, univerſo mari ſuo. Herc. Fu. ỳ. 1327. 58 Ad vos propero. *atque hoc dicto excedit.* 59 Deprehendit jam Hippolytus culpam alumnæ meæ, quam ad patrem, ſi quando reverſus fuerit, deferet. Excogita itaque ô anime aliquam technam qua præveniamus eum, atque hæc eſt. 60 Prius arguamus eum novercæ ſtuprum inferre voluiſſe. 61 O Athenienſes, *invocatque quaſi in auxilium cives & famulos nutrix, lena, proditrix.* 62 Sup. ỳ. 704.

## CHORVS.

*Precatur Chorus ut bene cedat Hippolyto forma, quæ pleriſque fuit exitio. Theſei reditum proſpicit.*

[1] F*Vgit inſanæ ſimilis procellæ,*
*Ocyor nubes glomerante* [2] *Coro.*

1 Hippolytus fugit in ſylvas non ſegnior pluvia è nube ſoluta erumpente. 2 Thyeſt. ỳ. 576.

*Ocyor*

*Ocyor curſum rapiente flamma,*
[3] *Stella cum ventis agitata* [4] *longos*
[5] *Corripit ignes.*
*Conferat tecum decus omne priſcum*
*Fama miratrix* [6] *ſenioris ævi:*
[7] *Pulchrior tanto tua forma lucet,*
*Clarior quanto micat* [8] *orbe pleno,*
*Cum ſuos ignes coëunte cornu*
*Iunxit, & curru properante pernox*
*Exerit vultus rubicunda Phœbe;*
*Nec tenent ſtellæ faciem minores:*
*Qualis eſt primas referens tenebras*
*Nuncius noctis,* [9] *modo lotus undis*
[10] *Heſperus, pulſis iterum tenebris*
[10] *Lucifer idem.*
*Et tu* [11] *thyrſigera Liber ab India,*
[12] *Intonſa juvenis perpetuum coma,*
[13] *Tigres* [14] *pampinea cuſpide* [15] *territans,*
*Ac* [15] *mitra cohibens* [16] *cornigerum caput,*
*Non vinces* [17] *rigidas Hippolyti comas.*
[18] *Nec vultus nimium ſuſpicias tuos,*
*Omnes per populos fabula diſtulit,*
*Phædra quem Bromio prætulerit ſoror.*
Anceps, forma, bonum mortalibus,
Exigui donum breve temporis,
Vt velox celeri pede laberis!
*Non ſic prata novo vere decentia*
*Æſtatis calidæ diſpoliat vapor;*
*Sævit ſolſtitio cum medius dies,*
*Et noctem brevibus præcipitat rotis;*

3 Theb. ℣. 431. 4 Diffuſos per longum tractū. 5 *Concipit ignes.* prius enim dixerat *rapiente.* hujuſmodi autem meteora ventorum impulſu & aëris attritu concipiunt ignem. Theb. 431. 6 Priſci, veteris. 7 *Ignes plena nitet quantum inter Luna minores; tantum formoſis formoſior omnibus hic eſt.*
8 Pleno jam orbe & Soli oppoſita, per totam lucet noctem *cum ſtellis acies obtuſa videtur.* 9 Exire enim Oceano videtur. vid. Herc. Fu. ℣. 25. cujus humore irrigata ſidera paſci magiſq; ſplendere credebantur. 10 Idem autem Lucifer & Heſperus. 11 à Baccho thyrſigero devicta. 12 Idem enim cum ſole. uterque itaque intonſus & juvenis fingitur propter radios. Oed. 405. 13 Currum Bacchi trahentes. 14 Vitium frondibus involuto thyrſo. 15 Herc. Fu. ℣. 470. 16 An à truculentia ebriorum? An quod cornua veteribus in uſum poculorum? An quod boves primus junxit Bacchus, unde & Oſyris eſt Ægyptiis? An à robore? qua de cauſa Seleuci faciem in ſtatuis cornigeram fuiſſe ſcribit Appianus in Syriacis, quod taurum ferocem, ſacrificante Alexandro, vinculis ruptis profugum ſolus cornibus arreptum detinuerit. An κερασφόρος dictus ob galeam capitis arietini forma (quali Pyrrhum Epirotarum regem uſum fuiſſe refert Plutarchus, nec non Turno *rubræ cornua criſtæ* tribuit Virgilius) inſignem, in honorem patris ſui Iovis Ammonis, cui & ipſe aram & templum ſub arietis ſpecie erexit? An denique à cincinnis ſeu crobylis crinium utrinque in cornuum formam acuminatis atq; retortis? cujuſmodi comis ſpectabiles incedebant ſacerdotes Lydii & Armenii. Neque alia creduntur Moſis fuiſſe cornua; quæ tamen alii de facie ejus intelligunt quæ קרן id eſt, radiabat, ſplendorem emittebat radiorum qui cornua referrent à קרם incurvare, vel קרן cornu. 17 Incomptas. 18 Neque admirere præ hujus vultu tuum, ô Theſeu, quem ut fama eſt, Ariadne Baccho prætulit, cui tamen à Theſeo in inſ. Naxo relicta ab Indis reverteuti nupſit.

*Langueſcunt*[19] *folio lilia pallido,*
*Et*[20] *grata*[20] *capiti deficiunt roſa:*
Vt fulgor teneris qui radiat genis
Momento rapitur; nullaque non dies
[21] Formoſi ſpolium corporis abſtulit.
Res eſt forma fugax. quis ſapiens bono
Confidat fragili? dum licet, utere,
Tempus ſed tacitum ſubruit,[22] horaq;
Semper præterita deterior ſubit.
*Quid deſerta petis? tutior aviis*
*Non eſt forma locis. te*[23] *nemore abditum,*
*Cum Titan medium conſtituit diem,*
*Cinget turba licens,*[24] *Najades improba,*
[25] *Formoſos ſolitæ claudere fontibus:*
[96] *Et ſomnis facient inſidias tuis*
[27] *Laſcivæ nemorum Deæ,*
*Montivagique Panes.*
[28] *Aut te ſtellifero deſpiciens polo*
*Sidus,*[29] *poſt veteres Arcadas editum,*
*Currus non poterit flectere candidos.*
*Et nuper rubuit; nullaque lucidis*
*Nubes ſordidior vultibus obſtitit.*
*At*[30] *nos ſoliciti lumine turbido,*
*Tractam Theſſalicis carminibus rati,*
*Tinnitus dedimus: tu fueras labor,*
*Et tu cauſa moræ. te dea noctium*
*Dum ſpectat, celeres ſuſtinuit vias.*
*Vexent hanc faciem frigora parcius,*
*Hæc ſolem facies rarius appetat,*
*Lucebit*[31] *Pario marmore clarius.*
*Quam grata eſt facies torva viriliter,*
*Et*[32] *pondus veteris triſte ſupercili?*
*Phœbo colla licet ſplendida compares:*
*Illum cæſaries*[33] *neſcia colligi,*
*Perfundens humeros, ornat & integit:*
*Te frons hirta decet, te brevior coma*
*Nulla lege jacens. tu licet aſperos*
*Pugnaceſque Deos viribus arceas,*

19 *Ellipſis*, *cum* langueſcunt. vel lege *Lang. fol. ut lil. pal.* 20 Cujus dolori à calore proficiſcenti medentur. Thyeſt. ℣. 944. 21 Aliquid de forma demit, minuit.
22 *Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi Prima fugit.* 23 Meridianos æſtus umbra levantem nemoris. 24 Fontium Nymphæ. à νάεσθαι fluere. 25 Vt Hylam. Med. ℣. 649. & Narciſſum umbram ſuam in fonte conſpectam amplexatum.
26 Et te dormientem rapient Dryades, Fauni, Satyri. 27 Variant hîc lectiones, alii ſupplent hos verſus ut ſint Aſclepiadæi, leguntque *laſcivæ nemorum multivagæ deæ Panas quæ Dryades montivagos petunt.* Verum nil tanti eſt, quoties enim reperias Choriambicos Dimetros, Acatalecticos ſtatis metris Chori interſeri?
28 Aut Luna vocabit tua forma capta, ut quondam Endymionis. ſup. ℣. 308. 29 Προσέληνοι dicuntur Arcades, ſive quod idem ſemper incoluerint ſolum, αὐτόχθονες uti Athenienſes. *vel* quod Lunæ curſum Endymion Arcas primus invenerit. unde & fabulæ locus.
30 Nos ruboris Lunæ cauſam magicis carminibus imputantes, illi laboranti pelvium tinnitu ſuccurrere voluimus (ſic enim & tubarum clangore Lunæ Eclipſim patienti auxiliari ſe credebat vulgi ſuperſtitio) Tu autem ô Hippolyte cauſa illi eras ruboris & moræ. vid. ſup. ℣. 420. & Med. 794. 31 Pure candido marmore ex inſ. Poro Cycladum una. 32 Gravitas & majeſtas quæ in ſuperciliis. 33 Inornata & incompta.

[34] *Et vaſti ſpacio vincere corporis,*
*Æquas Herculeos jam juvenis toros,*
*Martis belligeri pectore latior.*
[35] *Si dorſo libeat cornipedis vehi:*
*Frenis Caſtorea mobilior manu*
*Spartanum poteris flectere* [36] *Cyllarum,*
*Amentum digitis tende prioribus,*
*Et totis jaculum dirige viribus;*
*Tam longe, dociles ſpicula figere,*
[37] *Non mittent gracilem Cretes arundinem.*
*Aut ſi tela modo ſpargere Parthico*
*In cœlum placeat;* [38] *nulla ſine alite*
*Deſcendent, tepido viſcere condita,*
*Prædam de mediis nubibus afferes.*
[39] Raris forma viris (*ſæcula proſpice*)
Impunita fuit. *te melior deus*
*Tutum prætereat, formaque nobilis*
[40] *Deformis ſenii limina tranſeat.* (*furor?*
[40] *Quid ſinat inauſum fœmina præceps*
*Nefanda juveni crimina inſonti parat;*
[41] *In ſcelere quærit crine lacerato fidem.*
*Decus omne turbat capitis; humectat genas,*
*Inſtruitur omnis* [42] *arte fœminea dolus.*
*Sed iſte quiſnam eſt, regium vultu decus*
*Gerens, & alto vertice attollens caput?*
*Vt ora juveni paria* [43] *Pirithoo gerit!*
*Ni languido candore pallerent genæ,*
*Staretque recta ſqualor incultus coma.*
[44] *En, ipſe Theſeus redditus terris adeſt.*

34 Heinſ. legit. *Nec vaſti ſpatio* ut ſit ſenſus: Tu alter Diomedes in certamen Martis deſcendere audeas cum ſpe victoriæ, nam & juvenis jam æquas, &c. Sed & hunc verſum cum duobus antecedentibus rejicit Ioſ. Scal.

35 Si equitare libeat, ſuperas Caſtorem qui bonus eques & peritus equûm domitor.

36 Equum Caſtori à Iunone datum quem à Neptuno acceperat. hunc Pollucis fuiſſe refert Virg. 3 Georg. ſed fratrem pro fratre poni exponit Servius.

37 Nec Cretes peritiſſimi ſagittarii longius emittent ſagittam quam tu jaculum.

38 Quemadmodum ab Eurytione fixa. 5 Æneid. *Sub nube columba Decidit exanimis vitamque reliquit in aſtris Aëreis, fixamque refert delapſa ſagittam.*

39 Formoſis ut plurimum nocuit ſua forma.

40 Vetus Lipſii codex habuit *Deformis ſenii monſtret imaginem*, quam lectionem exoſculatur Ioſ. Scalig. atque ita exponit hunc locum: ne forte vindicta faſtus te perſtringat; quoties formæ tuæ in mentem venit, toties repræſenta tibi & deformis ſenii imaginem, ne inſoleſcas, *acutum nimis & longe petitum, (quod tanti viri pace dixerim) ſed viderit lector.* 41 Vnus Lipſii liber habet, *In ſcelera*, alter. *En ſcela!* 42 Al. *Fraude.* 43 Merito ſuſpicatur Delrius legendum *Hippolyto:* ut cui hæc conveniunt omnia, Pirithoo nequaquam, qui neque rediit, neque juvenis, nec ſi rediiſſet minus palleret quam Theſeus, uterque ab inferis rediens. 44 Agnoſcit tandem ipſum eſſe Theſeum.

## ACTVS TERTIVS.

### THESEVS. NVTRIX.

*Reverſus ab inferis Theſeus domeſtici luctus cauſam à nutrice obvia ſciſcitatur, illa ſe hoc tantum ſcire reſpondet, Phædram necis conſilium iniiſſe.*

TAndem profugi noctis æternæ plagam,
Vaſtoque manes carcere [1] umbrantem polum.

1 Nigrantem, deteriorem, Antarcticum, vid. Herc. Fu. 636. & 1103. Ag. 750.

*Vt vix cupitum ſufferunt oculi diem!*
[2] *Iam quarta*[2] *Eleuſis dona Triptolemi ſecat,*
[3] *Paremque toties Libra compoſuit diem;*
*Ambiguus ut me ſortis ignotæ labor*
*Detinuit inter mortis & vitæ mala.*
*Pars una vitæ manſit extincto mihi*
*Senſus. malorum finis Alcides fuit.*
[4] *Qui cum revulſum* [5] *Tartaro extraheret canem,*
*Me quoque ſupernas pariter ad ſedes tulit.*
*Sed feſſa virtus robore antiquo caret;*
*Trepidantque greſſus. heu, labor quantus fuit*
[6] *Phlegethonte ab imo petere longinquum æthera,*
*Pariterque mortem fugere, &* [7] *Alcidem ſequi!*
[8] *Quis fremitus aures flebilis pepulit meas?*
*Expromat aliquis, luctus, & lacrymæ, & dolor,*
*Et limine ipſo miſta lamentatio;*
*Hoſpitia digna prorſus* [9] *inferno hoſpite,*
NV. *Tenet obſtinatum Phædra conſilium necis,*
*Fletuſque noſtros ſpernit, ac morti imminet.*
TH. *Quæ cauſa leti? reduce cur moritur viro?*
NV. [10] *Hæc ipſa letum cauſa maturum attulit.*
TH. *Perplexa magnum verba neſcio quid tegunt.*
*Effare aperte, quis gravet mentem dolor.*
NV. *Haud pandit ulli. mœſta ſecretum occulit,*
*Statuitque ſecum ferre, quo moritur, malum.*
*Iam perge quæſo, perge: properato eſt opus.*
TH. *Reſerate cluſos regii poſtes laris:*

2 Vrbs illa Attica (cujus regis filium Triptolemum Ceres agri colendi rationem docuit aliiſque tradere juſſit) quarto jam meſſem collegit.
3 Et libra ſignum æquinoctiale quater æquavit diem nocti, hoc eſt, *quatuor jam annos apud inferos fui.*
4. Herc. Fu. ỷ. 805.
5 Profundiſſimo inferorum loco. διὰ τὸ τεταράχθαι ἐκεῖ τὸν ἀέρα. proinde Homero dicitur ἠερόεις & βάθιστον ὑπὸ χθονὸς βέρεθρον.
6 Thyeſt. ỷ. 73.
7 Magnis paſſibus incedentem, quod ex ratiocinatione Pythagoræ liquet de Herculis ſtatura. vid. Thyeſt. ỷ. 130.
8 *Exaudit Phædræ ejulatus.*
9 Ab inferis veniente.
10 Ne tibi reverſo detegat factum.

## THESEVS. PHÆDRA.

*Primum ſimulat Phædra mori ſe malle quam vim ſibi illatam revelare Theſeo, cui deinde nutrici cruciatum minitanti oſtendit gladium, quem Hippolytus abjectum reliquiſſet.*

*O Socia thalami, ſiccine adventum viri,*
*Et* [1] *expetiti conjugis vultum excipis?*
*Quin enſe viduas dexteram? atque animum mihi*
*Reſtituis? & te quidquid è vita fugat*
*Expromis?* PH. *eheu, per tui ſceptrum imperi,*
*Magnanime Theſeu, perque natorum indolem,*

1 Expetendi certe.

*Tuoſque reditus, perque*[2] *jam cineres meos,*
*Permitte mortem.* TH. *cauſa qua cogit mori?*
PH. [3] *Si cauſa leti dicitur, fructus perit.*
TH. *Nemo iſtud alius, me quidem excepto, audiet.*
*Aures pudicas conjugis ſolas times?*
*Effare; fido pectore arcana occulam.*
PH. [4] Alium ſilere quod voles, primus ſile.
TH. *Leti facultas nulla continget tibi.*
PH. [5] Mori volenti deeſſe nunquam mors poteſt.
TH. *Quod ſit luendum morte delictum, indica.*
PH. *Quod vivo.* TH *lacrymæ nonne te noſtræ movent?*
PH. [6] *Mors optima eſt perire, dum lacrymant ſui.*
TH. *Silere pergit. verbere ac vinclis anus*
*Altrixque prodet quidquid hæc fari abnuit,*
*Vincite ferro; verberum vis extrahat*
*Secreta mentis.* PH. *ipſa jam fabor, mane.*
TH. *Quidnam ora mœſta avertis, & lacrymas genis*
*Subito coortas veſte prætenta obtegis?*
PH. *Te, te, creator cælitum, teſtem invoco,*
[7] *Et te coruſcum lucis æthereæ jubar,*
*Ex cujus ortu noſtra dependet domus;*
*Tentata precibus reſtiti:* [8] *ferro ac minis*
*Non ceſſit animus; vim tamen corpus tulit.*
*Labem hanc pudoris eluet noſter cruor.*
TH. *Quis, ede, noſtri decoris everſor fuit?*
PH. *Quem rere minime.* TH. *quis ſit, audire expeto.*
PH. *Hic dicet enſis, quem tumultu territus*
*Liquit ſtuprator, civium accurſum timens.*
TH. *Quod facinus, heu me, cerno? quod monſtrum in-* *(tuor?*
*Regale* [9] *parvis aſperum ſignis* [10] *ebur,*
*Capulo refulget gentis* [12] *Actææ* [11] *decus.*
*Sed ipſe quonam evaſit?* PH. *hi trepidum fuga*
*Videre famuli concitum celeri pede.*

2 Me morti jam deſtinatam.
3 Mori ſe velle fingit ne Hippolytum tanquam dedecoris ſui reum apud patrem agat: neve quis ſciat.
4 Quod tacitum eſſe velis, nemini dixeris.
5 Theb. ℣. 151.
6 Hoc enim charitatis argumentum: Sicci autem oculi in funere odium arguunt.
7 Et te ô Phœbe domus noſtræ author, matris meæ ex Crete Nympha genitor.
8 Stupratoris.
9 Heinſius legi vult *Patriis*, ad *Actææ* nimirum referens: ſed & vulgatam lectionem adſtruet ſequens expoſitio de cicadis.
10 Manubrium enſis ex ebore cælato. cui inſculpta 11 Aurea cicada, quo inſigni ac ſymbolo ſe αὐτόχθονας eſſe volebant Athenienſes oſtendere, vertice vel fronte aureas cicadas geſtantes. 12 Herc. Fu. ℣. 1163.

## T H E S E V S.

*Agnito enſe deceptus pater & iratus, filio immerito exitium imprecatur.*

PRo *ſancta pietas! pro gubernator poli,*
*Et* [1] *qui ſecundum in fluctibus regnum tenes,*

1 Herc. Fu. ℣. 598.

*Vnde iſta venit generis infandi lues!*
[2] *Hunc Graja tellus aluit, an* [3] *taurus Scythes,*
*Colchusve* [4] *Phaſis? redit ad* [5] *auctores genus;*
[5] *Stirpemque primam degener ſanguis refert.*
*Eſt prorſus iſte* [6] *gentis armigeræ furor,*
*Odiſſe* [7] *Veneris fœdera, & caſtum diu*
*Vulgare populi corpus. ô tetrum genus,*
[8] *Nullaque victum lege melioris ſoli!*
*Feræ quoque ipſæ* [9] *Veneris evitant* [9] *nefas,*
*Generiſque leges* [10] *inſcius ſervat pudor.*
*Vbi vultus ille, & ficta* [11] *majeſtas viri,*
*Atque habitus horrens, priſca & antiqua appetens,*
*Morumque ſenium triſte, & aſpectu grave?*
[12] O vita fallax! abditos ſenſus geris,
Animiſque pulchram turpibus faciem induis.
Pudor impudentem celat, audacem quies,
Pietas nefandum. vera fallaces probant,
Simulantque molles dura. *ſylvarum incola*
*Ille efferatus, caſtus, intactus, rudis,*
[13] *Mihi te reſervas? à meo primum toro*
*Et ſcelere tanto placuit* [14] *ordiri virum?*
*Iamjam ſuperno numini grates ago,*
*Quod* [15] *icta noſtra cecidit Antiope manu:*
*Quod non ad antra Stygia deſcendens* [16] *tibi*
*Matrem reliqui, profugus ignotas procul*
*Percurre gentes;* [17] *te licet terra ultimo*
*Summota mundo dirimat Oceani plagis;*
*Orbemque noſtris pedibus obverſum colas:*
*Licet in receſſu penitus extremo abditus*
*Horrifera* [18] *celſi regna tranſieris poli;*
[19] *Hyemeſque ſupra poſitus & canas nives,*
*Gelidi frementes liqueris Boreæ minas*
*Poſt te furentes; ſceleribus pœnas dabis.*
*Profugum per omnes pertinax latebras premam:*
*Longinqua, clauſa, abſtruſa, diverſa, invia*
*Emetiemur; nullus obſtabit locus.*
*Huc vota mittam, tela quo mitti haud queunt.*

2 Græcamne educationem ſapiunt iſti mores, an Barbaram?
3 Sup. ℣. 167.
4 Max. Colchorum fluvius.
5 *Hoc imputat matri Antiopæ ſeu Hippolytæ.*
6 Amazonum: ſup. 574.
7 Connubia.
8 *Metaph.* quod in melius ſolum tranſlatum non miteſcit, feritatem non amittit.
9 Illicitam Venerem, inceſtum matrum coitum.
10 In feris etiam vel barbaris.
11 Gravitas, triſtitia.
12 O quam fronti nulla fides? omnes ſimulant ac diſſimulant, alii videri volunt quam ſunt.
13 *Emphatice* an in patris tui ſolius decus?
14 Virilitatis tuæ primum ſpecimen edere.
15 Sup. ℣. 225.
16 Ne & propriam matrem violaſſes.
17 Fugias licet ad nobis oppoſitos Antipodas.
18 Arctici, *qui nobis ſemper ſublimis.*
19 Vlterius quam unde ad nos veniunt hyemes.

*Scis [30] unde redeam? [21] genitor æquoreus dedit,*
*Vt vota [22] prono trina concipiam Deo,*
*Et [23] invocata munus hoc ſanxit Styge.*
*En perage donum [24] triſte, regnator freti.*
*Non cernat ultra lucidum Hippolytus diem,*
*Adeatque Manes juvenis irato patre.*
*Fer [24] abominandam nunc opem nato parens.*
*Nunquam [25] ſupremum numinis munus tui*
*Conſumeremus, magna ni premerent mala,*
*Inter profunda Tartara, & Ditem horridum,*
*Et imminentes regis inferni minas,*
*[26] Voto peperci, redde nunc pactam fidem,*
*Genitor. moraris? cur adhuc undæ ſilent?*
*Nunc atra ventis nubila impellentibus*
*Subtexe [27] noctem; ſidera & cœlum eripe.*
*Effunde pontum. [28] vulgus æquoreum cie,*
*Fluctuſque ab ipſo tumidus Oceano [29] voca.*

20 Ab inferno ſcilicet, quo deſcenſu ac reditu erit facilius te perſequi, *vel* ut inf. ℣. 949.
21 Neptunus dedit mihi optionem 3 votorum inf. 950.
22 Favente, exaudiente.
23 Herc. Fu. ℣. 711.
24 Cum pater filii necem exoptet.
25 Ex tribus enim optatis hoc erat ultimum, quod de Hippolyti interitu optavit. primum quidem fecerat in latrones, dum Athenas proficiſceretur à Troezene ubi natus eſt: ſecundum ut è Labyrintho redire poſſet. 26 Non conſumpſi votum hoc tertium. 27 Tenebras, caliginem. 28 Monſtra marina. 29 In terram. inf. ℣. 1030.

## CHORVS.

*Queritur Chorus, cum cœli ceterarumque rerum curſus certo regantur conſilio, non tamen res humanas juſte ac recte cedere, cum bonis male ſit, malis bene.*

*[1] O Magna parens natura deûm,*
*Tuque igniferi rector Olympi,*
*Qui ſparſa cito ſidera mundo*
*Curſuſque vagos rapis aſtrorum,*
*[2] Celerique polos cardine verſas:*
*Cur tibi tanta eſt cura perennes*
*Agitare vias ætheris alti?*
*Vt [3] nunc canæ frigora brumæ*
*Nudent ſilvas; [4] nunc arbuſtis*
*Redeant umbræ; nunc æſtivi*
*[5] Colla Leonis Cererem magno*
*Fervore coquant; [6] vireſque ſuas*
*Temperet annus? ſed cur idem,*
*Qui tanta regis, ſub quo vaſti*

1 *Cur bonis viris accidant mala.* Sen. phil.
2 Moventur enim poli cum univerſo, utcunque Mathematicis dicantur immoti.
3 Hyeme, ſpolientur foliis ſylvæ.
4 Vere, redeant arboribus comæ umbroſæ.
5 Æſtate, Sol in Leone fruges torreat.
6 Autumnus colorem frigore temperans fructus maturet.

*Pondera mundi librata ſuos*
*Ducunt orbes; hominum nimium*
[7] *Securus ades; non ſolicitus*
*Prodeſſe bonis, nocuiſſe malis?*
[8] Res humanas ordine nullo
Fortuna regit, ſpargitque manu
Munera cœca, pejora fovens.
[9] Vincit ſanctos dira libido.
Fraus ſublimi regnat in aula.
Tradere turpi [10] faſces populus
Gaudet; [11] eoſdem colit, atque odit.
[12] Triſtis virtus perverſa tulit
Præmia recti. caſtos ſequitur
Mala paupertas: vitioque potens
Regnat adulter.
*O vane pudor, falſumque decus!* [13]
*Sed quid citato nuncius portat gradu,*
[14] *Reſtatque mœſtus lugubrem vultum gerens?*

7 *Non curans, negligens.*
8 Vitam regit Fortuna non Sapientia. *ex Epicuri Schola.*
9 Violenti & libidinoſi opprimunt innocentes & caſtos.
10 Honores, honorum inſignia. à Romanis tractum, quorum magiſtratibus præferebantur à lictoribus ſecures faſcibus virgarum inſertæ; conſulibus 12. Dictatori 24. Prætori 6. &c.
11 Fluctuans, mobilis, inconſtans populus.
12 Boni pœnas ferunt iniquam virtuti ſuæ mercedem.
13 Apoſiopeſis ex interventu nuncii.
14 Al. *Rigatque mœſtis lugubrem vultum genu?*

## ACTVS QVARTVS.

### NVNCIVS. THESEVS.

*Narrat Theſeo nuncius ut perierit Hippolytus diſcerptus ab equis ſuis, quos terruerat taurus marinus à Neptuno, ex Theſei voto, immiſſus.*

O [1] *Sors acerba & dura famulatus gravis,*
*Cur me ad nefandos nuncium caſus vocas?*
TH. *Ne metue clades fortiter fari aſperas;*
[2] *Non imparatum pectus ærumnis gero.*
NVN. *Vocem dolori lingua luctifico negat.*
TH. *Proloquere, quæ ſors aggravet quaſſam domum.*
NVN. *Hippolytus (heu me) flebili leto occubat.*
TH. [3] *Gnatum parens obiiſſe jam pridem ſcio:*
*Nunc raptor obiit. mortis effare ordinem.*
NVN. *Vt profugus urbem liquit infeſto gradu,*
*Celerem citatis paſſibus curſum explicans,*
*Celſos ſonipedes ocyus ſubigit jugo.*

1 Servitutis, quæ adigis ſervos ad triſtia non raro miniſteria.
2 Aſſuetum ærumnis & præparatum: ut qui *omnia precepi atque animo mecum ante peregi.*
3 Iamdudum periit mihi filius, ubi primum officii & pietatis immemor uxori patris ſtuprum inferre conatus eſt. Illo enim die nocens moritur quo peccat: jam tandem raptorem periiſſe audio.

*Et ora frenis domita ſubſtrictis ligat.*
*Tum [4] multa ſecum effatus, & patrium ſolum*
*Abominatus, ſæpe genitorem ciet,*
*Acerque habenis lora permiſſis quatit;*
*Cum ſubito vaſtum tumuit ex alto mare,*
*Crevitque in aſtra; nullus inſpirat ſalo*
*Ventus; quieti nulla pars cœli ſtrepit,*
*Placidumque pelagus propria tempeſtas agit.*
*Non tantus auſter Sicula diſturbat freta,*
*Nec tam furenti pontus exurgit ſinu*
*Regnante [5] Coro, ſaxa cum fluctu tremunt,*
*Et cana ſummum ſpuma [6] Leucatem ferit.*
*Conſurgit ingens pontus in vaſtum aggerem,*
*Tumidumque monſtro pelagus in terram ruit.*
[7] *Nec iſta ratibus tanta conſtruitur lues;*
*Terris minatur. fluctus haud curſu levi*
*Provolvitur; [8] neſcio quid onerato ſinu*
*Gravis unda portat; [9] quæ novum tellus caput*
*Oſtendit aſtris. Cyclas exoritur nova.*
[10] *Latuere nube numen Epidauri Dei,*
*Et ſcelere petræ nobiles Scironides,*
*Et quæ duobus terra comprimitur fretis.*
*Hæc dum ſtupentes querimur, en totum mare*
*Immugit; omnes undique ſcopuli adſtrepunt:*
[11] *Summum cacumen rorat expulſo ſalo.*
*Spumat, vomitque vicibus alternis aquas.*
*Qualis per alta vehitur Oceani freta,*
*Fluctus refundens orbe [12] Phyſeter capax.*
*Inhorruit concuſſus undarum globus,*
*Solvitque ſeſe, & [13] litori invexit malum*
*Majus timore. pontus in terras ruit,*
*Suumque monſtrum ſequitur. os quaſſat tremor.*

4 Apud Euripidem enim unde totus hic deſumptus eſt actus, ait: Ζεῦ μηκέτ᾽ εἴην, εἰ κακὸς πέφυκ᾽ ἀνήρ. Αἴσθοιτο δ᾽ ἡμᾶς ὡς ἀτιμάζει, πατήρ. &c.

5 Thyeſt. ỳ. 576.

6 Promontorium Acarnaniæ. *Leucatæ nimboſa cacumina montis.*

7 Nec tamen navigantibus exitium ab hoc monſtro paratur, ſed terris.

8 Non ſine ſtupore expectabamus ſi qua nova inſula è mari exurgens augeret numerum Cycladum.

9 Neſcio quæ novum tellus, &c.

10 Lipſ. legit *Latuère rupes numen.* Ioſ. Scal. legendum vult, *nomen*; ut ſit Helleniſmus pro nomine πέτραι τ᾽ ὄνομα Ἐπιδαύρειοι. Heinſius *Latuere rupes nomine Epidauri Dei*; habet certe Euripides, ὡς ἀφῃρέθη Σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα, τοὐμὸν εἰσορᾶν. Ἔκρυπτε δ᾽ ἰσθμὸν καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ. *ſenſus erit itaque*, ingens ille fluctus è conſpectu noſtro ſuſtulit rupes Epidauri celebris templo Æſculapii, & ſaxa Scironia latrociniis & ſupplicio Scironis (Herc. Fu. 226.) famoſa, ipſumque Iſthmon inter Ægeum & Ionium. 11 *Heinſius legit* Summ. cac. ror. exp. ſalo Spumas, vomitque vicibus alternis aquas. *Sed quid ſi tranſponatur cum verſu ſequente, eſt enim.* 12 Φυσητὴρ piſcis è balænarum genere, qui è fiſtulis quibuſdam in vertice fluctus efflat (unde & nomen illi inditum à φυσάω) qui in formam columnæ ſublati ac deinde rarefacti nubis ſpeciem præ ſe ferunt; *atque hoc aſtruit vulgatam lectionem* τῷ. Nube, *ſup. v.* 1019. 13 Venilia monſtrum in terram ejecit.

TH. Quis

TH. *Quis habitus ille corporis vaſti fuit?*
NVN. *Cærulea taurus colla ſublimis gerens*
*Erexit altam fronte viridanti jubam:*
*Stant hiſpidæ aures: cornibus varius color,*
*Et quem feri* [14] *dominator habuiſſet gregis,*
*Et quem* [15] *ſub undis natus: hinc flammam vomit;*
*Oculi hinc relucent: cærula inſignis nota*
*Opima cervix arduos tollit toros:*
*Nareſque hiulcis hauſtibus patulæ fremunt:*
*Muſco tenaci pectus ac palear viret;*
*Longum rubenti ſpargitur* [16] *ſucco latus.*
*Tum pone tergus,* [17] *ultima in monſtrum coit*
[17] *Facies, & ingens bellua immenſam trahit*
*Squammoſa partem. talis extremo mari*
[18] *Piſtrix citatas ſorbet aut reddit rates.*
[19] *Tremuere terræ: fugit attonitum pecus*
*Paſſim per agros; nec ſuos paſtor ſequi*
*Meminit juvencos: omnis è ſaltu fera*
*Diffugit; omnis frigido exanguis metu*
*Venator horret. ſolus immunis metu*
*Hippolytus arctis continet frenis equos,*
*Pavidoſque notæ vocis hortatu ciet.*
*Eſt alta ad* Argos *collibus ruptis via,*
[20] *Vicina tangens ſpatia ſuppoſiti maris:*
*Heic ſe* [21] *illa moles acuit, atque iras parat.*
*Vt cepit animos, ſeque prætentans ſatis*
*Proluſit* [22] *ira; præpeti curſu evolat,*
*Summam citato vix gradu tangens humum,*
*Et torva currus ante trepidantes ſtetit.*
*Contra feroci* [23] *gnatus inſurgens minax*
*Vultu, nec ora mutat, & magnum intonat;*
*Haud frangit animum vanus hic terror meum;*
[24] *Nam mihi paternus vincere eſt tauros labor.*
*Inobſequentes protinus frenis equi*
*Rapuere currum: jamque deerrantes via,*
*Quacunque pavidos rapidus evexit furor,*
*Hac ire pergunt, ſeque per ſcopulos agunt.*
*At ille, qualis turbido rector mari*
*Ratem retentat, ne det obliquum latus,*
*Et arte fluctus fallit; haud aliter citos*
*Currus gubernat: ora nunc preſſis trahit*
*Conſtricta frenis, terga nunc torto frequens*

14 Taurus.
15 Vitulus marinus.
16 Legitur & *Fuco.*
17 Vltima forma, id eſt poſterior pars deſinit in piſcem. ſic Virg. de Scylla, *pectore virgo Pube tenus poſtrema immani corpore piſtrix*, & de Tritone, *Frons hominem præfert, in piſtrin deſinit alvus.* nam & Piſtrix dicitur.
18 Monſtrum marinum tantæ magnitudinis ut abſorbeat naves. Plin. 26.
19 Vide Virbium hæc de ſe narrantem.
15 *Metamor. Ovid.*
20 Prope litus.
21 Monſtrum marinum.
22 Al. *iræ.*
23 Tuus ô Theſeu.
24 Hereditario jure mihi debetur hic labor, nam & pater taurum Marathonium ſuperavit, Minotaurum interfecit.

*Verbere coërcet.* [25] *ſequitur* [26] *aſſiduus comes*
*Nunc æqua carpens ſpatia, nunc contra obvius*
*Oberrat, omni parte terrorem movens.*
*Non licuit ultra fugere: nam torvo obvius*
*Incurrit ore corniger ponti horridus.*
*Tum vero pavida* [27] *ſonipedes mente exciti*
*Imperia* [27] *ſolvunt, ſeque luctantur jugo*
*Eripere, rectique in pedes jactant onus.*
[28] *Præceps in ora gnatus, implicuit cadens*
[29] *Laqueo tenaci corpus: & quanto magis*
*Pugnat; ſequaces hoc magis nodos ligat.*
*Senſere pecudes facinus, &* [30] *curru levi,*
*Dominante nullo, qua timor juſſit, ruunt.*
*Talis per auras non ſuum agnoſcens onus,*
[31] *Solique falſo creditum indignans diem,*
*Phaëthonta currus* [32] *devio excuſſit polo.*
*Late* [33] *cruentat arva, & illiſum caput*
*Scopulis reſultat. auferunt dumi comas:*
*Et ora durus pulchra* [34] *populatur lapis:*
*Peritque multo vulnere infelix decor.*
*Moribunda celeres membra provolvunt rotæ.*
*Tandemque raptum* [35] *truncus ambuſta ſude*
*Medium per inguen ſtipite* [35] *ejecto tenet;*
*Paulumque domino currus affixo ſtetit.*
*Hæſere bijuges vulnere, & pariter moram*
*Dominumque rumpunt. inde ſemianimem ſecant*
*Virgulta: acutis aſperi vepres rubis,*
*Omniſque truncus corporis partem tulit.*
*Errant per agros funebris* [37] *famuli manus.*
*Per illa, qua diſtractus Hippolytus, loca*
*Longum cruenta tramitem ſignat nota:*
*Mœſtæque domini membra veſtigant canes.*
*Necdum dolentum ſedulus potuit labor*
*Explere corpus. hoccine eſt formæ decus?*
*Qui modo paterni clarus imperii comes*
*Et certus hæres, ſiderum fulſit modo;*
[38] *Paſſim ad ſupremos ille colligitur rogos,*
*Et funeri confertur.* TH. ô nimium potens,
[39] Quanto parentes ſanguinis vinculo tenes
Natura! quam te colimus inviti quoque!
*Occidere volui noxium; amiſſum fleo.*

25 Equos.
26 Taurus marinus.
27 Hinc ἱππόλυτος dictus qui prius *Demophon.* ſed à Diana, ſeu Æſculapio vitæ redditus. *Virbius.*
28 Al. *In lora præceps fuſus imp'.*
29 Loris equorum.
30 *Sed leve pondus erat nec quod cognoſcere poſſent Solis equi, ſolitaque jugum gravitate carebat.*
31 Phaëtonti Solis currum occupanti.
32 Quo ipſe Phaëton devius erravit.
33 Hippolytus.
34 Lacerat, diripit.
35 Corpus palo vel ſtipite hærens paulum morabatur equos; diſrupto mox corpore curſum peragunt equi.
36 Al. *erecto.*
37 *Appoſitæ*, multitudo famulorum.
38 Sparſim, undecunque collig.
39 Cedit ira naturæ legibus, nec ipſe Theſeus à lacrymis ſe continet.

NV. [40] Haud quiſquam honeſte flere, quod voluit, poteſt.
TH. *Equidem malorum maximum hunc cumulum reor,*
[41] *Si abominanda caſus optata efficit.*
NV. *Etſi odia ſervas, cur madent fletu genæ?*
TH. [42] *Quod interemi, non quod amiſi, fleo.*

40 Non ſatis honeſte flere licet, quod ipſe voluiſti. 41 Si quod accidens fecerit pœnitere ejus rei quam quis prius optarit. 42 Quod ego pater cauſa fuerim neci filio, non quod ille perierit.

## CHORVS.

*Sublimis fortunæ inſtabilitatem & pericula, humilis ſecuritatem canit, Hippolyti mortem deflet.*

QVanti caſus humana [1] rotant!
Minus in parvis Fortuna furit,
Leviuſque ferit leviora Deus.
Servat placidos obſcura quies;
Præbet ſomnos caſa ſecuros.
[2] *Admota ætheriis culmina ſedibus*
*Euros excipiunt, excipiunt Notos,*
*Inſani Boreæ minas,*
*Imbriferumque Corum.*
[3] *Humida vallis raros patitur*
*Fulminis ictus:* [4] *tremuit telo*
*Iovis altiſoni Caucaſus ingens,*
*Phrygiumque nemus matris Cybeles.*
*Metuens cœlo Iupiter alto*
*Vicina petit.* non capit unquam
Magnos motus humilis tecti
Plebeja domus.
Circa regna tonat.
Volat ambiguis
Mobilis alis [5] hora, nec ulli
Præſtat velox Fortuna Fidem.
[6] *Qui clara videt ſidera mundi,*
*Nitidumque diem nocte relicta,*
*Luget mæſtos triſtis reditus;*
*Ipſoque magis flebile Averno*
*Sedis patriæ videt hoſpitium.*
[7] *Pallas Actææ veneranda genti,*
*Quod* [8] *tuus cœlum ſuperoſque Theſeus*
*Spectat, & fugit Stygias paludes,*

1 Alludit ad Fortunam, quæ vulgo fingitur, rotam.

2 Altarum ædium faſtigia.

3 In vallibus enim colliguntur aquæ.

4 Ipſa enim altitudo attonat ſumma: Caucaſum, Acroceraunia, Idam, injectum Pelion Oſſæ, Gigantes.

5 Al. *Hera.* i. Fortuna de qua hoc loco, de hora nihil. *Voſne velis, an me regnare hora, quidve ferat ſors.*

6 Theſeo ab inferis reverſo luctuoſus contigit reditus, & neſcio ab inferna ſede flebilius patriæ hoſpitium.

7 Vide ſup. ỳ. 108. & Herc. Fu. 912.

8 Athenarum rex, quæ ſub tuo præſidio.

[9] *Caſta nil debes* [10] *patruo rapaci :*
[11] *Conſtat inferno numerus* [10] *tyranno.*
*Quæ vox ab altis flebilis tectis ſonat ?*
*Strictoq; vecorsPhædra quid ferro parat?*

9 O Pallas ven. &c. ſupra ℣. 108. & Herc. Fu. 912. 10 Plutoni. 11 Loco Theſei inde reverſi ceſſit illi Hippolytus.

## ACTVS QVINTVS.

### THESEVS. PHÆDRA. CHORVS.

*Phædra Hippolyti innocentiam, ſuas calumnias revelat : ipſaque ſua ſe manu occidit, pater non ſine luctu filio juſta perſolvit, novercæ negat.*

*QVis te dolore percitam inſtigat furor ?*
*Quid enſis iſte ? quidve vociferatio ?*
*Planctuſque ſupra* [1] *corpus inviſum volunt ?*
PH. *Me, me profundi ſæve dominator freti*
*Invade, & in me* [2] *monſtra cœrulei maris*
*Emitte : quidquid intimo Tethys ſinu*
*Extrema geſtat, quidquid Oceanus vagis*
*Complexus undis ultimo fluctu tegit.*
*O dire Theſeu ſemper, ô nunquam ad tuos*
*Tuto reverſe !* [3] *gnatus & genitor nece*
*Reditus tuos luêre : pervertis domum,*
[4] *Amore ſemper conjugum aut* [5] *odio nocens.*
*Hippolyte* [6] *tales intuor vultus tuos ?*
*Taleſque* [7] *feci ? membra quis ſævus* [8] *Scinis,*
*Aut quis* [9] *Procruſtes ſparſit ? aut quis* [10] *Creſſius*
[11] *Dædalea vaſto clauſtra mugitu replens,*
[10] *Tauris biformis, ore cornigero ferox*
*Divulſit ? heu me ! quo tuus fugit decor,*
*Oculique,* [12] *noſtrum ſidus ! exanimis jaces ?*
*Ades parumper, verbaque exaudi mea.*
[13] *Nil turpe loquimur. hac manu pœnas tibi*
*Solvam, & nefando pectori ferrum inſeram,*
*Animaque* [14] *Phædram pariter ac ſcelere exuam ;*
*Et te per undas, perque Tartareos lacus,*
*Per Styga, per* [15] *amnes igneos amens ſequar.*

1 Artus paſſim collectos Hippolyti, quem modo oderas. *Vel* mihi inviſi. 2 Quæ modo in Hippolytum miſiſti jamque juſtius in me. 3 Filius nunc : pater Ægeus olim, qui ex editiſſima turre navis tuæ vela nigra proſpiciens ac te periiſſe inde conjiciens. quia in mandatis dederat ut victor aut incolumis albis redires velis, ſe in mare dejecit. 4 Mei, criminationi meæ nimis credule.

5 Antiopes. ſup. ℣. 225. 6 Laceros, fœdatos. 7 Falſo inſimulando te. 8 Latro Corinthius, qui pinubus intortis alligatos homines diſcerpebat. vide quæ ad ℣. 226. Herc. Fu. & inf. ℣. 1218. 9 Thyeſt. 1047. 10 Minotaurus. ſup. ℣. 646. qui humana carne veſcebatur. 11 Labyrinthum à Dædalo factum. *ibidem.* 12 Quos inſtar gemini ſideris ſuſpiciebam. 13 Vt nuper. 14 Al. *memet.* 15 Phlegetonta Thyeſt. 73.

*Placemus umbras.* [16] *capitis exuvias cape,*
*Laceræque frontis accipe abſciſſam comam.*
*Non licuit animos jungere; at certe licet*
*Iunxiſſe fata.* [17] *morere, ſi caſta es, viro;*
*Si inceſta, amori. conjugis thalamos petam*
*Tanto impiatos facinore? hoc deerat nefas,*
[18] *Vt vindicato ſancta fruereris toro?*
*O mors amoris una ſedamen mali;*
*O mors pudoris maximum læſi decus;*
*Confugimus ad te: pande placatos ſinus.*
*Audite Athenæ, tuque funeſta pater*
[19] *Prior noverca. falſa memoravi & nefas,*
[20] *Quod ipſa demens pectore inſano hauſeram,*
*Mentita finxi: falſa puniſti pater;*
*Iuveniſque caſtus crimine* [21] *inceſtæ jacet,*
*Pudicus, inſons.* [22] *recipe jam mores tuos,*
*Mucrone pectus impium* [23] *juſto patet,*
*Cruorque ſancto ſolvet* [24] *inferias viro.*
[25] *Quid facere rapto debeas nato parens*
*Diſce ex noverca: condere Acherontis plagis.*
TH. *Pallidi fauces* [26] *Averni, voſq;* [27] *Tænarei ſpecus,*
*Vnda* [28] *miſeris grata Lethes, voſq;* [29] *torpẽtes lacus,*
*Impium capite, atque merſum premite perpetuis malis.*
[30] *Nunc adeſte ſæva ponti monſtra, nunc vaſtum mare,*
*Vltimo quodcunq;* [31] *Proteus æquorũ abſcondit ſinu,*
*Meq;* [32] *ovantẽ ſcelere tanto rapite in altos gurgites.*
*Tuque ſemper, genitor,* [33] *iræ facilis aſſenſor meæ,*
*Morte dignum facinus auſus, qui* [34] *nova natũ nece*
[35] *Segregem ſparſi per agros: quiq; dum falſum nefas*
*Exequor vindex, ſceleſtus incidi in verum nefas.*
[36] *Sidera &* [36] *manes, &* [36] *undas ſcelere complevi meo.*

16 Crines. moris enim fuit in funeribus amicorum teſtari luctum, nec non funera honorare, defunctorumque faciem tegere coma abſciſſa & avulſa. in ſquallorem ſc. ſpoliata natura ſuperfluo hoc ornatu.

17 Si non ſtuprata ficti criminis reum Hippolytum egiſti, morere, ut viro ſatisfacias; ſi non caſta ſed inceſta fuiſti, morere, ut ſequaris amatorem.

18 Vt illæſa fruereris Theſeo iniquæ tuæ criminationis vindice; *ſed & hunc locum Delrius ſuſpicatur.*

19 Nimis facilis & credule querelæ novercali.

20 Quod ipſa conceperam. 21 Mei inceſtæ. 22 Recipe ô Hippolyte juſtam caſtitatis tuæ famam. 23 Mei meritæ. 24 Vid. Theb. 172. 25 Mori diſce ex me. *quo dicto, gladio incumbit.* 26 Stagni Campani prope Cumas, dicti quaſi ἄορνος, quod propter tetrum odorem nulla avis ſupervolitare poſſit. propter quam graveolentiam & hîc deſcenſus ad inferos eſſe credebatur. 27 Herc. Fu. ỽ. 586. 28 Quæ ærumnarum oblivionis artem docet. Herc. Fu. ỽ. 679. 29 Cocytus. Herc. Fu. 685. & Styx. *ibid.* ỽ. 712. 30 Iuſtius in me quam nuper in Hippolytum. 31 Oceani & Tethyos filius phocarum paſtor & cuſtos. 32 Modo lætantem. 33 Exaudiendo vota. 34 Nam filius abſens patris votis, in ſolo ſali monſtro, auriga propriis equis periit 35 Separatum, ſolum. 36 Propter temeritatem meam pater dejecit ſe in mare. ſup. ỽ. 1160. ad inferos deſcendi comes Pirithoi adulteri, jamque terram pollui nefaria filii innocentis cæde.

*Amplius ſors nulla reſtat ; regna me norunt [35] tria.*
*In hoc redimus ? patuit ad cœlum via ,*
[37] *Bina ut viderem funera, & geminam necem ?*
[38] *Cœlebs & [38] orbus, funebres una face*
*Vt concremarem prolis ac thalami rogos ?*
[39] *Donator [40] atræ lucis, Alcide, [41] tuum*
*Diti remitte munus, ereptos mihi*
*Reſtitue manes. impius fruſtra invoco*
*Mortem relictam. [42] crudus, & leti artifex ,*
[43] *Exitia machinatus inſolita, effera ,*
*Nunc tibimet ipſe juſta ſupplicia irroga.*
[44] *Pinus coacto vertice attingens humum*
*Cælo remiſſum findat in geminas trabes ,*
*Mittarque præceps ſaxa per [45] Scironia.*
[46] *Graviora vidi, quæ pati cluſos jubet*
[47] *Phlegethon, nocentes igneo cingens vado.*
*Quæ pœna maneat memet & ſedes, ſcio.*
*Vmbræ nocentes cedite ; cervicibus*
*His his repoſitum degravet feſſas manus*
*Saxum [48] ſenis perennis Æolii labor :*
*Me ludat [49] amnis ora vicina alluens.*
*Vultur relicto transvolet [50] Tityo ferus ,*
*Meumque pœnæ ſemper accreſcat jecur.*
*Et tu [51] mei requieſce Pirithoi pater :*
[52] *Hæc incitatis membra turbinibus ferat*
*Nunquam reſiſtens orbe revoluto rota.*
*Dehiſce tellus ; recipe me dirum [53] chaos ,*
*Recipe : [54] hæc ad umbras juſtior nobis via eſt.*
*Gnatum ſequor : ne metue, qui manes regis ;*
[55] *Caſti venimus. recipe me æterna domo*
[56] *Non exiturum. non movent Divos preces :*
*At ſi rogarem [57] ſcelera, quam proni forent !*
CH. *Theſeu, querelis tempus æternum manet.*
*Nunc [58] juſta gnato ſolve, & abſconde ocyus*

37 Filii & uxoris ? 38 Filio & conjuge privatus. 39 Herc. Fu. 805. ſup. 840. 40 Funeſtæ & miſeræ. 41 Triſtior enim mihi ſupereſt vita quam mors & inferi. 42 *Hæc ad ſe.* 43 Quæ filio injuſte machinatus es. *vel.* quæ tyrannis latronibuſque inflixiſti ut in ſequentibus. & vide quæ ad ỹ. 226. Herc. Fu. 44 Sup. ỹ. 1164. 45 Sup. ỹ. 1020. 46 Et tamen his graviora apud inferos vidi ſupplicia quæ merui, & quæ me manent. 47 Thyeſt. 73. 48 Siſyphi fil. Æoli. hic Atticam latrociniis infeſtans à Theſeo interfectus, apud inferos hac pœna damnatur ut ſaxum ingens ad ſummi montis verticem volvat quod repente dilabitur. *Aut petis aut urges rediturum Siſyphe ſaxum.* 49 Eridan. infern. in quo Tantalus. Herc. Fu. 751. 50 Qui, cum Latonæ ſtuprum inferre conaretur , Apollinis telis confixus ad inferos demiſſus eſt. ubi humi per novum jugera exporrectus , jecur immortale , utpote cum Luna ad pœnas renaſcens , vulturi depaſcendum præbet. 51 *Emphaſin habet*, mihi chari Pirithoi pater, id eſt, Ixion. 52 Vt Ixionis. vid. Herc. Fu. 749. 53 Herc. Fu. 609. & Thyeſt. 820. 54 Quem quæ Hippolyto. 55 Non ut olim rapturi Proſerpinam cum Pirithoo. 56 Vt nuper cum Hercule. 57 Quod feci in tertio voto contra filium. ſup, 910. quam faciles exaudirent ? 58 Exequias debitas.

*Diſperſa fœde membra laniatu effero.*
TH. *Huc, huc reliquias vehite cari corporis,*
[59] *Ponduſque, & artus temere congeſtos date.*
*Hippolytus hic eſt? facinus agnoſco meum.*
*Ego te peremi. neu nocens tantum ſemel*
*Solusve fierem, facinus auſurus parens;*
[60] *Patrem advocavi. munere en patrio fruor.*
*O triſte* [61] *fractis orbitas annis malum,*
*Complectere artus, quodque de gnato* [62] *eſt ſuper*
*Miſerande mœſto pectore incumbens fove.*
*Disjecta genitor membra, laceri corporis*
*In ordinem diſpone, & errantes loco*
*Reſtitue partes. fortis heic dextra locus;*
*Heic læva frenis docta moderandis manus*
*Ponenda. lævi lateris agnoſco notas.*
[63] *Quam magna lacrymis pars adhuc noſtris abeſt?*
*Durate trepida lugubri officio manus,*
*Fletuſque largos ſiſtite arentes genæ,*
*Dum membra gnato genitor annumerat ſuo,*
*Corpuſq;* [64] *fingit.* [65] *hoc quidem eſt forma carens,*
*Et turpe multo vulnere ambeſum undique,*
*Quæ pars tui ſit dubito, ſed pars eſt tui.*
*Heic heic repone;* [66] *non ſuo, at vacuo loco.*
*Hæc illa facies igne ſidereo nitens,*
[67] *Inimica flectens lumina? huc cecidit decor?*
*O dira fata numinum! O ſævus* [68] *furor!*
[69] *Sic ad parentem gnatus ex voto redit?*
[70] *En hæc ſuprema dona genitoris cape,*
*Sæpe efferendus. interim* [71] *hæc ignes ferant.*
*Patefacite acerba cæde funeſtam domum,*
[72] *Mopſopia claris tota lamentis ſonet.*
*Vos apparate regii flammam rogi:*
*At vos per agros corporis partes vagas*
*Anquirite.* [73] *iſtam terra defoſſam premat,*
[74] *Graviſque tellus impio capiti incubet.*

59 Neque enim formam habent. 60 Neptunum, à quo compreſſa Æthra, cum ex Ægeo non conciperet, Theſeum peperit. Plutarch. in Theſeo. 62 Supereſt, reſtat. *Anaſtrophe.* 63 Multi n. artus, multæ corporis particulæ abſunt, quæ ſi poſthac inventæ fuerint, cum lacrymis mihi componendæ ſunt, *ſic infr.* ℣. 1269. *ſæpe efferendus.* 64 Componit. Et hoc vere eſt mortuum componere. 65 Membrum. 66 Deeſt enim pars quæ proprium locum ſuppleat. 67 Etiam novercæ. 68 Novercæ amor; ira mea! 69 Tam fœde lacer, tam crudeliter laniatus? 70 Hæc funeri tuo ſoluta exequiarum juſta, *Seu potius*, En quali dono complevit mihi votum ſupremum, id eſt, tertium Neptunus? ut ſæpe ſit efferendus mihi filius. ſup. ℣. 1256. 71 Hæc crementur, comburantur. *pro more ſepeliendi apud veteres*, Thyeſt. 745. 72 Athenæ. ſup. ℣. 120. 73 Phædram. 74 Cui male volebant, terram gravem & tumulum oneroſum precabantur veteres, quo anima, quam ſepulchro una cum corpore condi credebant, depreſſa ad beatorum ſedes tarde aut ægre devolaret, atque ægre ultro citroque ad ſepulchra commearet in ſolemnibus funeris: ut contra, cui bene volebant *tenuem & ſine pondere terram precabantur, levem ceſpitem aut cippum ut molliter oſſa cubarent.*

# OE D I P V S.

## PERSONÆ.

| | |
|---|---|
| Oedipvs. | Iocasta. |
| Chorvs. | Creon. |
| Tiresias. | Manto. |
| Senex. | Phorbas. |

Nvncivs.

## ARGVMENTVM.

Graſſante Thebis dira peſtilitate, mittitur Delphos Creon conſulturus Apollinem. refert expiandam Laji necem interfectoris exilio. qui cum ignoraretur, Tireſias fruſtra extiſpicia aggreſſus, per Necromantiam Laji umbra evocata, intelligit ipſum eſſe regem Oedipum. Negat primum ille, ſed poſtea diſquirens, invenit ſe filium eſſe Laji quem interfecerat & Iocaſtæ, quam in uxorem duxerat. Effoſſis itaq; præ pudore atq; ira oculis in exilium abit. & Iocaſta ſe gladio confodit.

## ACTVS PRIMVS.

### OEDIPVS. IOCASTA.

*Oedipus de peſtilentia ſævitia conqueritur.*

[1] IAm nocte pulſa [2] dubius effulſit dies,
*Et nube mœſtum ſquallida exoritur jubar,*
*Lumenque flamma triſte luctifera gerens*
*Proſpiciet avida peſte [3] ſolatas domos;*
[4] *Stragemque, quam nox fecit, oſtendet dies.*
Quiſquamne regno gaudet; ô fallax bonum;
Quantum malorum fronte quam blanda tegis!
[5] Vt alta ventos ſemper excipiunt juga;
Rupemque ſaxis vaſta dirimentem freta,
Quamvis quieti, verberant fluctus maris:
Imperia ſic excelſa fortunæ objacent.
*Quam bene [6] parentis ſceptra Polybi fugeram,*
*Curis ſolutus, exul, intrepidus, vagans!*

1 Lipſ. è vet. codice leg. *Iam nocte Titan dubius expulſa redit*, ad cavendam inamœnam repetitionem τῦ *Dies* in quinto verſu. 2 Diluculum, crepuſculum, vel *dubius* i.e. nubilus, qui non exhalet vapores, non attenuet nec expurget corruptum aëra. huc enim coacervantur, *Mœſtum, ſquallida, triſte, luctifera flamma.* 3 Viduatas, deſtitutas incolis. 4 Cadaverum eorum qui perierunt hac nocte. 5 *Perflant altiſſima venti.* vid. ℣. 1125. Hippolyt. 6 Sic enim putabat. Oraculo itaque accepto, fore ut patris à ſe necati thalamos conſcendens fœdaret, Corintho in exilium profugit, cætera vide ℣. 243. Thebaid.

*Cælum Deoſque teſtor [7] in regnum incidi.*
*Infanda timeo; ne mea genitor manu*
*Perimatur. hoc me [8] Delphicæ [8] laurus monent,*
*Aliudque nobis indicant majus ſcelus.*
[9] *Eſt majus aliud patre mactato nefas?*
*Prô, miſera pietas! eloqui fatum pudet.*
[10] *Thalamos parentis Phœbus, & diros toros*
*Gnato minatur, impia inceſtos* [11] *face.*
*Hic me paternis expulit regnis timor:*
[12] *Non ego penates profugus exceſſi meos.*
*Parum ipſe fidens mihimet, in tuto tuas tua,*
*Natura, poſui jura.* cum magna horreas,
Quæ poſſe fieri non putes, metuas tamen.
*Cuncta expaveſco, meque non credo mihi.*
[13] *Iamjam aliquid in nos fata moliri parant.*
*Nam quid rear, quod iſta* [14] *Cadmea lues*
*Infeſta genti, ſtrage tam late edita*
*Mihi parcit uni? cui reſervamur malo?*
*Inter ruinas urbis, &* [15] *ſemper novis*
*Deflenda lacrymis funera, ac populi ſtruem,*
*Incolumis adſto* [16] *ſcilicet Phœbi reus,*
*Sperare poteras ſceleribus tantis dari*
*Regnum ſalubre?* [17] *fecimus* [18] *cœlum nocens.*
[21] *Non aura gelido lenis afflatu fovet*
*Anhela flammis corda: non Zephyri leves*
*Spirant;* [19] *ſed* [22] *ignes auget æſtiferi Canis*

7 Præter ſpem & votum in regnum hoc Thebanum deveni. 8 Oraculum Apollinis Delphici, Laurus autem Apollini ſacra: *Clarii laurus*, μαντικὸν φυτὸν *venturi præſcia Laurus*, in igne crepitans fauſtum portendere, tacita, inauſpicatum credebatur: hinc δαφνὴ ex δα intenſiva & φωνεῖν: nec non folia pulvillo ſubjecta credebantur vera conciliare ſomnia, ut & manducata ἐνθουσιάζειν, unde vaticinantes dicti ſunt δαφνηφάγοι. qua & coronati præcinebant vates, & circa templum Delphicum Lauri copioſe creſcebant inf. ℣.228. 9 Hic verſus in nonnullis lib. tribuitur Iocaſtæ. 10 Modo ℣. 12. 11 Vid. Thebaid. 263, & 507. 12 Non mutabam ſolum propter ſcelus aliquod admiſſum aut puſillanimitatem; ſed ne quando (ut prædictum erat) naturæ jura violarem per parricidium aut inceſtum. 13 Etiam in hac peſte videntur fata magnum aliquod malum mihi machinari, cum mihi uni parcatur. 14 Thebanæ à Cadmo conditore 15 Propter continua funera. 16 *Ironice*, quaſi vero Phœbi oraculo in tanta ſcelera damnatus ſalubre regnum ſperare audeam: imo ſcelere meo corruptus eſt aër. 17 Scelere inf. ℣.631. & Octav. 231. 18 Aër autem corrumpitur à terrenis & inferioribus expirationibus, Eudemiis. 19 A maligna qualitate ex certa ſiderum configuratione. 20 A vehementi temporum tempeſtatumque mutatione, unde qualitatum exuperantiæ & inæqualitates Epidemiæ. quæ omnia cum hic concurrant gravis eſt peſtilentia. 21 Aura non refrigerat corda æſtuantia, ſed & peſtifera aura pariter cum ſpiritu in pulmones hauſta in cor penetrat, quod affectioni præparatum propter plethoram, cacochymiam, vel obſtructionem labefactat arteriarum ſpiritum. 22 Quin & Sol primam Leonis partem ingreſſus Canis ſidus ardentiſſimum, quod exoritur. 29 gra. Cancri, æſtum & calorem adauget.

*Titan, [23] Leonis terga Nemeæi premens.*
*[24] Deſeruit amnes humor, atque herbas color.*
*Aretque [25] Dirce. tenuis [26] Iſmenos fluit,*
*Et tingit inopi nuda vix unda vada.*
*Obſcura cœlo labitur [27] Phœbi ſoror;*
*Triſtiſque [28] mundus [29] nubilo pallet novo.*
*Nullum ſerenis noctibus ſidus micat:*
*[30] Sed gravis & ater incubat terris vapor.*
*Obtexit [28] arces cœlitum ac [28] ſummas domos*
*[20] Inferna facies [31] denegat fructum Ceres;*
*Adulta & altis flava cum ſpicis cremat:*
*Arente culmo ſterilis emoritur ſeges.*
*Nec ulla pars immunis exitio vacat:*
*Sed omnis ætas pariter & ſexus ruit,*
*Iuveneſque ſenibus jungit, & gnatis patres,*
*Funeſta peſtis. [32] una fax thalamos cremat:*
*[33] Fletuque acerbo funera & queſtu carent.*
*Quin ipſa tanti pervicax clades mali*
*[34] Siccavit oculos: quodque in extremis ſolet,*
*[35] Periere lacrymæ. portat hunc [35] æger parens*
*[36] Supremum ad ignem; mater hunc amens gerit;*
*Properatque, ut alium regerat in eundem rogum.*
*Quin luctu in ipſo luctus exoritur novus,*
*[37] Suæque circa funus exequiæ cadunt:*
*Tum propria flammis corpora [38] alienis cremant.*
*Diripitur ignis. nullus eſt miſeris pudor.*
*[39] Non oſſa tumuli ſancta diſcreti tegunt.*
*[40] Arſiſſe ſatis eſt. pars quota in cineres abit?*
*[41] Deeſt terra tumulis: jam rogos ſylvæ negant.*
*Non vota, non ars ulla correptos levant.*
*[42] Cadunt medentes. morbus [43] auxilium trahit.*
*[44] Affuſus aris ſupplices tendo manus,*
*Matura poſcens fata, præcurram ut prior*

23 Herc. Fu. 225.
24 Vnde & ſtella fulgida in Canis ſidere Sirius dicitur nonnullis, ab Σειριᾶν, id eſt, ſiccare; arefacere, quod aliis ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι. quod canes præ ſiti hiſcere faciat.
25 Herc. Fu. 915. Theb. 20, & 126
26 Iſmenos de quo in Her. Fu. 333. fluit tenuis.
27 Luna.
28 Cœlum. ut Herc. Fu. 18. ℣. & alibi non raro.
29 Alii leg. *nub, pal. Iove.*
30 Tenebræ infernales. vide Herc. Fu. 703.
31 Segetes jam ſpicatæ ardore exareſcunt & rubigine torrentur.
32 Eodem rogo cremantur maritus & uxor.
33 Nemo ſupereſt qui defleat funera. *qui lacryment deſunt.* 34 A vehementi morbi incendio. ſive quod jam malis obdurati. cum lacrymas inter ſymptomata & notas peſtis ponant medicorum filii. 35 Pater & ipſe æger. 36 Rogum. 37 Qui funus curabant ſequebanturque in ipſo officio efferendi moriuntur. 38 Alteri cadaveri incenſis. *Et jam reverentia nulla eſt, Deque rogis pugnant, alieniſque ignibus ardent.* 39 Singulis tumulis urniſve non conduntur ſancto ritu ſinguli. 40 Vſtulata tantum ſunt corpora non cinefacta. 41 *Nec locus in tumulos, nec ſufficit arbor in ignes.* 42 *Inque ipſos ſævæ medentes Erumpit clades, obſuntque autoribus artes.* 43 Auxiliatorem, medicum. 44 Ego itaque (inquit) advolutus ad aras ſupplex.

*Patriam ruentem; neve poſt omnes cadam;*
*Fiamque regni funus extremum mei.*
*O ſæva nimium! ô fatum grave!*
*Negatur uni nempe in hoc populo mihi*
*Mors* [45] *tam parata? ſperne letali manu*
*Contacta regna. linque lacrymas, funera,*
[46] *Tabifica cœli vitia; quæ tecum invehis*
*Infauſtus hoſpes: profuge jamdudum ocyus,*
[47] *Vel ad parentes.* IO. *quid juvat, conjux, mala*
*Gravare queſtu?* [48] *regium hoc ipſum reor,*
*Adverſa capere: quoque ſit dubius magis*
*Status, & cadentis imperii moles labat;*
*Hoc* [49] *ſtare certo preſſius fortem gradu.*
Haud eſt virile, terga Fortunæ dare.
OED. *Abeſt pavoris crimen ac probrum procul,*
*Virtuſque noſtra neſcit ignavos metus.*
*Si tela contra ſtricta, ſi vis horrida*
*Mavortis in me rueret; adverſus feros*
*Audax gigantes obvias ferrem manus.*
*Nec Sphinga* [50] *cæcis verba nectentem modis*
*Fugi. cruentos vatis infandæ tuli*
*Rictus, &* [51] *albens oſſibus ſparſis ſolum.*
*Cumque è* [52] *ſuperba rupe, jam* [53] *prædæ imminens,*
[54] *Aptaret alas, verbera & caudam movens,*
[55] *Sævi leonis more, concuteret minas;*
[56] *Carmen popoſci; ſonuit horrendum; inſuper*
[57] *Crepuere malæ: ſaxaque impatiens moræ*
*Revulſit unguis, viſcera exſpectans mea.*
*Nodoſa ſortis verba, & implexos dolos,*
*Ac triſte carmen alitis ſolvi feræ.*
IO. [58] *Quid ſera mortis vota nunc demens facis?*
*Licuit perire. laudis hoc precium tibi*
*Sceptrum, & peremptæ Sphingis hæc merces datur.*
OED. [59] *Ille ille dirus callidi monſtri cinis*
*In nos rebellat. illa nunc Thebas* [60] *lues*

45 Tam ad manum cæteris.
46 Sup. ỳ. 36.
47 *Emphaſis.* Si non alio patet miſero profugium, vel ad Polybum & Meropem profuge, *quos ſuos eſſe putabat parentes.* ſup. ỳ. 12. & Theb. 245.
48 Virtutem ego maxime regiam puto æquanimitatem & ad res adverſas bene præparatum pectus.
49 *Metap.* à militibus. quibus loco in acie occupato cedere eſt inglorium.
50 Ποικιλοδὸν σφίγξα. Theb. 120.
51 Interfectorum, qui ænigma non ſolviſſent.
52 Qua toties victrix conſederat. vel, præalta, unde *alii leg.* ſuperna. 53 Mihi quem ſperabat prædam. 54 *Al. Aptaret alas verbere.* 55 *Qui viſo cominus hoſte Subſedit dubius, totam dum colligit iram: Mox ubi ſe ſævæ ſtimulavit verbere caudæ*, &c. 56 Ænigmaticum. *Qui bipes & quadrupes foret, & tripes unus & idem.* Theb. 119. 57 Frendebat. 58 Si ita vitæ pertæſum eſſet, expeditam tamen mortem tunc effugere voluiſti; cur nunc regno hoc meque ipſa potius præmiis, mortem optas? 59 Peſte hac pœnas repoſcit quod tum non perierim. 60 Sphinx.

*Perempta perdit una. jam ſupereſt ſalus,*
*Si quam ſalutis* [61] *Phœbus oſtendit viam.*

61 Solam ſedandæ peſtilitatis ſpem (ſi qua ſit) expectamus ab Apolline, cujus oracula ſciſcitatum miſſus eſt Creon. ſed & ipſe Apollo λοίμιος, ἰήιος, ἀκήσιος: Sol enim aëra rarefacit & expurgat.

## CHORVS.

*Luis gravitatem deplorat Chorus è Thebanis.*

*Occidis* [1] *Cadmi generoſa proles*
*Vrbe cum tota. viduas colonis*
*Reſpicis terras, miſeranda* [2] *Thebe.*
*Carpitur leto tuus ille Bacche*
*Miles, extremos comes uſque ad Indos,*
*Auſus Eois equitare campis,*
*Figere & mundo tua ſigna* [3] *primo.*
[4] *Cinnamis ſylvas Arabum* [5] *beatas*
*Vidit, &* [6] *verſas equitis ſagittas,*
[6] *Terga fallacis metuenda Parthi.*
*Litus intravit pelagi* [7] *rubentis.*
*Promit hic ortus, aperitque lucem*
*Phœbus, & flamma* [8] *propiore nudos*
*Inficit Indos.*
[9] *Stirpis invictæ genus interimus.*
*Labimur ſævo rapiente fato.*
*Ducitur ſemper nova pompa morti.*
*Longus ad manes properatur ordo*
*Agminis mœſti, ſerieſque triſtis*
*Hæret; & turbæ tumulos petenti*
*Non ſatis* [10] *ſeptem patuere portæ.*
[11] *Stat gravis ſtrages, premiturque juncto*
*Funere funus.*
[12] *Prima vis tardas tetigit bidentes;*
*Laniger pingues* [13] *male carpſit herbas.*
[14] *Colla tacturus ſteterat ſacerdos;*
*Dum manus certum parat alta vulnus,*
[15] *Aureo taurus rutilante cornu*
*Labitur ſegnis.: patuit ſub ictu*
*Ponderis vaſti reſoluta cervix.*

1 Thebani. Herc. Fu. 914. & 259. 2 *Vſitatior pluralis, Thebæ.* Sed & nomen ſumpſiſſe à veteri illa Thebe Ægyptia, unde Cadmum oriundum aſſerunt nonnulli, potius crediderim, quam à Thebe, Promethei vel Aſopi filia. 3 Orienti.
4 Aliiſq; aromatum ſpeciebus. 5 Felicis Arabiæ. 6 Thyeſt. ℣. 383. 7 Herc. Fu. 902. & Thyeſt. 370. unde Bacchus vitem in Græciam tranſtulit. 8 Vide quæ ad ℣. 600. Thyeſt. 9 Milites Bacchi Indiæ victoris. vel pubes Martia ab Hermione Martis filia Cadmi uxore. vel Spartanis oriundi, quos ſocios in urbe condenda Cadmus ſumpſit.
10 Extra urbem enim efferebantur, urebantur, ſepeliebantur. 11 Longe lateque patet ſtrages. plenus eſt ſtratis cadaveribus locus. 12 Pecudes prius inficiuntur peſte quam homines, quia dejectæ ad paſtum & in terram pronę τοὺς νοσώδεις ἐκεῖθεν ἀτμοὺς trahant. & ex his primũ quibus odorandi pręſtantia, ut canes & muli οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργούς. *vel etiam* quod iis cerebri major caliditas quam homini.
13 In ſuam perniciem. 14 *Stans hoſtia ad aram Inter cunctantes cecidit moribunda miniſtros,* &c. Ovid. Met. 7. 15 Diis ſuperis immolabantur victimæ coronatæ, vitatæ, cornibus auratis & frontem bracteis aureis ornatæ.

Nec

*Nec cruor ferrum maculavit. atra*
*Turpis è plaga ſanies profuſa eſt.*
*Segnior curſu ſonipes* [16] *in ipſo*
*Concidit gyro, dominumque prono*
*Prodidit armo.*
*Incubant pratis pecudes relictæ:*
*Taurus armento pereunte marcet.*
*Deficit paſtor grege diminuto,*
*Tabidos inter moriens juvencos.*
[17] *Non lupos cervi metuunt rapaces.*
*Ceſſat irati fremitus leonis;*
*Nulla villoſis feritas in urſis.*
[18] *Perbibit peſtem latebroſa ſerpens;*
*Aret, & ſicco moritur veneno.*
*Non ſylva ſua decorata coma,*
*Fundit opacis montibus umbras.*
*Non rura virent ubere glebæ.*
*Non plena ſuo vitis Iaccho*
*Brachia curvat.*
*Omnia noſtrum ſenſere malum.*
[19] *Rupere erebi clauſtra profundi*
[20] *Turba ſororum face Tartarea:*
[21] *Phlegethonque ſua motam ripa*
[22] *Miſcuit undis Styga Sidoniis.*
*Mors alta avidas oris hiatus*
*Pandit, & omnes* [23] *explicat alas.*
[24] *Quique capaci turbida cymba*
*Flumina ſervat durus ſenior,*
*Navita* [25] *crudus, vix aſsiduo*
*Brachia conto laſſata refert,*
*Feſſus turbam vectare novam.*
[26] *Quin Tænarii vincula ferri*
*Rupiſſe canem fama, & noſtris*
*Erraſſe locis; mugiſſe ſolum;*
*Vaga per lucos ſimulacra virûm*
[27] *Majora viris: bis* [28] *Cadmeum*
*Nive diſcuſſa tremuiſſe nemus,*
*Bis turbatam ſanguine* [29] *Dircen:*
*Nocte ſilenti* [30] *Amphionios*
*Vlulaſſe canes.*

16 *Tremulo medios abrumpit poplite gyros,* &c. Lucan. 6. 17 *Non lupus inſidias explorat ovilia circum, Nec gregibus nocturnus obambulat: acrior illum Cura domat; timidi damæ cervique fugaces Nunc interque canes & circum tecta vagantur. Virg. Georg.* 3. 18 Ex aëre corrupto. alii legunt, *Perdidit.* q. d. utque feræ rabiem, ita ſerpentes virus ſuum amittebant, & ipſæ majori cedentes. 19 *Sævit & in lucem Stygiis emiſſa tenebris Pallida Deſiphone morbos agitante.* 3 *Georg.*
20 Furiarum agmina. Herc. Fu. 87.
21 Flu. ardens Thyeſt. 73. atque hujus, propter ardorem peſtilentiæ, meminit.
22 Miſcet terras infernales aquas Thebanis, Cadmus autem è Sidone venit. Herc. Fu. 916.
23 *Metaph. vel quod* Mors, ut & ſomnus frater ejus. alata fingitur, ut quæ celeriter & inopinato veniat.
24 Charon Stygius portitor.
25 *Nam cruda Deo viridiſque ſenectus.*
26 Fama eſt Cerberum rupiſſe ferream catenam qua ligatus eſt ad Tænarum, de quo in Herc. Fu. 589. cui fabulæ occaſionem ferunt dediſſe ſerpentem quendam in Tenaro, quem, quod morſu è veſtigio enecaret ᾅδȣ κύνα nominarunt, atque hunc ab Hercule ad Euriſtheum productum.
27 Thyeſt. 671. & quæ ſeq. à verſu 666.
28 Thebanum, in quo Cadmus ſerpentem interfecit, terræ motu tremuiſſe. 29 Theb. 29, & 127. manaſſe fontes ſanguine. 30 Thebanos ab Amphione. Herc. Fu. 260, & 214.

[31] *O di-*

[31] *O dira novi facies leti,*
*Gravior leto!* [32] *piger ignavos*
*Alligat artus* [32] *languor; & ægro*
[33] *Rubor in vultu;* [34] *maculæque caput*
*Sparſere leves: tum* [35] *vapor ipſam*
*Corporis arcem flammeus urit;*
[36] *Multoque genas ſanguine tendit.*
[37] *Oculique rigent, &* [38] *ſacer ignis*
*Paſcitur artus.* [39] *reſonant aures,*
[40] *Stillatque niger naris aduncæ*
*Cruor, & venas rumpit hiantes.*
[41] *Intima creber viſcera quaſſat*
*Gemitus ſtridens,* [42] *tunc amplexu*
*Frigida preſſo ſaxa fatigant:*
[43] *Quos liberior domus elato*
*Cuſtode ſinit, petit is fontes:*
*Aliturque ſitis latice ingeſto.*
*Proſtrata jacet turba per aras,*
*Oratque mori. ſolum* [44] *hoc faciles*
*Tribuere Dei. delubra petunt,*
[45] *Haud ut voto numina placent,*
*Sed juvat ipſos ſatiare Deos.*
*Quiſnam ille propero regiam greſſu petit?*
*Adeſtne* [46] *clarus ſanguine ac factis Creo?*
*An æger animus falſa pro veris videt?*
*Adeſt* [47] *petitus omnibus votis Creo.*

31 *Deſcribit peſtis notas & ſymptomata.* 32 Infecto corde, vires omnes præcipue vitales infringuntur & ſpiritus languent. 33 *Flammaque latentes* (id eſt, vehementis caloris morbi) *Indicium rubor eſt & ductus anhelitus igni.* 34 Puſtulæ, & exanthemata purpurea, nigra, viridia. 35 Tetri vapores & calidi ſublati cerebrum incendunt, gravantque caput, in quo tanquam in arce & ſpecula, locavit Deus ſenſuum organa, mentiſque & rationis ſedem. 36 *Tument diſtentæ ſanguine genæ.* 37 *Oculos ſtupor urget inertes.* 38 Eryſipelas, Herpes. quem, cum tumor ſit e ferventi ſanguine ortus, pro peſte ponit vel peſtis comite. 39 *Solicitæ porro plenæque ſonoribus aures.* Lucret. 40 *In naribus ater Sanguis,* propter corruptionem & humorum aduſtionem. 41 *Imaque longo Ilia ſingultu tendunt*, ob ventriculi convulſionem. 42 Interius æſtuantes refrigerium petunt, marmora amplexantes, & humi ſtrati. *Non ſtratum non ulla pati,* &c. Ovid. 7. Metam. *Nec fit corpus humo gelidum, ſed humus de corpore fervet.* 43 Ægri aſſumpta libertate ex morte moderatorum qui eos curabant *Fontibus & fluviis puteiſque capacibus hærent, Nec ſitis eſt extincta prius quam vita bibendo.* 44 Mori. 45 Deplorata quidem ſalutis ſuæ ſpe, ſed ut Diis exprobrarent crudelitatem. 46 Iocaſtæ frater. 47 Sup. ỳ. 109.

## ACTVS SECVNDVS.

### OEDIPVS. CREON.

*Reverſus Delphis Creon nunciat jubere Deum ut mors Laji expurgetur, nec prius ceſſaturam peſtem quam in exilium mittatur interfector ejus; de quo, quia non nominatur, ambigitur.*

1 Reſponſum Apollinis fatidicum. 2 Felici an infelici.

HOrrore quatior, [1] *fata quo vergant timens,*
*Trepidumque* [2] *gemino pectus eventu labat.*
Vbi læta duris miſta in ambiguo jacent,

Incer-

Incertus animus ſcire cum cupiat, timet.
*Germane noſtræ conjugis, feſſis opem*
*Si quam reportas, voce properata edoce.*
CR. *Reſponſa dubia ſorte [3] perplexa latent.*
OED. Dubiam ſalutem qui dat afflictis, negat.
CR. [3] *Ambage nexa Delphico mos eſt Deo*
*Arcana tegere.* OED. *fare; ſit dubium licet:*
[4] *Ambigua ſoli noſcere Oedipodæ datur.*
CR. *Cædem expiari regiam exilio Deus,*
*Et interemptum Laïum ulciſci jubet.*
*Non ante [5] cœlo lucidus curret dies,*
*Hauſtuſque tutos ætheris puri dabit.*
OED. *Ecquis peremptor inclyti regis fuit?*
*Quem memoret, ede, Phœbus; ut pœnas luat.*
CR. *Sit, precor, dixiſſe tutũ; viſu & auditu horridũ.*
*Torpor inſedit per artus, frigidus ſanguis coit.*
*Vt ſacra templa Phœbi ſupplici intravi pede,*
*Et pias, numen precatus, rite ſummiſi manus:*
[6] *Gemina [7] Parnaſſi nivalis arx trucem ſonitum dedit,*
*Imminens Phœbea [8] laurus tremuit & movit domũ,*
*Ac repente [9] ſancta [9] fontis lympha Caſtalii ſtetit.*
*Incipit [10] Lethea vates [11] ſpargere horrentes comas,*
*Et pati [12] commota Phœbum. contigit nondum [12] ſpecum,*
*Emicat vaſto fragore major humano ſonus:*
[13] Mitia Cadmeis remeabunt [14] ſidera Thebis.
Si profugus [15] Dircen Iſmenida liqueris hoſpes,
[16] Regis cæde nocens, [16] Phœbo jam notus & infans.

3 Namq; obſcuris vera involvens ambages canit Apollo, ab obſcuritate & ἀμφιβολογίᾳ reſponſorum λοξίας cognominatus, unde Cruſerianus codex habet *Ambage flexa.* quem tamen alii ita dictum autumant ab obliquo ſolis curſu vel tranſverſis radiis.
4 Quod dudum in Sphingis ænigmate feci.
5 Vide ſup. ℣. 36. & 109.
6 Duo vertices Tithoreus & Hyampeus *qui Phœbo Bromioque ſacri.*
7 Montis Phocidos, dicti à Parnaſſo Neptuni filio. vel potius à Deucalionis arca, quam λάρνακα vocant, huc primum à diluvio delata. 8 Sup. ℣. 16. 9 Fontis ad radicem Parnaſſi Muſis ſacri. 10 Virgo ſeu mulier Phœbas numine inflata, furens, decoris & ſui oblita, nam λήθη oblivio eſt. vide Herc. Fu. 679. 11 *Non comptæ manſere comæ, ſed pectus anhelum. Et rabie fera corda tument, majorque videri. Nec mortale ſonans, afflata eſt numine quando Iam propiore Dei.* 12 Temulenta ſpiritu, quem ἄσθμα δαιμόνιον vocant, exhalante è ſpecu Delphico, quo cum paſcentes non procul ab ipſo ſpecu capras ſuas correptas laſcivire animadvertiſſet paſtor quidam Coretas nomine, & ipſe periculum rei facturus acceſſit, ingreſſuſque afflari & futura præcinere cœpit. atque hinc extructum eſt inibi adytum, in quo & pegma, quo incenſo vaticinarentur Phœbades. Innitebatur id triplici baſi, propterea illi tripodis nomen eſt inditum, hinc & Pythius dictus, à πύθονος, id eſt, afflatu ex putredine terræ orto. 13 Rite autem hoc carminis genere refert Creon reſponſum. nam Hexametrum Pythio Apollini debetur. *hæc dicta per carmina ſortes & ἔπος, dictum quod hoc carminis genere ἔπονται τὰ πράγματα τοῖς χρησμοῖς.* vel etiam κατ᾽ ἐξοχήν. 14 Sanitas & aëris puritas è miti & benigna ſiderum configuratione. ſup. ℣. 36. 15 Thebas, juxta quas fons Dirce cujus aqua in Iſmenum fluit. 16 Vide Theb. 243.

Nec tibi longa manent ſceleratæ gaudia cædis:
[17] Tecum bella geres; gnatis quoque bella relinques;
[18] Turpis maternos iterum revolutus in ortus.
OED. [19] *Quod facere monitu cœlitum juſſus paro,*
*Functi cineribus regis hoc decuit dari.*
*Ne ſancta quiſquam ſceptra violaret dolo.*
[20] Regi tuenda maxime regum eſt ſalus.
Queritur peremptum nemo, quem incolumem timet.
CR. *Curam perempti* [21] *major excuſſit timor.*
OED. *Pium prohibuit ullus officium metus?*
CR. *Prohibent* [21] *nefandi carminis triſtes minæ.*
OED. *Nunc expietur numinum imperio ſcelus.*
*Quiſquis Deorum regna placatus vides;*
[22] *Tu, tu, penes quem jura præcipitis poli;*
[23] *Tuque, ô ſereni maximum mundi decus,*
[24] *Bis ſena curſu ſigna qui vario regis,*
[24] *Qui tarda celeri ſecula evolvis rota;*
[24] *Sororque fratri ſemper* [25] *occurrens tuo,*
*Noctivaga Phœbe;* [26] *quique ventorum potens*
*Æquor per altum cærulos currus agis;*
*Et* [27] *qui carentes luce diſponis domos,*
*Adeſte cujus Lajus dextra occidit,*
[28] *Hunc non quietem tecta, non fidi lares,*
[29] *Non hoſpitalis exulem tellus ferat.*
*Thalamis pudendis doleat & prole impia,*
*Hic & parentem dextera perimat ſua;*
*Faciatque (num quid gravius optari poteſt?)*
[30] *Quidquid ego fugi. non erit veniæ locus.*
*Per regna juro, quaque nunc hoſpes rego,*
*Et quæ reliqui; perque penetrales Deos:*
*Per te,* [31] *pater Neptune, qui fluctu brevi*
[32] *Vtrimque noſtro geminus alludis ſolo:*
*Et ipſe noſtris vocibus teſtis veni*
*Fatidica vatis ora* [33] *Cirrheæ movens:*

17 Quæ Oedipo evenerunt. namque & ipſe ſibi oculos effodit: filiiſque duellum ortum eſt de regno.
18 Per inceſtum matrimonium. *videturque hic verſus locum habere ante duos verſus præced.*
19 Vindictam, quam oraculo monitus paro, oportuit jam tum ſub ipſo regis funere peractum fuiſſe.
20 Cædem regis ulciſci. regi & juſtum & utile.
21 Ne, ex oraculo, Laji interfector Iocaſtam duceret.
22 Iupiter.
23 Phœbe.
24 Vide quæ à ℣. 834. Thyeſt.
25 *Ibid.* 836.
26 Neptunus, non Æolus.
27 Pluto.
28 Quas inſcius interfectori Laji imprecatur in ſuum ipſius caput ceciderant, vel etiam caſuræ erant omnes hæ diræ.
29 Nec enim admiſerunt eum Athenienſes, ut habet Sophocles in Oedip. Colonæo.
30 Parricidium & inceſtum quæ ſe effugiſſe credit. ſup. ℣. 12.
31 Ὠκεανός θ' ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται. *Oceanuſque pater rerum*, ex opinione Thaletis, qui omnia ex aquis putavit generari, cum nil ſine humore naſci poſſit.
32 Iſthmo in quo Corinthus, ſuum, ut credidit, ſolum.
33 A Cirrha Phocidis oppido, ubi Apollinis oraculum, id eſt, ipſe Apollo veni teſtis, per te juro.

*Ita molle ſenium ducat, & ſummam diem*[34]
*Securus alto tegat in ſolio parens,*
*Solaſque Merope noverit Polybi faces,*
*Vt nulla ſontem gratia eripiet mihi.*
*Sed quo nefaſtum facinus admiſſum loco eſt,*
*Memorato. aperto Marte, an inſidiis jacet?*
CR. [35] *Frondifera* [36] *ſancta nemora Caſtalia* [37] *petens*
*Calcavit altis obſitum dumis iter;*
[39] *Trigemina qua ſe ſpargit in campos via.*
*Secat una gratum Phocidos Baccho ſolum,*
*Vnde altus* [38] *ima deſerit, cœlum petens*
*Clementer arcto colle, Parnaſſus* [39] *biceps.*
*At una bimares* [40] *Siſyphi terras adit,*
[41] *Olenia in arva: tertius trames cava*
*Convalle ſerpens, tangit* [42] *errantes aquas,*
*Gelidumque dirimit* [42] *amnis Elei vadum:*
*Hic* [43] *pace fretum, ſubita prædonum manus*
*Aggreſſa ferro* [44] *facinus* [45] *occultum tulit.*
*In tempore ipſo* [46] *ſorte Phœbea excitus,*
*Tireſia tremulo tardus accelerat gradus,*
[47] *Comeſque Manto luce viduatum trahens.*

34 Sic pater meus (ut putavit) Polybus non à me interficiatur, imo in longum feliciter extendat ævum: & Merope (quæ & aliis Peribæa) mater non mihi nupta, ſola ſciat nuptias Polybi, ut ego non pepercero interfectori Laji. 35 Laurifera. ſup. ℣. 16. 36 Supra ℣, 229. 37 Lajus ad oraculum Delphicum proficiſcens, qua trivium ducit Thebas, Corinthum & in Atticam. 38 Valles, planitiem. 39 Sup. ℣. 227. 40 Corcyram in Iſthmo primum condidit Siſyphus latro Æoli filius; deinde aucta ab Ephyre Oceani filia Ephyra dicta eſt: ad ſummum à Corintho Marathonis filio Corinthus nominata. 41 Bœotiam ubi Olenus urbs. 42 Alphei. vid. Thyeſt. 119. 43 Atque ita paucis ſtipatum. 44 Cædem regis. 45 Sine indicio. 46 Oraculo Phœbi monitus & juſſus. 47 Filiaque patrem ducens.

## OEDIPVS. TIRESIAS. MANTO.

*Tireſias per aruſpicium eruere Laji interfectorem tentat, ſed re propter triſtia extiſpicia infecta ad necromantiam ſe convertit.*

[1] *SAcrate divis,* [2] *proximum Phœbo caput,*
*Reſponſa ſolve;* [3] *fare quem pœnæ petant.*
TIR. [4] *Quod tardo fatum, lingua quod quærit moras,*
*Haud te quidem, magnanime, mirari addecet:*
Viſu carentem magna pars veri latet.

1 Ω πάντα νωμῶν τειρησία διδακτά τε ἄρρητα τ' οὐράνιατε. &c. Sophoc. in Oedipo tyranno. unde pleraque hujus Tragœd. deſumpta ſunt. 2 In divinatione Apollini ſecundum, nam & Tireſiæ oraculum fuit. 3 Divinare quis ſit ille Laji interfector, quem fata ad pœnas poſcant. 4 *Excuſat ſe vates per ſenium & cæcitatem non valere vaticinio, velle autem exquirere per extiſpicia.*

Sed

*Sed quo vocat me patria, quo* [5] *Phœbus, ſequar.*
*Fata eruantur. ſi foret viridis mihi*
*Calidusque ſanguis,* [6] *pectore excuterem Deum.*
*Appellite aris candidum tergo bovem,*
*Curvoque nunquam colla depreſſum jugo.*
*Tu lucis inopem, gnata, genitorem regens,*
*Manifeſta ſacri ſigna fatidici refer.*
MAN. [7] *Opima ſanctas victima ante aras* [8] *ſtetit.*
TIR. *In vota ſuperos voce ſolenni voca,*
*Araſque dono thuris* [9] *Eoi extrue.*
MAN. *Iam thura, ſacris cœlitum ingeſſi focis.*
TIR. *Quid flamma?* [10] *largas jamne comprendit dapes?*
MAN. [11] *Subito refulſit lumen, & ſubito occidit.*
TIR. *Vtrumne clarus ignis, & nitidus ſtetit,*
*Rectuſque purum* [12] *verticem cœlo tulit,*
*Et ſummam in auras fuſus explicuit* [12] *comam;*
*An latera circa ſerpit incertus viæ,*
*Et* [13] *fluctuante turbidus fumo labat?*
MAN. *Non una facies mobilis flammæ fuit:*
[14] *Imbrifera qualis implicat* [15] *varios ſibi*
*Iris colores, parte quæ magna poli*
[16] *Curvata picto* [14] *nunciat nimbos ſinu:*
*Quis deſit illi, quiſve ſit dubites color:*
*Cœrulea fulvis miſta oberravit notis;*
*Sanguinea rurſus; ultimum* [17] *in tenebras abit.*
*Sed ecce pugnax ignis* [18] *in partes duas*
*Diſcedit, &* [18] *ſe ſcindit unius ſacri*
*Diſcors favilla. genitor, horreſco intuens;*
[19] *Libata Bacchi dona permutat cruor,*
[20] *Ambitque denſus regium fumus caput,*
*Ipſoſque circa ſpiſſior vultus ſedet,*
*Et nube denſa ſordidam lucem abdidit.*
*Quid ſit, parens,* [21] *effare.* TI. *quid fari queam*

5 Sup. ℣. 288. Phœbi oraculum.
6 Conceptum pectore numẽ Phœbi excutere laborarem. id eſt, vaticinarer, cum autem non valeam ſufferre furorem & impetum inſidentis Dei, ſiſtite ante aras bovem candidum, injugem, Diis ſuperis hoſtiam.
7 Herc. Fu. 908.
8 *Rituale*, placida. non reluctans. inf. ℣. 336.
9 Sabæi.
10 An carnes impoſitas avide depaſta eſt? *quod lætum ſignum.*
11 *Signum triſte Oedipo portendens ſubitam ruinam è ſtatu regio, quo ſubito evectus fuerat.*
12 Flammas.
13 Non recta aſcendente.
14 Pluviæ prænuncia, nube jam in pluviam reſolvi parata.
15 Puniceum, viridem, cœruleum.
16 In arcum curvata ſemicirculo minorem, cujus ratio eſt cum roſcidus humor quaſi ſubjectum, tum ſolis quaſi efficientis ſuperior pars, quorum utrumque pyramidale.
17 Flamma hæc nigra apparet vel extinguitur, *quod Pyromantice cæcitatem Oedipo prædicit.*
18 *Quod deſignat fratres Etheoclem & Polynicem in vivis diſcordes, mutuiſque vulneribus occubituros, atque ubi eidem rogo imponentur flammam ſe diviſuram.*
19 *Horrendum dictu latices nigreſcere ſacros, Fuſaque in obſcœnum ſe vertere vina cruorem.*
20 Hoc etiam è Capnomantia regi cœcitatem portendit.
21 Divinare.

*Inter tumultus mentis attonitæ vagos?*
*Quidnam loquar? ſunt dira,* [22] *ſed in alto, mala.*
*Solet ira certis numinum oſtendi notis.*
*Quid iſtud eſt, quod eſſe prolatum volunt,*
[23] *Iterumque nolunt, & truces iras tegunt?*
*Pudet Deos* [24] *neſcio quid. huc propere admove,*
*Et ſparge ſalſa colla* [25] *taurorum* [26] *mola:*
[27] *Placidone vultu ſacra & admotas manus*
*Patiuntur?* MAN. *altum taurus attollens caput,*
*Primos ad ortus poſitus,* [28] *expavit diem;*
*Trepiduſque vultum ſolis & radios fugit.*
TIR. [29] *Vnone terram vulnere afflicti petunt?*
MAN. [30] *Iuvenca ferro ſemet* [31] *oppoſito induit,*
*Et vulnere uno cecidit.* [32] *at taurus, duos*
*Perpeſſus ictus, huc & huc dubius ruit,*
*Animamque feſſus vix reluctantem exprimit.*
TIR. *Vtrum citatus vulnere anguſto micat,*
*An lentus altas irrigat plagas cruor?*
MA. [32] *Hujus per* [32] *ipſam, qua patet pectus,* [33] *viam*
*Effuſus* [34] *amnis:* [34] *hujus* [35] *exiguo graves*
*Maculantur ictus* [35] *imbre: ſed verſus retro*
*Per ora multus ſanguis atque oculos redit.*
TIR. [36] *Infauſta magnos ſacra terrores cient,*
*Sed ede certas viſcerum nobis notas.*
MAN. *Genitor, quid hoc eſt? non levi motu, ut ſolent,*
*Agitata trepidant* [37] *exta; ſed totas manus*
*Quatiunt;* [38] *noviſque proſilit venis cruor.*
[39] *Cor marcet ægrum penitus, ac merſum latet;*
*Liventque venæ;* [40] *magna pars fibris abeſt;*
*Et* [41] *felle nigro tabidum ſpumat jecur.*
*Ac, ſemper omen unico imperio grave,*
*En* [42] *capita paribus* [42] *bina conſurgunt toris;*

22 Sed obſcuritatis caligine tecta nec eruenda facile.
23 Sequentia enim ſigna offuſcant priora. & huc referri poteſt illud ỷ. 320. *ultimum in tenebras abit.*
24 *Inceſtus innuitur Oedipi cum matre.*
25 Maſculi & fœmellæ. ut apparebit ex ſeq. ỷ. 337, & 341. *quorum ille Oedipum, hæc Iocaſtam refert.*
26 Vid. Hippol. 497.
27 Piaculare enim ſacrum & ingratum cenſebatur, ſi hoſtia aris admota refugeret, reluctaretur, mugitum icta daret, aut non placide & recte caderet.
28 *Hoc etiam Hieroſcopio regis cæcitas prædicitur.*

29 Quoto mallei ictu cadunt victimæ? *hoc enim obſervatum in aruſpicina.* 30 *Sic Iocaſta uno vulnere ſe occidit.* 31 Al. *impoſito.* 32 Oedipus binis vulneribus oculorum cœcus erravit, & vix tandem apud σεμνὰς θεὰς mortem oppetiit. 33 Vulnus. 34 Copia ſanguinis. 35 Modico cruore. 36 *Terruit ipſe color vatem, &c.* Lucan. 1. *Et ominoſa hæc exta.* 37 Thyeſt. 763. 38 *Iuvenum Etheocl. & Polynicis*, vel lege *noviſque*, id eſt, non ſolitus & uſitati coloris. 39 *Oedipus.* 40 *Fratrum concordia deficit.* 41 *Odio fratrum.* 42 In extis obſervabant maxime ſummitates fibrarum, τὰ κυρτὰ, & jecoris caput, quod ex natura unum, ſi quando duo reperirentur, ominoſum illud & præter naturam. *ſed & imaginaria erant capita, de quibus mox.*

43 Sed

*43 Sed utrumque cæſum tenuis abſcondit caput*
*Membrana, latebram rebus occultis negans.*
*44 Hoſtile valido robore inſurgit latus,*
*Septemque venas tendit. has omnes retro*
*Prohibens reverti 45 limes 45 obliquus ſecat.*
*Mutatus ordo eſt, ſed nil propria jacet;*
*Sed acta 47 retro cuncta. Non 49 animæ capax*
*In parte dextra pulmo ſanguineus jacet.*
*Non læva cordis regio; 49 non molli ambitu*
*Omenta pingues 50 viſcerum obtendunt ſinus.*
*Natura verſa eſt. nulla lex utero manet.*
*Scrutemur unde tantus hic extis rigor.*
*Quod hoc nefas? 49 conceptus innuptæ bovis,*
*Nec more ſolito poſitus, alieno in loco*
*Implet parentem, membra cum gemitu movet.*
*Tremulo rigore debiles artus micant.*
*Infecit atras lividus fibras cruor;*
*51 Tentantque turpes mobilem trunci gradum:*
*Et inane ſurgit corpus, ac ſacros petit*
*Cornu miniſtros: viſcera effugiunt manum.*
*52 Neque ipſa, quæ te pepulit, armenti gravis*
*Vox eſt, nec uſquam territi reſonant greges.*
*Immugit * aræ ſegnis, & trepidant foci.*
OED. *Quid iſta ſacri ſigna terrifici ferant,*
*Exprome: voces aure non timida hauriam.*
53 Solent ſuprema facere ſecuros mala.
TIR. *54 His invidebis, quibus opem quæris, malis.*
OED. *55 Memora, quod unum ſcire cælicolæ volunt,*
*Contaminarit rege quis cæſo manus.*
TIR. *Nec 56 alta cœli penna quæ leve ſecat,*
*Nec 57 fibra vivis rapta pectoribus poteſt*

43 Sed utrumq; caput jecinoris deliteſcens in membranæ involucris, cum triſte ſit oſtentum, velle Deos hæc in præſens celari ſignificat, verum parvo interjecto tempore nota fore.

44 Aruſpices quidem mente & imaginatione dividebant exta duas in partes; hanc amicis tributam *Familiarem*, illam inimicis *Hoſtilem* vocabant. deinde ex utriuſque partis habitu eventura conjiciebant. hic itaque ariolatur vires adverſæ partis. ſc. Polynicis cum ſex aliis ducibus, *quos 7 venæ denotant.*

45 Fiſſum, ſeu linea commentitia ex mente aruſpicis, extra bipartito dividens. 46 Hoſtilis, *vel* tranſverſus cum ſit, oſtendit hoſtes non reverſuros. *ceciderunt autem duces ante Thebas ad unum Adraſtum.* 47 Inverſa. 48 Spiritus & aëris vitalis capax. 49 Ma[illegible] tentans viſcera ex diſtento & rigido utero concepiſſe fordam juvenc[illegible] niratur. *atque hæc intellige de Iocaſtæ partu ex illicito concubitu.* 50 Ioſ. Scalig. legit *viſceri.* 51 Victimæ ſemineces ſurgere & effugere conantur, ſed fruſtra. 52 Nec mugitus quem audis bonum eſt, ſed ſanguinis in aris. * Al. *aris ignis.* 53 Extrema mala timorem tollunt deſperatoſque reddunt. 54 Non ſunt hæc extrema mala, verum ea imminent, quæ ſi præſentibus conferantur, bona ſunt, habeaſque cur his invideas. 55 Effare tantum quod oraculum patefieri vult, quis Lajum interfecerit, 56 Augurium. alii ne ſit iambus in quinto loco leg. *quæ lævi ſecat*, ut ſit ordo, nec penna quæ ſecat alta cœli lævi &c. de lævi autem cœli parte, vide Thyeſt. 595. 57 Aruſpicina.

*Ciere* [58] *nomen. alia tentanda eſt via.*
[59] *Ipſe evocandus noctis æternæ plagis*
*Emiſſus Erebo, ut cædis auctorem indicet.*
*Reſeranda tellus. Ditis implacabile*
*Numen precandum.* [60] *populus infernæ Stygis*
*Huc extrahendus. ede, cui mandes ſacrum.*
[61] *Nam te, penes quem ſumma regnorum eſt, nefas*
*Inviſere umbras.* OED. [62] *Te Creo hic poſcit labor,*
*Ad quem ſecundum regna reſpiciunt mea.*
TIR. *Dum nos profunde clauſtra laxamus Stygis,*
[63] *Populare Bacchi laudibus carmen ſonet.*

58 Regicidæ nomen. 59 Per necromantiam, vel Sciomantiam evocandus eſt ab inferis Lajus vel umbra Laji. 60 Vmbræ. 61 Ex religione hoc, an ex adulatione? an fortaſſe reſpexit poëta ad ritum Romanorum, apud quos Diali Flamini non licuit locum in quo buſtum erat ingredi nec mortuum attingere? 62 *Sufficit huic negotio Creonta.* 63 Pop. Thebano peculiare & ſolenne. nam & Bacchus Thebanus.

## CHORVS.

*Canit Chorus dithyrambum, qui Bacchi geſta & inventa continet.*

3 *Effuſam* [1] *redimite comam nutante*
9 *Corymbo,*
3 *Lucidum cæli decus, huc ades votis,*
*Mollia* [2] *Nyſæis armatæ brachia* [4] *thyrſis*
*Quæ tibi nobiles Thebæ, Bacche, tuæ*
*Palmis ſupplicibus ferunt.*
*Huc adverte favens* [3] *virgineum caput,*
3 *Vultu ſidereo diſcute nubila,*
*Et* [5] *triſtes Erebi minas,*
[6] *Avidumque fatum.*
*Te decet vernis comam* [7] *floribus cingi,*
*Te caput* [8] *Tyria cohibere mitra;*
[9] *Ederave mollem baccifera*
*Religare frontem.*
*Spargere effuſos ſine lege crines,*
*Rurſus* [10] *adducto revocare nodo.*
[11] *Qualis iratam metuens novercam*
*Creveras falſos imitatus artus,*
*Crine flaventi ſimulata virgo,*

1 O Bacche redim. com. *atque hæc tranſpoſitio præferenda vulgatæ lectioni, ubi Chorus populares ſeque invicem hortantur.* 2 Decem Nyſæ ſunt. quoties autem nullo adjecto reſtringitur, Arabiæ illa intelligenda eſt, prope quam in antro Bacchus à nymphis eſt enutritus, vel Indica à Libero patre condita. 3 Bacchus enim idem cum Sole, qui *crinitus* ſc. radiis: *perpetuo Iuvenis* quia in curſu conſtans & omnia vivificans; *formoſus* quippe omnia illuſtrans. Et hîc rite invocatur, quia λοίμιος, ut ſup. ℣. 36, & 109. 4 Herc. Fu. 47[illegible]. 5 Sup. 160. & deinceps. 6 Mortem inſatiabilem. 7 Vnde ἄνθιος dictus. 8 Purpurea *vel* Lydia. Herc. Fu. 470. 9 Hedera, quæ corymbos nigros fert, ſe Bacchus coronavit, vel propter ſimilitudinem quam habent folia & fructus cum vite; vel quod corollæ hederaceæ inſita frigiditate vapori reſiſtunt vinique potentiam ſiſtunt. 10 Collecto in nodum & in terga rejecto. 11 Qualis infeſtam pellicibus Joviſque filiis Iunonem metuens, virginis os habitumque gerens latebras in antro Nyſæo, ſup. ℣, 405.

*Luteam*

*Luteam veſtem retinente zona.*
*Vnde tam molles placuere cultus,*
*Et ſinus [12] laxi, fluidumque [13] ſyrma?*
*Vidit aurato reſidere curru.*
[14] *Veſte cum longa tegeres leones,*
[15] *Omnis Eoæ plaga vaſta terræ;*
*Qui bibit [16] Gangem, [17] niveumq; quiſquis*
*Frangit [17] Araxem.*
*Te ſenior turpi ſequitur [18] Silenus aſello,*
[19] *Turgida pampineis redimitus tempora ſertis.*
[20] *Condita laſcivi deducunt [21] orgia [22] myſtæ,*
*Te [23] Baſſaridum comitata cohors,*
*Nunc [24] Edonii pede pulſavit*
*Sola [25] Pangæi; nunc Threïcio*
*Vertice Pindi; nunc [26] Cadmeas*
*Inter matres impia [27] Mænas*
*Comes [28] Ogygio venit [29] Iaccho,*
[30] *Nebride ſacra præcincta latus.*
*Tibi commotæ pectora [31] matres*
*Fudêre comam. thyrſumque levem*
*Vibrante manu, jam poſt laceros*
*Pentheos artus [32] Thyades [33] œſtro*
*Membra remiſſæ, [34] velut ignotum*
*Videre nefas.*
*Ponti regna tenet nitidi [35] matertera Bacchi,*
*Nereïdumq; choris Cadmeïa cingitur Ino.*
*Ius habet in fluctus magni puer advena ponti*
[36] *Cognatus Bacchi, numen non vile, Palæmon.*
[37] *Te Tyrrhena puer rapuit manus,*
*Et tumidum Nereus poſuit mare,*

12 Diſcincti. 13 Herc. Fu. 474. 14 Cum ſyrmate tegeres leones currum tuum trahentes ut & tigres & lynces. 15 Orientales mundi partes; India maxime & Scythia. ſup. ÿ. 114. 16 Indiæ fl. 17 Armeniæ flu. nivibus auctum, vel frigidum. addit enim *Frangit*, vel, gelu conſtrictum; vel ratibus ſecat. vel reſpicit ad nomen fluvii ab ἀῤῥάσσω frango. 18 Alumnus & nutritor Bacchi. 19 *Inflata heſterno ut ſemper Iaccho.* 20 Nonniſi initiatis revelanda; variis obſita frondibus; non ſub dium rapienda. 21 Bacchanalia, ab ὀργῆς furore; *vel* τῶν ὄρων montibus, qui reſonant nocturno Bacchantium clamore. *vel* ἀπὸ τοῦ εἴργειν ab arcendo à myſteriis profanos. 22 Myſteriorum periti, initiati ſacris, à μυέω. 23 Bacchi miniſtrorum ἀπὸ τοῦ βάζειν à vociferando. vel à vulpinis pellibus quibus cingebantur, Baſſares enim Thracibus ſonat vulpes (qua ratione & ſcortum deducitur, & Baſſaris pro meretrice ſæpe uſurpatur) *aliis* à demiſſa & talari veſte qua induebantur Bacchi miniſtri. 24 Thracii ab Edone monte. 25 Thraciæ promontorii Macedoniam verſus. 26 Thebanas. 27 Baccha. à μαίνεσθαι. 28 Thebano ab Ogyge rege. 29 Baccho ἀπὸ τοῦ ἰάχχειν, à vociferatione ebriorum. 30 Hinnuli pelle Baccho ſacra, qua ipſe amiciebatur. unde νεβρώδης dictus & νεβριδόπεπλος. 31 Thebaid. ÿ. 17. 32 Bacchico furore percitæ, à θύω, feror impetu. 33 Furore Bac. *Metaph.* ab aſilo, inſecto volatili quod pecudes infeſtat. 34 Sanæ menti reſtitutæ lugebant facinus quod furiatæ admiſiſſent. 35 Ino. Thebaid. 23. 36 Sororinus Palæmon, factus Deus maris Portumnus. *ibid.* 37 Piratæ Tyrrheni rapuerant Bacchum in navim, dumque ipſum ligare vellent Bacchus piratas in furorem vertit, quo correptis mare viſum eſt pratum floribus & arboribus conſitum, mali in vites verti, remi in ſerpentes, jamque leo viſus eſt proram obſidere, tigris puppim, quo attoniti dejiciunt ſe in mare & Delphines facti ſunt. alii alias hanc fab. narrant.

*Cærula cum pratis mutat freta.*
*Hinc verno platanus folio viret,*
*Et Phœbo* [38] *laurus carum nemus:*
*Garrula per ramos avis obſtrepit.*
*Vivaces ederas ramus tenet.*
*Summa ligat vitis* [39] *carcheſia.*
[40] *Idæus prora fremuit leo.*
*Tigris puppe ſedet* [41] *Gangetica.*
*Tum pirata freto pavidus natat;*
*Et nova demerſos facies habet.*
*Brachia prima cadunt prædonibus,*
*Illiſumque utero pectus coit,*
*Parvula dependet lateri* [42] *manus,*
*Et dorſo fluctum* [43] *curvo ſubit,*
[44] *Lunata ſcindit cauda mare,*
*Et ſequitur* [43] *curvus fugientia carbaſa delphin.*
*Divite* [45] *Pactolus vexit te Lydius unda,*
*Aurea torrenti deducens flumina ripa.*
*Laxavit victos arcus Geticaſque ſagittas*
*Lactea* [46] *Maſſagetes qui pocula ſanguine miſcet.*
[47] *Regna ſecurigeri Bacchum ſenſere Lycurgi.*
*Senſere terræ* [48] *te Dacum feroces:*
*Et quos vicinus Boreas ferit*
[49] *Arva mutantes:* [50] *quaſque Mæotis*
*Alluit gentes frigida fluctu:*
[51] *Quaſque deſpectat vertice ſummo*
*Sidus Arcadiũ, geminumq; plauſtrum.*
*Ille diſperſos domuit* [52] *Gelonos:*
*Arma detraxit* [53] *trucibus puellis:*
[54] *Ore dejecto petiere terram*
[55] *Thermodontiacæ graves catervæ,*
*Poſitis tandem levibus ſagittis,*
*Mites factæ. ſacer &* [56] *Cithæron*
*Sanguine inundavit,*
[57] *Ophioniaque cæde.*
[58] *Prœtides ſylvas petiere & agros.*
[59] *Præſidem Bacchum coluit noverca.*
[60] *Naxos* [61] *Ægeo redimita ponto*
*Tradidit thalamis virginem relictam,*
*Meliore penſans damna marito.*
*Pumice ſicco.*

38 Sup. ℣. 16.
39 Summam mali partem.
40 Horrendus, qualis in Ida monte Phrygiæ.
41 Indica à Gange flu.
42 Pinnæ loco manuum.
43 Ex hominibus facti Delphines incurvi.
44 *Falcata noviſſima cauda eſt, Qualia dimidiæ ſinuantur cornua Lunæ.*
45 Pact. Lydiæ fl. vexit te rectorem unda aurifera.
46 Scythiæ pop. *qui lac commiſtum potant cum ſanguine equino.*
47 Thracia. vid. Herc. Fu. 902.
48 Vide Thyeſt. 359. ſic Horat. *te Dacus, te profugus Scytha.*
49 Herc. Fu. 532.
50 Scythiæ palus.
51 Et ſi qui directe ſubjacent urſis ſideribus Borealibus. Herc. Fu. ℣. 6. & 128.
52 Sarmatiæ pop. Herc. Fu. 538.
53 Amazonibus. Hippolyt. 397.
54 Mortem oppetiere. Herc. Fu. 895.
55 Herc. Fu. 245.
56 Mons prope Thebas.
57 Thebana, ab Ophione ſuperſtite ex iis qui e ſerpentis dentibus nati ſunt. Herc. Fu. 259. *Hoc eſt* Penthei & comitum Bacchi contemptorum ſang.
58 Cum Prœti Argivorum regis filiæ Iunonis formæ ſuam præferebant, eædemque Bacchum colere recuſabant, injecit iis furorem Liber, ut ſibi vaccæ viſæ in ſylvas fugerent & *implerent falſis mugitibus agros.* hæc ultio Iunoni uſque adeo grata, ut deinceps privigno conciliata faveret.
59 Bacchum, Naxi inſulæ Deum tutelarem.
60 Hippolyt. 757.
61 Theb. 313.



62 *Fluxit*

[62] *Fluxit* [63] *Nyctileus latex.*
[64] *Garruli gramen ſecuere rivi,*
*Combibit dulces humus alta ſuccos,*
*Niveique lactis candida fontes*
*Et miſta odoro* [65] *Lesbia cum thymo.*
*Ducitur magno* [66] *nova nupta cælo.*
*Solenne Phœbus* [67] *carmen*
*Edit infuſis humero capillis.*
*Concutit* [68] *tædas* [69] *geminus Cupido.*
*Telum depoſuit Iuppiter igneum,*
[70] *Oditque Baccho veniente fulmen.*
[71] *Lucida dũ current annoſi ſidera mundi;*
*Oceanus clauſum dum fluctibus ambiet orbem;*
*Lunaque dimiſſos dum plena recolliget ignes;*
*Dum matutinos prædicet Lucifer ortus;*
[72] *Altaque cæruleum dum Nerea neſciet Arctos;*
*Candida formoſi venerabimur ora* [73] *Lyæi.*

62 Bacchus è terra aquam elicuit. lac, vinum, mel. Eurip. Ῥεῖ δ' γάλακτι πέδον, Ῥεῖ δ' οἴνῳ, Ῥεῖ δ' μέλισσαν νέκταρι,
63 Vinum. Nyctilei nomen Baccho inditum à nocturnis Orgiis. *Nyctileumque patrem nocturnaque ſacra precante.*
64 *Dulci labentes murmure rivi.*
65 Fragrantia vina è Lesbo inſ. λέσβιον εὐωδῆ νέκταρος ἁγνῆ, Ἀμβροσίῃ ὅμοιον.
66 Ariadne Baccho nupta & in cœlum relata.
67 Epithalamium, κατακειμηνικὸν.
63 Faces nuptiales (de quibus Thebaid. 263. & 507.) præferebat.
69 Mutuus *vel* ut ℣. 274. Hippolyt.
70 Semeles infauſtique concubitus memor. 71 Semper itaque Bacchum venerabimur. 72 Thyeſt. 476. 73 A λύω, ut Liber. *Quod curis ſolvat corda, Lyæus erit.*

## ACTVS TERTIVS.

### OEDIPVS. CREON.

*Indicat regi Creon ex necromantia, ſeu mavis ſciomantia, intellexiſſe ſe interfectorem Laji Oedipum fuiſſe, ille fretus opinione ſua de Polybo patre negat, & poſt jurgia Creontem in carcerem conjici jubet.*

*Etſi ipſe vultus flebiles præfert notas,*
*Expone cujus capite placemus deos.*
CR. *Fari jubes, tacere quæ ſuadet metus.*
OED. [1] *Si te ruentes non ſatis Thebæ movent,*
*At ſceptra moveant lapſa cognatæ domus.*
CR. *Neſciſſe cupies, noſſe quæ nimium expetis.*
OED. [2] Iners malorum remedium ignorantia eſt.
*Itane & ſalutis publicæ indicium obrues?*
CR. Vbi turpis eſt medicina, ſanari piget.
OED. *Audita fare; vel malo domitus gravi,*
*Quid arma poſſint regis irati ſcies.*
CR. Odere reges dicta quæ dici jubent.

1 Si non publicæ ſalutis cauſa, mihi tamen, qui ſororem tuam duxerim, tuæque familiæ hoc tribue, cui fruſtra erit regnum ubi perierint omnes ſubditi.
2 Ignavum vel inops. neque enim qui ignorat malum, remedium curat.

OED. *Mitteris Erebo* [3] *vile pro cunctis caput,*
*Arcana ſacri voce ni retegis tua.*
CR. *Tacere liceat: nulla libertas minor*
*A rege petitur.* OED. *Sæpe vel lingua magis*
*Regi atque regno* [4] *muta libertas obeſt.*
CR. *Vbi non licet tacere, quid cuiquam licet?*
OED. [5] Imperia ſolvit, qui tacet juſſus loqui.
CR. *Coacta verba placidus accipias precor.*
OED. *Vlline pœna vocis expreſſæ fuit?*
CR. *Eſt procul ab urbe lucus ilicibus niger,*
[6] *Dircea circa vallis irrigua loca.*
*Cupreſſus altis exerens ſylvis caput*
*Virente ſemper* [7] *alligat trunco nemus;*
*Curvoſque tendit quercus & putres* [8] *ſitu*
*Annoſa ramos. hujus abrupit latus*
*Edax vetuſtas: illa jam feſſa cadens*
*Radice,* [9] *fulta pendet aliena trabe.*
*Amara baccis laurus; & tilia leves;*
*Et* [10] *Paphia myrtus; & per immenſum mare*
[11] *Motura remos alnus; & Phœbo* [12] *obvia*
*Enode Zephyris pinus opponens latus.*
*Medio ſtat ingens arbor, atque umbra gravi*
[13] *Sylvas minores urget; & magno ambitu*
*Diffuſa ramis, una defendit nemus.*
*Triſtis ſub illa* [14] *lucis & Phœbi inſcius,*
*Reſtagnat* [15] *humor, frigore æterno rigens:*
*Limoſa pigrum circuit fontem palus.*
*Huc ut* [16] *ſacerdos intulit ſenior gradum,*
*Haud eſt moratus. præſtitit* [17] *noctem locus.*
*Tunc* [18] *foſſa tellus, & ſuper* [19] *rapti rogis*
*Iaciuntur ignes. ipſe* [20] *funeſto integit*
*Vates amictu corpus, &* [21] *frondem quatit.*
*Lugubris imos palla perfundit pedes.*
*Squalente cultu mæſtus ingreditur ſenex.*
*Mortifera canam taxus aſtringit comam,*

3 Velut devotum Diis manibus pro ſalute publica.
4 Tacendi libertas.
5 Imperium detrectat & non paret.
6 Dirces fontis, *Theb.* 20. & 126.
7 Amplectitur nemus ſemper virente trunco.
8 Lanugine, muſco.
9 Proximæ arboris trunco innixa.
10 Veneri (quam Paphii religioſiſſime poſt Aſſyrios colunt) delicatiſſimæ Deæ arbuſcula perpetuo virore ſpectabilis, foliorum ſpecie odoreque ſuaviſſima præſtantiſſima, ſacrata.
13 Navigiis apta. *Alnus amica fretis.*
12 Ad ſolem modice inclinatæ. *vel* denſiſſimo cacumine ſylvis ſolem præcludens.
13 Arbores.

14 Nec lucem, nec ſolem excipiens. 15 Fons. 16 Tireſias. 17 Diis ſuperis ſub naſcentis ſolis ortum, inferis ſub occaſum ſolis ſacra fiunt. 18 Diis ſuperis in aris extructis, terreſtribus in terra; inferis in terra effoſſa, ſacra faciebant. 19 Sacra infernalia igne tantum è rogis rapto accendere moris erat. 20 Nigro, impuro; ut contra, Diis ſuperis operantes candido, puro. 21 Funeſtam, feralem, utpote taxum ſeu cupreſſum. vel lege *Frontem quatit.* quod mœſti & irati ſolent. inf. ÿ. 555. & 913.

*[22] Nigro bidentes vellere atque [22] atræ boves*
*[23] Retro trahuntur. flamma prædatur dapes,*
*[24] Vtrumque trepidat igne ferali pecus.*
*Vocat inde [25] manes; teque [26] qui manes regis,*
*Et [27] obſidentem clauſtra letalis lacus:*
*Carmenque magicum [28] volvit, & rapido minax*
*Decantat ore quidquid aut placat leves*
*Aut cogit umbras. [30] irrigat ſanguis focos,*
*[29] Solidaſque pecudes urit, & [30] multo ſpecum*
*Saturat cruore. libat & niveum inſuper*
*Lactis liquorem; fundit & Bacchum manu*
*[31] Læva. [32] canitque rurſus; & [33] terram intuens,*
*Graviore manes voce & attonita ciet.*
*Latravit [34] Hecates turba. ter valles cava*
*Sonuere mœſtum. tota ſuccuſſo ſolo*
*Pulſata tellus. [35] audior; vates ait;*
*Rata verba fudi. rumpitur cæcum [36] Chaos,*
*Iterque [37] populo Ditis ad ſuperos datur.*
*Subſedit omnis ſylva, & erexit [38] comam;*
*[39] Duxere rimas robora; & totum nemus*
*Concuſſit horror. terra [40] ſe retro dedit,*
*Gemuitque penitus. ſive tentari abditum*
*[41] Acheron profundum mente non æqua tulit:*
*Sive ipſa tellus, ut daret * functis viam,*
*Compage rupta ſonuit: aut ira furens*
*Triceps catenas Cerberus movit graves.*
*Subito dehiſcit terra, & immenſo ſinu*
*Laxata patuit. ipſe [42] pallentes deos*
*Vidi inter umbras. [43] ipſe torpentes lacus*
*Noctemque veram. gelidus in venis ſtetit*
*[44] Hæſitque ſanguis. ſæva proſiluit [45] cohors,*

22 Diis inferis nonniſi furvæ hoſtiæ immolantur, triſtes ſcil. & luctuoſæ. 23 Superorum victimas ſolebant αὐερύειν, id eſt, retrorſum flectere jugula. & ſurſum verſus convertere: inferorum vero κάτω ςφάτοντας τὴν capite terram verſus inclinato ſtatuere. 24 Infra ℣. 564. 25 Vmbras. 26 Summane. Pluto. 27 Cerberum. 28 Immurmurat, revolvit carmina magica. 29 In ſacris inferis integra & ſolida hoſtia comburebatur. 30 Sanguine, lacte, & vino foſſam perfundit, aquam addit Hom. Odyſſe. λ. πρῶτα μέλι κρήτω, μετέπειτα δ' ἡδεῖ οἴνῳ, τὸ τρίτον αὖθ' ὕδατι. 31 Inferis ſc. utpote malis invergens; ſuperis contra & bonis dextra. 32 Cum primo carmine non adveniſſent. 33 Dejecto in terram vultu, non oculis. cum cœcus fuerit Tireſias. 34 Canes. *Sub pedibus mugire ſolum, & juga capta moveri ſylvarum, viſæque canes ululare per urbem, Adveatante dea.* id eſt, Hecate. de qua ℣. 411. Hippol. Huic autem deæ canes immolarunt priſci, quod ipſorum latratus incantationes ſolvere & monſtroſas viſiones credebatur. Ipſa itaque Lycophroni θεὰ κυνοσφάγος. & Canis. Ἑκάτης δεῖπνον dicebatur. 35 Impetravi. 36 Herc. Fu. 609. Thyeſt. 830. 37 Manibus, umbris. 38 Folia, *Metaph.* præ horrore ſc. 39 Diffindebantur. 40 Recedit hiatum factura. 41 Rex vel leges Acher. id eſt, inferni. * Mortuis defunctis. 42 Plutonem & Proſerpinam. 43 Cocytum. Herc. Fu. 685. & Styga. ibid. 712. 44 *Coit formidine ſanguis.* 45 Furiarum, ut ℣. 590. & draconigenum fratrum.

*Et ſtetit in armis omne vipereum genus*
*Fratrum caterva dente Dircæo ſatæ,*
*Avidumque populi [46] peſtis [47] Ogygii malum.*
*Tum torva [48] Erinnys ſonuit, & cæcus Furor*
*Horrorque, & una quidquid æterna creant*
*Celantque tenebræ; Luctus [49] evellens comam,*
*Ægraque laſſum ſuſtinens Morbus caput,*
*Gravis Senectus ſibimet, & [50] pendens Metus.*
*Nos liquit animus. ipſa, quæ ritus ſenis*
*Arteſque norat, ſtupuit, intrepidus parens,*
*[51] Audaxque damno, convocat Ditis feris*
*[52] Exſangue vulgus: illico [52] nebulæ leves*
*Volitant, & auras [53] libero cælo trahunt.*
*[54] Non tot caducas educat frondes Eryx;*
*Nec vere flores [55] Hybla tot medio creat;*
*Cum examen alto nectitur denſum [56] globo;*
*Fluctuſque non tot frangit Ionium mare;*
*[57] Nec tanta gelidi [58] Strymonis fugiens minas*
*Permutat hyemes ales, & cælum ſecans*
*Tepente Nilo denſat Arctoas nives:*
*Quot ille [59] populos vatis eduxit [60] ſonus.*
*Pavidæ latebras nemoris umbroſi petunt*
*Animæ trementes. primus emergit ſolo*
*[61] Dextra ferocem cornibus taurum premens*
*Zetus; manuque ſuſtinet læva chelym,*
*Qui ſaxa dulci traxit [62] Amphion ſono.*
*Interque natos [63] Tantalis tandem ſuos*
*[64] Tuto ſuperba, fert caput faſtu gravi,*
*Et numerat [65] umbras [66] pejor hac genitrix adeſt*
*Furibunda [67] Agave; tota quam ſequitur [68] manus*
*[69] Partita regem. ſequitur & Bacchas lacer*
*[70] Pentheus, tenetque [71] ſævus etiam nunc minas.*

46 Draco in nemore ad fontem Dircen. Herc. Fu. 259.
47 Thebani, ab Ogyge rege.
48 Vide Thyeſt. ℣. 96. & Herc. Fu. 93. & deinceps.
49 Hippolyt. 1176.
50 Anxius, ſuſpenſus, in dubio.
51 Tireſ. orbitate oculorum audacior, nec timens quæ non vidit.
52 Leves umbræ.
53 Non incluſo, ut ſuo inferno.
54 Μυρίαι ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα. Hom. β. & emenda hunc verſum, legeque, *Non tot caducas Oeta frondes educat.*
55 Mons Siciliæ thymo & ſalicibus abundans, apibus itaque nobilis.
56 Βοτρυδὸν, cum in morem uvæ conglobatæ ramo defluunt, *Solentque lentis uvam demittere ramis.*
57 Nec tot grues (ſive aves aliæ) hyeme e regionibus frigidis fugiunt ad auras tepidiores. *Ingenti clangore grues æſtiva relinquunt Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo.*
58 Fl. Macedoniam à Thracia dividentis.
59 Vmbras populorum, præcipue Thebanorum.
60 Incantatio.
61 Thebaid. 20.
62 Herc. Fu. 260.
63 Niobe Tantali filia.
64 Secura de liberis quibus non poteſt amplius orbari.
65 Liberorum, etiam umbris eorum gaudens ipſa umbra. namque affectus *nec ipſa in morte relinquunt.*
66 Quæ filium ſuum interfecit.
67 Theb. 17.
68 Bacchantium multitudo.
69 Diſcerpens Penthea.
70 Theb. 17.
71 Auſterus, abſtemius, Thebanis Bacchi cultum interdicens.

*Tandem, vocatus ſæpe, pudibundum extulit*
*Caput, atque ab omni deſidet turba procul,*
*Celatque ſemet. inſtat, & [72] Stygias preces*
*Geminat ſacerdos, donec in apertum efferat*
*Vultus opertos Lajus. fari horreo.*
*[73] Stetit per artus ſanguine effuſo horridus,*
*Pedore fœdo ſqualidam obtectus comam,*
*Et ore rabido fatur: [74] O Cadmi effera,*
*Cruore ſemper læta cognato domus,*
*Vibrate thyrſos, [75] enthea gnatos manu*
*Lacerate potius. maximum Thebis ſcelus*
*[76] Maternus amor eſt, [77] patria, non ira Deûm*
*Sed ſcelere raperis. [78] non gravi flatu tibi*
*Luctificus Auſter, nec parum pluvio æthere*
*Satiata tellus halitu ſicco nocet:*
*Sed rex cruentus; præmia qui ſævæ necis*
*Sceptra, & [79] nefandos occupat thalamos patris,*
*Inviſa proles. ſed tamen pejor parens*
*Quam gnatus: utero rurſus infauſto gravis,*
*[80] Egit qui in ortus ſemet; & matri impios*
*Fœtus regeſſit; quique nec mos eſt feris,*
*Fratres ſibi ipſe genuit; [81] implicitum malum;*
*Magiſque monſtrum [82] ſphinge perplexum ſua.*
*Te, te, cruenta ſceptra qui dextra geris,*
*Te pater inultus urbe cum tota petam,*
*Et mecum Erinnys pronubas thalami traham,*
*Traham ſonantes [83] verbera; inceſtam domum*
*Vertam, & Penates [84] impio Marte obteram.*
*Proinde pulſum finibus regem ocyus*
*Agite exulem. quodcunque funeſto gradu,*
*Solum relinquet, vere florifero virens*
*Reparabit herbas. ſpiritus [85] puros dabit*
*Vitalis aura; veniet & ſylvis [86] decor.*
*Letum, lueſque, mors, labor, tabes, dolor,*
*Comitatus illo dignus, excedent ſimul:*
*Et ipſe rapidis greſſibus [87] ſedes volet*

72 Exorciſmos, adjurationes infernas vel per Styga.
73 Lajus ſtetit horridus, effuſo ſanguine per artus.
74 O Thebani, etiam à draconigenis fratribus qui mutuis ſe vulneribus peremerunt, in veſtros ſævi, Bacchico furore perciti, occidite potius filios propria manu (ut Agave aliæque impiæ Mænades in Orgiis) quam permittatis ut vivant in privatam veſtræ domus perniciem & publicum malum, quod fecit Oedipus meus filius.
75 Numinis furoris Bacchici impetu afflata, adacta.
76 Iocaſtæ in filium.
77 O patria.

78 Sup. ℣. 36. 79 Majus enim ſcelus liberos è matre ſuſcepiſſe quam patrem interfeciſſe. 80 *Matris concubitu qui ſemet in ortus Vertit & indignum regerit ſua pignora matri.* 81 Ænigma magis implicitum quam illud Sphingis quod ipſe ſolvit. Thebaid. 137. 82 Thebaid. 505. 83 Flagella. Thyeſt. 96. 84 Inter fratres Polynic. & Etheoc. 85 Non corruptos & peſtilentes ut nunc. vide ſup. ℣. 36. 86 Frondes, folia. 87 Thebas, vitamque ipſam.

*Effugere*

*Effugere noſtras: ſed graves pedibus* [88] *moras*
*Addam, & tenebo. repet incertus viæ,*
*Baculo ſenili triſte prætentans iter.*
[89] *Præcidite terras, auferam cœlum pater.*
OED. *Et oſſa & artus gelidus invaſit tremor.*
*Quidquid timebam facere, feciſſe arguor.*
[90] *Tori jugalis abnuit Merope nefas,*
*Sociata Polybo ſoſpes abſolvit manus*
*Polybus meas. uterque defendit parens*
*Cædem, ſtuprumque. quis locus* [91] *culpæ eſt ſuper?*
[92] *Multo ante Thebæ Lajum amiſſum gemunt,*
*Bœota greſſu quam meo tetigi loca.*
[93] *Falſusne ſenior, an Deus Thebus gravis?*
*Iam, jam tenemus callidi* [94] *ſocios doli.*
*Mentitur iſta* [95] *præferens fraudi deos*
*Vates, tibique ſceptra deſpondet mea.*
CR. *Egon', ut ſororem regia expelli velim?*
*Si me fides ſacrata cognati laris*
*Non contineret in meo certum ſtatu;*
*Tamen ipſa me* [96] *Fortuna terreret, nimis*
*Solicita* [97] *ſemper. liceat hoc tuto tibi*
*Exuere pondus, ne recedentem opprimat.*
*Iam te minore tutior pones loco.*
OED. *Hortaris etiam, ſponte deponam ut mea*
*Tam gravia regna?* CR. [98] *ſuadeam hoc illis ego,*
*In utrumque queis eſt liber etiam nunc ſtatus.*
*Tibi jam neceſſe eſt ferre fortunam tuam.*
OED. [99] Certiſſima eſt regnare cupienti via,
Laudare modica, & ocium ac ſomnum [1] ſequi.
Ab inquieto ſæpe ſimulatur quies.
CR. *Parumne me tam longa defendit* [2] *dies?*
OED. [3] *Aditum nocendi perfido præſtat dies.*
CR. *Solutus onere regio, regni bonis*
*Fruor, domuſque civium cœtu viget;*

88 Senium, laſſitudinem, cæcitatem natam, quæ mori non ſinat.
89 Vos ô Thebani ejicite eum terra, ego pater ejus arcebo cœlo.
90 Mater mea (ut credidit) patri etiamdum vivo matrimonio junctæ convincit me non eſſe parricidam illum & inceſtum.
91 Supereſt culpæ. *Anaſtrophe.*
92 Et longe ante quam ego Thebas advenerim, Lajus eſt interfectus.
93 Numnam deceptus eſt Tireſias? an ultra peſtem etiam Thebæ debent offenſo Deo ſeditionem ex concitatione in regem?
94 Tireſiam & Creonta.
95 Prætexens.

96 Regni, præcipue Theban. Herc. Fu. 385. 97 Deponere regnum jam tutius eſt quam nimis tarde recedentem ab eo opprimi. 98 Dubiis rebus inventa eſt oratio ſuaſiva, neceſſario manet te tua fortuna. 99 Satis callide regnum ambis, qui (quod faciunt ambitioſi, ſegnitiem laudantes & in otium ſimulatum recedentes, donec occaſionem rei gerendæ repererint) vitæ quietæ ſtudium præ te fers, imperium tamen captas. 1 Al. *loqui.* 2 Mei jam diu notitia vel experientia. legitur & *piaes.* 3 Imo nocendi occaſionem & viam miniſtrat perfido diuturna experientia. *vel* fides habita.

*Nec ulla* [4] *vicibus ſurgit* [4] *alternis dies,*
*Qua non* [5] *propinqui munera ad noſtros lares*
[5] *Sceptri redundent; cultus, opulenta dapes.*
*Donata multis gratia noſtra ſalus.*
*Quid tam beata deeſſe fortuna rear?*
OED. *Quod* res ſecundæ non habent unquam modum.
CR. *Incognita igitur ut nocens cauſa cadam?*
OED. [6] *Num ratio vobis reddita eſt vita mea?*
*Num audita cauſa eſt noſtra Tireſia? tamen*
*Sontes videmur.* [7] *facitis exemplum; ſequor.* (lent
CR. *Quid ſi innocens ſum?* OED. dubia pro certis ſo-
Timere reges. CR. qui pavet vanos metus,
Veros fatetur. OED. [8] quiſquis in culpa fuit,
Dimiſſus odit omne quod dubium putat.
CR. *Sic odia fiunt.* OED. [9] Odia qui nimium timet,
Regnare neſcit. regna cuſtodit metus.
CR. [10] Qui ſceptra duro ſævus imperio regit,
Timet timentes: metus in auctorem redit.
OED. *Servate ſontem ſaxeo incluſum ſpecu:*
*Ipſe ad penates regios referam gradum.*

4 Noctem ſubſecuta, vel alterna dies.
5 Affinis regis, id eſt, munera à rege propinquo.
6 Expurgavi me apud vos criminis, & tamen parricidii & inceſtus me inſimulatis.
7 Præbuiſtis mihi legem & exemplum quod ſequar. vos itaque etiamſi inſontes condemno.
8 Quicumque culpæ accuſatus quamvis ex principis gratia vel ficta ſua purgatione ſit dimiſſus: male tamen ſibi conſcius principis animum ſui modulo metiens non vere conciliatur ſed odit dubium amicum. Lipſ. legit *quiſquis in culpa fuit Dimiſſus, odit omne quod dubium putat.* 9 Theb. 654. & Herc. Fu. 352. 10 Neceſſe eſt multos timeat quem multi timent.

## CHORVS.

*Excuſat Oedipum Chorus transferendo culpam in mala Thebarum fata, quæ ab ipſa inauſpicata bove Thebanos uſque vexarint.*

[1] NOn tu tantis cauſa periclis,
[2] *Non hæc Labdacidas premunt*
*Fata: ſed veteres deûm*
*Iræ ſequuntur.* [3] *Caſtalium nemus*
*Vmbram Sidonio præbuit hoſpiti,*
*Lavitque Dirce Tyrios colonos:*
*Vt primum magni natus Agenoris,*
*Feſſus per orbem* [4] *furta ſequi Iovis,*
*Sub* [5] *noſtræ ramis conſtitit* [5] *arboris,*
[6] *Prædonem numerans ſuum;*

1 Non tu Oedipe.
2 Nec tantum Labdaci progeniem, Lajum, Oedipum, &c.
3 Cadmus fil. Agenoris regis Phœnicum, quorum præcipuæ urbes Tyros & Sidon, miſſus à patre quæſitum Europam à Iove ſub ſpecie tauri raptam, appulit Phocidem, conſeditque non procul à Parnaſſo, vid. ſup. ỳ. 112.
4 Sororem à Iove raptam. Hippolyt. 302. 5 Nemoris jam Thebani.
6 Numerans ſpatia à ſe emenſa prædonem inſequuto. alii leg. *memorans*, id eſt, meditatus ubinam inveniret prædonem.

7 *Moni-*

*[7] Monituque Phœbi, juſſus erranti*
*Comes ire vaccæ, quam non flexerat*
*Vomer, aut tardi juga curva plauſtri,*
*Deſeruit fugas, [8] nomenque genti*
*Inauſpicata de bove tradidit.*
*Tempore ex illo nova monſtra ſemper*
*Protulit tellus. aut [9] anguis imis*
*Vallibus editus, [10] annoſa ſupra*
*Robora ſibilat, ſupraque pinus,*
*Supra [11] Chaonias celſior arbores*
*Cœruleum erexit caput,*
*Cum majore ſui parte recumberet;*
*Aut fœta tellus, impio partu,*
*Effudit [12] arma.*
*Sonuit reflexo claſſicum cornu,*
*[13] Lituuſque adunco ſtridulos cantus*
*Eliſit ære. [14] ante, non linguas*
*Alias, & arma vocis ignota*
*Clamore primum hoſtico experti,*
*Agmina campos [15] cognata tenent.*
*Dignaque jacto [16] ſemine proles*
*Vno ætatem permenſa die,*
*Poſt Luciferi nata meatus,*
*Ante Heſperios occidit ortus.*
*Horret tantis [17] advena monſtris,*
*Populique timet bella recentis:*
*Donec cecidit ſæva juventus;*
*[18] Genitrixque ſuo reddi gremio*
*Modo productos vidit alumnos.*
*[19] Hac tranſierit civile nefas.*
*Illa [20] Herculeæ norint Thebæ*
*Prœlia fratrum.*
*Quid [21] Cadmei fata [21] nepotis,*
*Cum vivacis cornua cervi*
*Frontem ramis texere novis,*
*Dominumque canes egere ſuum?*
*Præceps ſylvas monteſque fugit*
*Citus Actæon, agilique magis*
*Pede per ſaltus & ſaxa vagus*
*Metuit [22] motas zephyris [22] plumas,*
*Et, quæ [23] poſuit, retia vitat:*
*Donec placidi fontis in unda*

7 Oraculo Phœbi juſſus urbem condere in quo loco juvenca injugis quam ſequebatur conſideret. Thebas condidit. vid, ſup. ℣.112.

8 Regionem illam quæ prius Aonia dicta eſt, à bove illa Bœotiam appellavit. alii tamen dictam volunt à Bœoto Neptuni & Arnes filio.

9 Draco, ſerpens quem, cum Cadmi comites aquatum miſſos interfeciſſet, ipſe Cadmus occidit.

10 *Ac media plus parte leves erectus in auras Deſpicit omne nemus.* Ovid. 3. Metam. unde fabulam hanc petas.

11 Quercus altas, quales alunt Chaoniæ nemora glandifera.

12 Armatos homines qui ut primum terra nati ſunt bella ſibi indixere, mutuiſque vulneribus periere omnes ad quinque. Herc. Fu.259.

13 Lituus in. curvus aheneus.

14 Lingua ſua voceque tum primum experti uſique in bellica acclamatione ἐλελεῦ.

15 Terra nati fratres.

16 Serpentis dentibus, Herc. Fu.259.

17 Cadmus advena Tyrius.

18 Terra filios cæſos recepit.

19 Atque utinam hic finis ſit inteſtinis & civilibus Thebanorum bellis?

20 Natus Thebis jam tum erat Hercules, ſed nondum regnarat. Megaram enim duxit poſt obitum Polynicis & Etheoclis.

21 Actæonis, quem, quod in fonte Dianam nudam vidiſſet, dea in cervum convertit, unde præda ſuis canibus factus eſt.

22 Lineam, formidinem, vide Hippoly.46.

23 Nuper ipſe venator.

*Cornua vidit vultuſque feros,*
*Vbi virgineos foverat artus*
[24] *Nimium ſævi Diva pudoris.*

24 Pudoris ſui nimis ſæva vindex, quæ quum erratum tam crudeliter ulta ſit, graves in Thebanos iras deorum arguit.

## ACTVS QVARTVS.

### OEDIPVS. IOCASTA.

*Suſpicari jam incipit Oedipus, ne ille forte, quem olim Delphos petens occidiſſet, Lajus fuerit: quærit itaque à Iocaſta de Laji ætate, necis tempore, & aliis circumſtantiis.*

*CVras revolvit animus, & repetit metus.*
*Obiiſſe noſtro Lajum ſcelere autumant*
[1] *Superi* [2] *inferique. ſed animus contra innocens,*
*Sibique melius quam deis notus, negat.*
*Redit memoria* [3] *tenue per veſtigium,*
*Cecidiſſe noſtri* [4] *ſtipitis pulſu obvium*
[5] *Datumque Diti, cum prior juvenem ſenex*
*Curru ſuperbus pelleret, Thebis procul,*
[6] *Phocea trifidas regio qua ſcindit vias.*
*Vnanima conjux, explica errorem precor,*
[7] *Quæ ſpatia moriens Lajus vitæ tulit.*
*Primone in ævo viridis, an fracto occidit?*
IO. *Inter ſenem juvenemque; ſed* [8] *propior ſeni.*
OE. *Frequenſne turba regium cinxit latus?*
IO. *Plures feſellit error ancipitis viæ;*
*Paucos fidelis curribus junxit labor.*
OE. *Aliquiſne cecidit regio fato comes?*
IO. [9] *Vnum fides* [10] *virtuſque conſortem addidit.*
OE. *Teneo* [11] *nocentem; convenit numerus, locus.*
*Sed tempus adde.* IO. [12] *decima jam metitur ſeges.*

1 Apollo, *vel* homines in ſuperis. Tireſias & Creon.
2 Lajus ſeu umbra Laji inferis evocata.
3 Per objectum leve.
4 Clavæ. Iocaſta tamen enſem fuiſſe dicit inf. ỷ. 1034. atque ipſe in Thebaide.
5 Demiſſum Orco. id eſt, interfectum.
6 Sup. 277.
7 Quæ ſpatia vitæ, id eſt, quam ætatem?
8 Μέγας χνοάζων, &c.
9 Polyphontem præconem.
10 Ἀνδρεία fortitudo, unica quondam virtus habita.
11 Me. ſc.
12 Ante annos decem.

### SENEX. OEDIPVS.

*E ſene à Merope & Corinthiis miſſo, qui Oedipum de Polybi morte edoceat, rogetque, ad gubernacula regni ſuſcipienda veniat, diſcit Oedipus ſe non vere eſſe Polybi filium. nimia itaque curioſitate ſua veros invenit parentes.*

*COrinthius te populus in regnum vocat*
*Patrium. quietem Polybus æternam obtinet.*

OED. *Vt*

OED. *Vt* [1] *undique in me ſæva fortuna irruit?*
*Ediſſere agedum quo cadat fato parens.*
SE. *Animam ſenilem* [2] *mollis exſolvit ſopor.*
OED. *Genitor ſine ulla cæde defunctus jacet.*
*Teſtor, licet jam tollere ad cælum pie*
[3] *Puras nec ulla ſcelera metuentes manus.*
*Sed* [4] *pars magis metuenda fatorum manet.*
SE. *Omnem paterna regna diſcutiunt metum.*
OED. *Repetam paterna regna, ſed matrem horreo.*
SE. *Metuis parentem, quæ tuum reditum expetens*
*Sollicita pendet?* OED. *ipſa me pietas fugat.*
SE. *Viduam relinques?* OED. [5] *tangis, en, ipſos metus.*
SE. *Effare, merſus quis premat mentem timor:*
[6] *Præſtare tacitam regibus ſoleo fidem.*
OED. *Connubia matris Delphico monitu tremo.*
SE. *Timere vana deſine, & turpes metus*
*Depone. Merope vera non fuerat parens.*
OED. [7] *Quod ſubditi vi præmium gnati petiit?*
SE. *Regnum ſuperbum;* [8] *liberi adſtringunt fidem.*
OED. *Secreta thalami, fare,* [9] *quo excipias modo.*
SE. [10] *Hæ te parenti parvulum tradunt manus.*
OED. *Tu me parenti tradis? at quis me tibi?*
SE. *Paſtor nivoſo ſub Cytheronis jugo.*
OED. *In illa temet nemora quis caſus tulit?*
SE. *Illo ſequebar monte cornigeros greges.*
OED. *Nunc adice certas corporis noſtri notas.*
SE. *Forata ferro geſſeras veſtigia,*
[11] *Tumore nactus nomen ac vitio pedum.*
OED. *Quis fuerit ille, qui meum dono dedit*
*Corpus, requiro.* SE. [12] *regios pavit greges,*
*Minor ſub illo turba paſtorum fuit.*
OED. *Eloquere nomen.* SE. [13] prima langueſcit ſenum
Memoria, longo laſſa ſublabens ſitu.
OED. *Poteſne facie noſcere ac vultu virum?*
SE. *Fortaſſe noſcam. ſæpe jam ſpatio obrutam*

1 Ludificando me & ambiguum tenendo. vel ſecundum jam regnum pernicioſe mihi ingerendo.
2 Θνήσκει δὲ ὡς ὕπνῳ δεδμημένος & σμικρὰ πάλαια σώματ' εὐνάζει ῥοπή.
3 Parricidium non metuentes.
4 De inceſtis matris nuptiis.
5 Rem tetigiſti, tetigiſti ulcus. hoc enim eſt quod metuo ne fato dictus eam viduam ducam.
6 Quod fecerat prius in Oedipi genere velut regio ſimulando & celando.
7 In quem finem aſcivit me filium ſuppoſititium parens?
8 Quo firmius retineret tyrannidem, quam firmat certa ſucceſſio, retinetque populum in fide, ne quando interfecti regis liberi ſint ultores. *alii leg.* Regum ſuperbum, *alii* ſuperbam.
9 Vnde tu noris me eſſe ſubdititium?
10 Tradiderunt te meæ hæ manus parv. pa.
11 Οἰδῶν τῷ πόδε ſc. ὅθεν νῦν Ἕλλας ὠνόμαζεν Οἰδίπουν.
12 Regius paſtor ſummus.
13 An prima inter animæ potentias deficit, cum ætas illa in continuo deflexu rerum ſpecies nequeat retinere? an primo quidem objectum non agnoſcit, poſtea autem reminiſcitur. ut ait ỷ. 820?

*Levis exoletam memoriam revocat nota.*
OED. [14] *Ad ſacra & aras omne compulſum pecus*
*Duces ſequantur. ite propere, accerſite*
[15] *Famuli, penes quos ſumma conſiſtit gregum.*
SE. [16] Sive iſta ratio, ſive fortuna occulit,
Latere ſemper patere, quod latuit diu.
Sæpe eruentis veritas patuit malo.
OED. *Malum timeri majus [17] his aliquod poteſt?*
SE. *Magnum eſſe, magna mole quod petitur ſcias.*
*Concurrit [18] illinc publica, [19] hinc regis ſalus,*
[20] *Vtrimque patria. contine medias manus,*
[21] *Vt nil laceſſas,* ipſa ſe fata explicant.
[22] Non expedit concutere felicem ſtatum.
OE. [23] Tuto movetur quidquid extremo in loco
SE. *Nobilius aliquid genere [24] regali appetis?* (eſt.
*Ne te parentis pigeat inventi, vide.*
OED. [25] *Nec pœnitendi ſanguinis quæram fidem:*
*Sed noſſe certum eſt. ecce grandævus ſenex,*
*Arbitria ſub quo regii fuerant gregis,*
[26] *Phorbas. referſne nomen aut vultum ſenis?*
SE. *Arridet animo forma. nec notus ſatis,*
*Nec rurſus iſte vultus ignotus mihi.*
*Regnum obtinente Lajo famulus greges*
*Agitaſti opimos ſub Citheronis plaga?*

14 Sub prætextu ſacrificii veluti eximendæ ſint egregiæ victimæ, paſtores accerſit.
15 Paſtores & bubulci.
16 Suadet ſenex ne nimis curioſe id ſcrutetur., quod notum in malum ſuum redire poſſit.
17 Parricidio & inceſtu?
18 Sciendo. ut evitetur peſtis. vel ambigue loq. necdum intelligit ſenex quid velit Oedipus.
19 Neſciendo.
20 Salute. vel rege amiſſo.
21 Etiamſi nihil moveas, fatum (quod ſeries eſt & connexio quædam cauſarum qua fit quicquid fit) ſe declarabit. 22 Τὸ κακὸν εὐκείμενον ὠ κινητέον. 23 Sed meum ſtatum infeliciſſimum puto, movebo itaque ut certum ſciam. 24 Polybi enim filius jam crederis. 25 Nec eo animo de inveniendo laboro, ut inventi pœniteat. 26 Aliis *Ithimales* dictus.

PHORBAS. SENEX.
OEDIPVS.

LÆthus Citharon pabulo ſemper novo
*Æſtiva noſtro prata* [1] *ſummittit gregi.*
SE. *Noſciſne memet?* PH. *dubitat anceps memoria.*
OED. *Huic aliquis a te traditur quondam puer?*
*Effare. dubitas? cur genas mutat color?*
*Quid verba quæris?* [2] veritas odit moras.
PH. *Obducta longo temporum tractu moves.*
OED. *Fatere, ne te cogat* 3 *ad verum dolor.*
PH. [4] *Inutile iſti munus infantem dedi.*

1 Suppeditat.
2 Vera relaturo ad manum verba ſunt, nec mora eſt opus.
3 Al. *ad nervum.*
4 Non diu victurum. ſaucium ſc. plantis perforatis.

*Non potuit ille luce, non cœlo frui.*
SE. *Procul ſit omen: vivit, & vivat precor.*
OED. *Supereſſe quare traditum infantem negas?*
PH. *Ferrum per ambos tenue tranſactum pedes*
*Ligabat artus: vulneri innatus tumor*
*Puerile fœda corpus urebat* [5] *lue.*
SE. *Quid quæris ultra? fata jam accedunt prope.*
OE. [6] *Quis fuerit infans, edoce.* PH. *prohibet fides.*
OE. [7] *Huc aliquis ignem. flamma jam excutiet fidem.*
[8] *Per tam cruentas vera quærenti vias,*
*Ignoſce quæſo, ſi ferus videor tibi,*
*Et impotens.* PH. *jam parta Vindicta in manu eſt.*
OE. *Dic vera. quisnam, quove generatus patre.*
*Qua matre genitus?* PH. *conjuge eſt genitus tua.*
OED. *Dehiſce tellus. tuque* [9] *tenebrarum potens,*
*In tartara ima, rector umbrarum, rape*
[10] *Retro reverſas generis ac ſtirpis vices.*
*Congerite, cives, ſaxa in* [11] *infeſtum caput;*
*Mactate telis.* [12] *me petat ferro* [13] *parens;*
*Me natus. in me conjuges arment manus,*
*Fratreſque; & æger populus* [14] *ereptos rogis*
*Iaculetur ignes. ſæculi crimen vagor,*
*Odium Deorum, juris exitium ſacri;*
[15] *Qua luce primum ſpiritus hauſi rudes,*
*Iam morte dignus. redde nunc animos,* [16] *parens.*
*Nunc aliquid aude ſceleribus dignum tuis.*
[17] *I, perge. propero regiam curſu pete,*
*Gratare matri,* [18] *liberis aucta domo.*

5 Putredine. 6 Quibus parentibus ortus. 7 *Cruciatus & tormenta minitatur.* 8 In quibuſdam lib. duo iſti ℣. tribuuntur Phorbanti q. d. ſi ferus fuerim in te exponendo ignoſce quæſo, aut ſi tormentorum metu arcana prodam: cape itaque indicium. 9 Pluto. 10 Me, qui adverſus naturæ leges ſum reverſus in propriæ matris uterum. ſup. 638. 11 Alii hab. *inceſtum.* 12 Cauſam hujus peſtilitatis. 13 Omnes parentes, liberi, conjuges, fratres me petant qui jura illorum violaverim. 14 In me velut inferis devotum piaculum. vide ſup. ℣. 550, vel in me peſtis. funerum, rogorum cauſam. 15 Theb. 244. 16 Per indignationem ſibi ſe ex matre parentem exprobrat. 17 Sarcaſtice. 18 Ob domum auctam liberis à te filio ex matre. Ioſ. Scal. legit *liberis aucta modo.* Al. auctam domum.

## CHORVS.

*Varietate obnoxium arguit chorus excelſum ſtatum. mediam itaque fortunam optat. cujus laudes canit. à ſimilitudine navis modico vento actæ, & exemplo Icari.*

*FAta ſi liceat mihi*
*Fingere arbitrio meo,*
*Temperem zephyro levi*

* *Medio tutiſſimus ibis.*

*Vela, ne preſſa gravi*
*Spiritu antennæ tremant,*
*Lenis ac modicum fluens*
*Aura, nec vergens latus,*
*Ducat intrepidam ratem.*
*Tuta me media vehat*
*Vita decurrens via.*
*[1] Cnoſſium [2] regem timens,*
*Alta dum demens petit,*
*[3] Artibus fidens [3] novis,*
*Certat & veras aves*
*Vincere, ac [3] falſis nimis*
*Imperat pennis [4] puer,*
*[5] Abſtulit nomen freto.*
*Callidus medium ſenex*
*Dædalus librans iter*
*Nube ſub media ſtetit,*
*Alitem exſpectans ſuum.*
*Qualis accipitris minas*
*Fugit, & ſparſos metu*
*Colligit fœtus avis:*
*Donec in ponto manus*
*Movit implicitas puer,*
*Comes audacis viæ.*
Quidquid exceſſit modum,
Pendet inſtabili loco.
*Sed quid hoc? [6] poſtes ſonant,*
*[7] Mæſtus & famulus manu,*
*Regius quaſſat caput.*
*Ede quid portes novi.*

1 Dædalus Hymetionis fil. damnatus ab Areopagitis, quod occidiſſet Talum ſororis filium, in Cretam migrarat: ibi quia vaccam fabricaſſet ligneam à Minoe rege Labyrintho ſeu turri incluſus, terra marique fugam interdictam per aëra tentavit; alas itaque confecit ſibi & filio, quibus ipſe evolavit Sardiniam, inde Cumas. Icarus autem dum patris monito non audiens nimis alte volat, pennis à ſole liquefactis in mare decidit, quod ab illo nomen tulit.
2 Minoem regem Cretæ, in qua Cnoſſus urbs.
3 *Pennis non homini datis.*
4 Icarus. 5 Pars illa maris Ægæi ab Icari caſu Icarium mare dicta eſt, ut & inſula in eodem mari Icaria quę prius ἰχθύεσσα. Al. nomen eripuit freto.
6 Crepant regiæ fores exeunte nuncio. vide Herc. Oet. ℣.254.
7 Antiquatam hanc exoletarum editionum lectionem reducit approbatque P. Scriv. damnatam quidem I. Grutero non concoquenti locutionis formulam *manu quaſſat caput*. Præfert itaque illam lect. *poſt ſonat Regius famulus manu, Mæſtus & quaſſans caput.* Verum quia *ſonare poſtes manu* vix Latine ſonet: quid ſi, una & altera in voce *manu* literis mutatis, legamus: *poſtes ſonant. Regius famulus venit, Mæſtus & quaſſans caput*, quem verborum ordinem in vulgatis libb. obſervatum invertere coguntur qui ut retineant *manu*, *Mæſtus* transferunt in locum τȣ̃ *Regius.*

## ACTVS QVINTVS.

### NVNCIVS.

*Nuncius Oedipi excæcationis conſilium & modum narrat.*

PRædicta poſtquam fata, & infandum [1] ſcelus
*Deprendit, ac ſe ſcelere convictum Oedipus*
*Damnavit ipſe; regiam infeſtus petens*

1 Quidam *Genus* legunt & intelligunt de natis ex matre liberis.

*Inviſa propero tecta penetravit gradu;*
*Qualis per arva Libycus inſanit leo,*
*Fulvam minaci fronte concutiens jubam:*
*Vultus furore torvus, atque oculi truces,*
*Gemitus, & altum murmur, & [2] gelidus fluit*
*Sudor per artus. ſpumat, & volvit minas,*
*Ac merſus alte magnus exundat dolor.*
*Secum ipſe ſævus grande neſcio quid parat,*
*Suiſque fatis ſimile. [3] Quid pœnas moror?*
*[4] Vt hoc ſceleſtum pectus aut ferro petat,*
*Aut fervida aliquis igne vel ſaxo domet?*
*Quæ tigris, aut quæ ſæva viſceribus meis*
*Incurret ales? ipſe tu [5] ſcelerum capax*
*[6] Sacer Cytharon, vel feras in me tuis*
*Emitte ſylvis, mitte vel rabidos canes.*
*Nunc redde [7] Agaven, anime, quid mortem times?*
Mors innocentem ſola fortunæ eripit.
*Hæc fatus, aptat impiam capulo manum,*
*Enſemque ducit. Itane tam magni [8] breves*
*Pœnas ſceleribus ſolvis? atque uno omnia*
*Penſabis ictu? moreris? hoc patri ſat eſt.*
*Quid deinde matri? quid male in lucem editis*
*Gnatis? quid ipſi, quæ tuum magna luit*
*Scelus ruina, flebili patriæ dabis?*
*[9] Solvenda non eſt illa quæ leges ratas*
*Natura in uno vertit Oedipode, [10] novos*
*Commenta partus. ſuppliciis eadem meis*
*Novetur. iterum vivere, atque iterum mori*
*Liceat; renaſci ſemper: ut toties nova*
*Supplicia pendas. utere [11] ingenio miſer.*
Quod ſæpe fieri non poteſt, fiat diu.
*Mors eligatur longa. quæratur via,*
*Qua nec ſepultis miſtus, & vivis tamen*
*Exemptus erres. morere, ſed [12] citra patrem.*
*Cunctaris, anime? ſubitus ad vultus gravat*
*Profuſus imber, ac rigat fletu genas?*
*Et flere ſatis eſt? hactenus fundent levem*
*Oculi liquorem. ſedibus pulſi ſuis*
*Lacrymas ſequantur. hi [13] maritales ſtatim*
*Fodiantur oculi. dixit, atque ira furit.*
*Ardent minaces igne truculento genæ;*

2 Al. Gelidus volat. &c.
3 Verba Oedipi.
4 An pœnas aliunde expectem?
5 Agaves & ceterarum Baccharum?
6 Iovi. *vel* Bacchi ſacris. *vel* execrande.
7 Sup. ℣. 616. & Theb. 17.
8 Facilis & ſimplicis mortis.
9 Non æquum eſt ut natura, quæ me produxit in dedecus ſuum, jura ſua per parricidium & inceſtum, violaturum, ſolvat me unica & ſimplici nece tot ſceleribus functum.
10 Filios ex matre.
11 Vtere eo ingenio ad pœnas excogitandas, quo uſus es quondam in Sphingis ænigmate ſolvendo.
12 Non uno ictu ut Lajus.

13 ἔρωτος, ἀνοσίου καὶ γάμου ἀνομίμου δαδοῦχοι. ex conſpectu enim amor. hi quibus placuit mater, vel qui illius amorem conciliavere.

*Oculique*

*Oculique* [14] *vix ſe ſedibus retinent ſuis.*
*Violentus, audax, mutus, iratus, ferox;*
*Tantum cruentus gemuit; & dirum fremens*
*Manus in ora torſit. at contra truces*
*Oculi ſteterunt, & ſuam intenti manum*
[14] *Vltro inſequuntur. vulneri occurrunt ſuo.*
*Scrutatur avidus* [15] *manibus uncis lumina.*
*Radice ab ima funditus vulſos ſimul*
*Evolvit* [16] *orbes. hæret in vacuo manus,*
*Et fixa penitus unguibus lacerat* [17] *cavos*
*Alte receſſus luminum, &* [17] *inanes ſinus.*
*Sævitque fruſtra, pluſque quam ſat eſt furit;*
[18] *Tantum eſt periculum lucis,* [19] *attollit caput*
*Caviſque luſtrans orbibus cœli plagas,*
[20] *Noctem experitur. quicquid effoſſis male*
*Dependet oculis, rumpit; & victor deos*
*Conclamat omnes; Parcite, en, patriæ, precor:*
*Iam* [21] *juſſa feci, debitas pœnas tuli.*
*Inventa thalamis digna nox tandem meis.*
[22] *Rigat ora fœtus imber, & lacerum caput*
*Largum revulſis ſanguinem venis vomit.*

14 Conſcii & in pœnas parari. 15 Digitis, unguibus. 16 Κύκλους. ita Soph. ἄρας ἔπαισεν ἄρθρα τῶν αὐτοῦ κύκλων. Sphærica autem ſeu orbicularis forma oculo data eſt, quo celerius & facilius revolutus objecta apprehendat, utque ſufficiat cuivis quantitati capiendæ perpendicularibus lineis à viſis in centrum oculi concurrentibus. *vel* orbes hic cape ſinus, in quibus oculi. 17 Etiam in oculorum ſinus & globos, cum ſatis fuiſſet araneæ telam, vel pupillam effodiſſe. 18 In tantum lucem exodit. tam attente cavet ne quid ſibi lucis relinquatur. 19 More luſtrantis & ſuſpicientis. 20 An penitus ſit cæcus. 21 Quod voluiſtis. credo legendum *Iuſta*, ut Theb. ỿ. 175. & infra ỿ. 998. 22 Hæc nuncius ex ſua perſona.

## CHORVS.

*Chorus iſte ex diſciplina Stoicorum (qui omnia, imo Deum ipſum, ſubjiciunt, inevitabilibus fatis) excuſari Oedipum vult.*

Fatis agimur: cedite fatis.
Non ſolicitæ poſſunt curæ
Mutare rati [1] ſtamina fuſi.
Quidquid patimur mortale genus,
Quidquid facimus, venit ex [2] alto:
Servatque ſua decreta [1] colus
[3] Lacheſis. [4] dura revoluta manu
Omnia certo tramite vadunt:
[5] Primusque dies dedit extremum,
[6] Non illa Deo vertiſſe licet,

1 Herc. Fu. 558.
2 Fato ſeu providentia divina. *velut illi*, ex conſtellatione.
3 Vna è Parcis, fatum.
4 Inexorabili, immutabili.
5 Horoſcopus genethliacus ex ſitu & conſenſu ſiderum in nativitatis hora.
6 *Quod fore paratum eſt id ſummum exuperat Iovem.* Stoice.

Quæ nexa ſuis currunt cauſis.
It cuique ratus, prece non ulla
Mobilis, ordo. *multis ipſum*
*Timuiſſe nocet.* multi ad fatum
Venere ſuum, dum fata timent.
*Sonuere fores, atque ipſe ſuum*
*Duce non ullo molitur iter*
*Luminis orbus.*

7 Quæ proveniunt ex ſerie & ordine cauſarum.

## OEDIPVS. CHORVS. IOCASTA.

*Iocaſta ſe interficit. Oedipus excæcatus in exilium abit.*

*BEne habet, peractum eſt. juſta perſolvi patri.*
*Iuvant tenebræ. quis Deus tandem mihi*
*Placatus* [1] *atra nube perfundit caput?*
*Quis ſcelera* [2] *donat? conſcium evaſi diem.*
*Nil, parricida, dexteræ debes tuæ.*
*Lux te refugit. vultus Oedipodem* 3 *hic decet.*
CH *En ecce, rapido ſæva proſiluit gradu*
*Iocaſta vecors:* [4] *qualis attonita & furens*
*Cadmea mater abſtulit gnato caput,*
*Senſitve raptum. dubitat. afflictum alloqui*
*Cupit, pavetque. jam malis ceſſit pudor.*
IO. [5] *Cupiunt, & horrent ora, nam quid te vocem?*
*Gnatumne? dubitas? gnatus es: gnatum pudet?*
*Immitis, oro, gnate,* * *quo avertis caput,*
*Vacuoſq; vultus?* OED. [6] *quis frui & tenebris vetat?*
[7] *Quis reddit oculos? matris en, matris ſonus.*
[8] *Perdidimus operam. congredi fas amplius*
*Haud eſt. nefandos dividat vaſtum mare,*
*Dirimatque* 9 *tellus abdita: & quiſquis ſub hoc*
*In alia verſus ſidera, ac ſolem* [10] *avium*
*Dependet* [11] *orbis, alterum ex nobis ferat.*
IO. *Fati iſta culpa eſt: nemo fit fato nocens.*
OED. *Iam parce verbis mater, & parce auribus,*
*Per has reliquias corporis trunci precor,*
*Per* [12] *inauſpicatum ſanguinis pignus mei,*

1 Cœcitatis caligine. 2 Dono remittit? 3 Emphatice. 4 Qualis Agave, ubi furens filio caput abſtuliſſet, moxque ad ſe reverſa facinus ſenſiſſet, attonita ſtetit; talis hîc Iocaſta. vid. ſup. ỿ. 443. P. Scriverius habet, *Senſitve raptum traxit.* 5 Alloqui te cupio, horreo tamen. P. Scriverius legit, *ſed hærent ora.* * *Audita Iocaſta, avertit ſe Oedipus.* 6 Quiſnam tu es qui interdicis mihi fructum capere, quem ex cæcitate percepiſſe mihi viſus ſum? 7 Quis per aures ingerit mihi mala, quorum notas ne viderem, effodi mihi oculos? 8 Nil profeci oculos eruendo cum etiamnum audiam. vide Theb. 226. 9 Alterum Hemiſphærium. 10 Legunt quidam *alium*, alii *alterum*. ut fit. 11 Alterum orbis latus aliis ſideribus notum. utque dicunt poëtæ, *alio ſole calens*, *Et alio ſub ſole jacens.* 12 Infelicem prolem, liberos.

Per

Per omne noſtri nominis [13] fas & [14] nefas.
IO. [15] Quid, anime, torpes? ſocia cur ſcelerum dare
Pœnas recuſas? omne confuſum perit,
Inceſta, per te juris humani decus.
Morere, ac nefaſtum ſpiritum ferro exige,
Non ſi ipſe mundum concitans divum ſator
Coruſca ſæva [16] tela jaculetur manu,
Vnquam rependam ſceleribus pœnas pares
Mater nefanda, mors placet: mortis via
Quæratur. agedum, commoda matri manum,
Si parricida es, [17] reſtat hoc operi ultimum.
Rapiatur [18] enſis. hoc jacet ferro meus
[19] Conjux. quid illum nomine haud vero vocas?
Socer eſt, utrumque pectori infigam meo
Telum? an patenti conditum jugulo imprimam?
Eligere neſcis [20] vulnus. hunc, dextra, hunc pete
Vterum capacem, qui virum & gnatum tulit.
CH. Iacet perempta. vulneri immoritur manus;
Ferrumque ſecum nimius ejecit cruor.
OED. [21] Te fatidice, te præſidem veri Deum
Compello. ſolum debui fatis patrem.
Bis parricida. pluſque quam timui nocens.
Matrem peremi; ſcelere confecta eſt meo.
O Phœbe mendax, fata ſuperavi impia.
Pavitante greſſu ſequere [22] fallaces vias,
Suſpenſa plantis efferens veſtigia.
[23] Cæcam tremente dextera noctem rege.
I, gradere præceps lubricos ponens gradus.
I, profuge, vade. [23] ſiſte, ne [25] in matrem incidas.
[5] Quicumque feſſi corpore & morbo graves
Semianima trahitis corpora; en [26] fugio, exeo.
Relevate colla. [27] mitior cœli ſtatus
Poſt terga ſequitur. quiſquis exilem jacens
Animam retentat, vividos hauſtus levis
Concipiat. [27] ite, ferte [28] depoſitis opem.
Mortifera mecum vitia terris extraho,
Violenta fata, & horridus [29] mortis tremor,
Macieſque & atra peſtis, & rabidus dolor
Mecum ite, mecum. [30] ducibus his uti libet.

13 Matris & filii.
14 Vxoris, mariti, &c. nefanda inter nos nomia.
15 Se ad pœnas de ſe ſumendas excitat.
16 Fulmina.
17 Vt matrem etiam occidas.
18 Quem modo Oedipus abjecerat.
19 Lajus conjus meus imo ſocer. namque filio ejus nupſi.
20 Locum vulneri.
21 Te ridiculum deum falſitatis arguo, qui fore prædixiſti, ut patrem occiderem. ſed jam & matri necis cauſa fui.
22 Aſperas, præcipites, cæco ignotas.
23 Vias baculo prætentans explora.
24 In matris cadaver.
25 O Thebani peſte laborantes.
26 Prout jubet oraculum.
27 O medici, curatores.
28 De quorum ſalute & vita deſperabatur.
29 Al. *morbi*.
30 Mihi cæco hi pro ducibus erunt. ſup. 652.

TRO-

# TROAS.

## PERSONÆ.

HECVBA.
CHORVS MVLIERVM.
TALTHYBIVS.
AGAMEMNON.
CALCHAS.
HELENA.
PYRRHVS.
ANDROMACHA.
SENEX.
VLYSSES.
ASTYANAX.
NVNCIVS.

## *ARGVMENTVM.*

Græci, exciſo jam Ilio, reditum in patriam cogitantes contrario vento detinebantur. Apparens noctu Achillis umbra ſolvere eos poſſe negat, niſi ſibi debitis inferiis mactata Polyxena, cujus nuptiarum prætextu interfectus eſt. Non fert Agamemnon ſibi amatam Polyxenam mactari. Qua de re orto cum Pyrrho jurgio, intervenit conſultus Calchas, qui omnino immolandam pronunciat, unaque necandum Aſtyanacta, quem à matre abſconditum abducit Vlyſſes & de Scæa porta dejicit. Polyxenam ab Helena auſpice, ritu cultuque ſponſæ deductam ad patris tumulum Pyrrhus mactat.

## ACTVS PRIMVS.

### HECVBA.

*Luget Hecuba patriæ, domus, ſui ipſius calamitatem.*

QVicunque regno fidit, & magna potens
Dominatur aula, nec [1] leves metuit deos,
Animumque rebus credulum lætis dedit,
Me videat, & te [2] Troja. non unquam tulit
Documenta Fors majora, quam fragili loco
Starent [3] ſuperbi: columen everſum occidit
Pollentis [4] Aſiæ, [5] cœlitum egregius labor:
Ad cujus [6] arma venit, & [7] qui frigidum
[8] Septena Tanain ora pandentem bibit;
Et [9] qui renatum pronus excipiens diem,

1 Inconſtantes *faciles dare ſumma deos, eademque tueri Difficiles.*
2 Proprie regio, in qua Ilium urbs, à Troe dicta.
3 Nobiles, potentes: quorum commune vitium eſt ſuperbia.
4 Minoris, cui imperavit Priamus: & parti majoris, quæ orbis pars tertia.

5 Inf. ℣. 476. 6 Auxiliaria, namque. 7 Rheſus Thraciæ rex auxilio Trojæ venit. 8 Ex perſona mulieris imperitæ tribuitur Tanai quod Iſtri eſt: ut per ſeptem ora in mare labatur. 9 Memnon Tithoni & Auroræ filius ex Æthiopia, *vel ut alii, Suſis*, Trojam venit, dux Perſarum, qui ſolem orientem proni adorabant.

10 *Tepi-*

[10] *Tepidum* [11] *rubenti* [12] *Tigrin immiſcet freto;*
*Et* [13] *quæ* [14] *vagos vicina proſpiciens Scythas*
*Ripam catervis Ponticam* [15] *viduis ferit;*
[16] *Exciſa ferro eſt. Pergamum* [17] *incubuit ſibi.*
*En* [18] *alta muri decora congeſti jacent*
*Tectis aduſtis. regiam flammæ ambiunt;*
*Omniſque late fumat* [19] *Aſſaraci domus,*
*Non prohibet avidas flamma victoris manus;*
[20] *Diripitur ardens Troja. nec cœlum patet*
[21] *Vndante fumo. nube ſeu denſa obſitus,*
*Ater favilla ſquallet Iliaca dies,*
*Stat avidus victor, &* [22] *lentum Ilium*
*Metitur oculis, ac decem tandem ferus*
*Ignoſcit annis. horret afflictam quoque;*
*Victamque quamvis videat, haud credit ſibi*
*Potuiſſe vinci. ſpolia populator rapit*
*Dardania. prædam* [23] *mille non capiunt rates.*
*Teſtor deorum numen adverſum mihi;*
[24] *Patriæque cineres;* [25] *teque rectorem Phrygum,*
*Quem Troja toto conditum regno tegit,*
[26] *Tuoſque manes,* [27] *quo ſtetit ſtante Ilion;*
*Et vos meorum* [28] *liberûm magni greges,*
[29] *Vmbræ minores; quidquid adverſi accidit,*
*Quæcumque* [30] *Phœbas ore lymphato furens,*
*Credi Deo vetante, prædixit mala,*
[31] *Prior Hecuba vidi gravida, nec tacui metus,*
*Et* [32] *vana vates ante Caſſandram fui.*
*Non cautus ignes* [33] *Ithacus, aut* [34] *Ithaci comes*
*Nocturnus in vos ſparſit, aut* [35] *fallax Sinon:*

10 In regione tepenti. 11 Auroræ ſeu Solis orientis rubore perfuſo, alias, ſecundo hallucinabitur fœmina. Tigris enim in mare Perſicum influit, non Erythræum. niſi ex perſonæ decoro dictum malis, ut prius ℣. 9. 12 Herc. Fu. 1323. 13 Pentheſilea Amazonum regina. de quibus vide Hippolyt. 397. 14 Herc. Fu. 532. 15 Hippolyt. 620. 16 Troja. alii legunt. *Exciſa ferro eſt Pergamos, incubuit ſibi.* 17 *In ſe magna ruunt.* vel in cinerem verſum. 18 Πύργοι, ἐπάλξεις, turres, pinnæ. 19 Ilium. ubi regnavit Aſſaracus Ili filius. 20 Ex incendio prædam rapiunt. 21 Vndatim aſcendente. 22 Ilium decennali bello tandem debellatum luſtrans non indigne fert, ſi decem annos in civitate tam nobili & munita expugnanda abſumpſerit. 23 Qui numerus claſſis quæ Trojam advenit. Agam. ℣. 169. 24 More veterum jurat Hecuba per quæ ſibi gratiſſima. 25 Priamum, in cujus ruina & regnum Trojanum interiit. 26 O Hector. 27 Vid. inf. ℣. 126. 28 Quibuſdam L. aliis xvij. 29 Vmbræ liberûm minorum, vel minori mihi loco habitorum quam Priamus & Hector. 30 Caſſandra filia Priami, cui Phœbus amans vaticinandi peritiam dedit pollicitæ concubitum: promiſſis tamen non ſtanti donum auferre Deus cum non poſſet fidem ademit, ut vaticiniis ſuis nemo crederet. 31 Cum Paridem utero geſtaret ſomniavit Hecuba ſe facem ardentem parituram. 32 Inutilis & irrita, æque ac Caſſandra non credita. 33 Vlyſſes Ithacæ dux. 34 Diomedes, cui Vlyſſes in caſtrorum Thracum exploratione comes nocturnus. 35 Cujus doloſo miniſterio receptus equus, laxatuſque.

*[36] Meus ignis iſte eſt; facibus ardetis meis.*
*[37] Sed quid ruinas urbis everſæ gemis*
*Vivax ſenectus? reſpice infelix ad hos*
*Luctus recentes. Troja jam vetus eſt malum.*
*Vidi execrandum [38] regiæ cædis nefas,*
*Ipſaſque ad [39] aras majus admiſſum ſcelus*
*[40] Æacidis armis: cum ferox [41] ſæva manu*
*Coma reflectens regium torta caput,*
*Alto nefandum vulneri ferrum abdidit;*
*Quod penitus actum cum recepiſſet libens,*
*Enſis ſenili [42] tinctus è jugulo rediit.*
*Placare [43] quem non potuit à cæde effera,*
*[44] Mortalis ævi cardinem extremum premens;*
*[45] Superique teſtes ſceleris; & quondam [46] ſacrum*
*Regni jacentis, ille tot [47] regum parens*
*Caret ſepulchro Priamus, & [48] flamma indiget,*
*Ardente Troja. non tamen ſuperis ſat eſt:*
*[49] Dominum, ecce, Priami nuribus & natis legens*
*Sortitur urna. præda quem [50] vilis ſequar?*
*[51] Hic Hectoris conjugia deſpondet ſibi;*
*Hic optat Heleni [52] conjugem; hic [53] Antenoris;*
*Nec deeſt tuos Caſſandra qui thalamos petat.*
*Mea ſors timetur. ſola ſum Danais metus.*
*Lamenta ceſſant? turba, captivæ, mea;*
*[54] Ferite palmis pectora, & planctus date,*
*Et juſta Trojæ facite. jamdudum ſonet*
*[55] Fatalis Idæ judicis diri domus.*

36 Somnio de Paride prædictus modo, ỷ. 36. 37 Sed quid ego anus miſere longæva vetus malum gemo? 38 Priami à Pyrrho ad aras cæſi. 39 Iovis Hercii, quod inter aulam & parietem in domus penetrali coleretur, ab ἕρκος. *vel* quod mala arceat. 40 *Æacidæ*, id eſt, Pyrrhi, Neoptolemi. 41 Vel lege *Scæva*. Sic Virgil. *Implicuitque comam læva.* &c. de eod. 2 Æneid. 42 Quidam leg. *haud tinctus*, & reſpiciunt ad ỷ. 654. Agamem. 43 Enſem; ſeu Pyrrhum. 44 In extremo jam ſenio. 45 Ad aras ſtantes ubi cæſus eſt Priamus. 46 Sacrarium, ara τῆς ἑςίας, vel τῦ ἑρκείυ Διός. ad quam inaugurandi reges auſpicabantur. Agamem. ỷ. 8. 47 Nobilium juvenum. ſupra. ỷ. 32. 48 Non habet qui ipſi rogum extruat. *Primumque in litore truncum. Cui non Troja rogus.* 49 Sed & ſortibus in urnam miſſis dividimur, ego cum filiabus & nuribus inter Græcos nobis futuros dominos. infra ỷ. 972. 50 Quia vetula. *Læta cum pubes edera virenti Gaudeat pulla magis atque myrto.* 51 Aliquis ſc. Pyrrhus ſibi optat ſeu promittit Andromachen. 52 Priorem. nam Pyrrho Andromache, Heleno cæſo, nupſit. 53 Theano. 54 Pro more lugentium. *Vide Chorum ſeq.* 55 Paridis, qui in Ida ſeu Antandro monte Idæ vicino Veneri tanquam pulchriori aureum adjudicavit malum. cujus judicii mercedem favente Venere Helenam rapuit, quam repetentes Græci Trojam vaſtarunt.

## CHORVS MVLIERVM. HECVBA.

*Chorus Iliadum cum Hecuba excidium patriæ, Hectoris & Priami mortem lugent.*

[1] NOn rude vulgus, lacrymiſq́; novum
*Lugere jubes : hoc continuis*
*Egimus annis, ex quo tetigit*
[2] *Phrygius Grajas hoſpes* [3] *Amyclas,*
*Secuitque fretum* [4] *pinus matri*
*Sacra Cybele.*
[5] *Decies nivibus canuit Ide,*
*Ide noſtris* [6] *nudata rogis ;*
*Et* [7] *Sigeis* [8] *trepidus campis*
*Decies ſecuit meſſor ariſtas ;*
*Vt nulla dies mœrore caret,*
*Sed nova fletus cauſa miniſtrat.*
*Ite ad planctus ;*
[9] *Miſeramque læva regina manum,*
*Vulgus dominam vile ſequemur.*
*Non indociles lugere ſumus.*
HEC. *Fidæ caſus noſtri comites,*
[10] *Solvite crinem : per colla fluant*
*Mœſta capilli, tepido Trojæ*
*Pulvere turpes. paret exertos*
*Turba lacertos.* [11] *veſte remiſſa*
*Subſtringe ſinus, uteroque tenus*
*Pateant artus* [12] *cui conjugio*
*Pectora velas captive pudor ?*
*Cingat tunicas palla ſolutas.*
*Vacet ad crebri verbera planctus*
*Furibunda manus. placet hic habitus.*
*Placet. agnoſco Troada turbam.*
*Iterum luctus redeant veteres ;*
*Solitum flendi vincite morem.*
*Hectora flemus.*
CH. *Solvimus omnes*
*Lacerum multo funere crinem ;*
*Coma demiſſa eſt libera nodo ;*
*Sparſitque cinis* [13] *fervidus ora.*

1 Non inexpertum lugendi. *mox v. 81.* 2 Pariſ. *Talis ab armiferis Priameius hoſpes Amyclis, &c.* 3 Vrbem Laconiæ. *Grajas*, ad diſtinctionem Amyclarum quæ in Campania.
4 Navis è pinu cæſa in Ida Cybele ſacra. 5 Per decem hyemes. 6 Spoliata arboribus ad comburenda interfectorum è noſtris cadavera. 7 Trojanis, à Sigeo Trojæ promontorio, 8 Ne deprehenderetur à prædatore hoſte. 9 Tuque ô Regina præito nobis, & more præficæ elevata manu modum luctus & planctus ſigno dato, nos lugendi dociles ſequemur.
10 Præſcribit Hecuba luctus formulam, ſumptam ex Euripidis Troade nec diſſimilem illius Lucani, lib. 2. *quarum una madentes Sciſſa genas planctu liventes atra lacertos, Nunc, ait, ô miſeræ contundite pectora matres. Nunc laniate comas. &c.* Lugentes enim mulieres ſolutum nodo crinem adſpergebant, veſtimenta lacerabant, pectora & humeros nudatæ unguibus, pugnis, palmis, in ſe ſævientes ejulabant : ſolo inſuper affligebant pectora humum crinibus verrentes, ταῖς κομαῖς τὰ θεῶν ἱερῶν ἐδάφη πλύνουσαι.
11 Chorda ſeu faſcia demiſſas veſtes ſub utero nectebant, ne deciderent. *alii leg. revulſa.* ut ſignificet veſtes ſciſſas & laceratas. *Procatalepſis.* neque amplius conjugibus velandæ ſumus, cui autem domino ſervemus pudorem captivæ ? 13 Ex Troja ardente.

HE. 14 Con-

HE. [14] *Complete manus.* [15] *hoc ex Troja*
*Sumpſiſſe licet. cadat ex humeris*
*Veſtis apertis : utrumque tegat*
[16] *Suffulta latus. jam nuda* [17] *vocant*
*Pectora dextras. nunc nunc vires*
*Exprome dolor tuas.*
[18] *Rhœtea ſonent litora planctu ;*
*Habitanſque cavis montibus* [19] *Echo*
*Non, ut ſolita eſt, extrema brevis*
*Verba remittat ; totos reddat*
*Trojæ gemitus. audiat omnis ,*
*Pontus, & æther : ſævite manus ,*
*Pulſu vaſto tundite pectus.*
*Non ſum ſolito contenta ſono.*
*Hectora flemus.*
CH. [20] *Tibi noſtra ferit dextra lacertos ;*
*Humeroſque ferit tibi* [21] *ſanguineos.*
*Tibi noſtra caput dextera pulſat.*
*Tibi maternis ubera palmis*
*Laniata jacent. fluit, &* [21] *multo*
[22] *Sanguine manat, quamcunque tuo*
*Funere feci, rupta cicatrix.*
[23] *Columen patriæ,* [24] *mora fatorum,*
*Tu præſidium Phrygibus feſſis ,*
*Tu murus eras ; humeriſque tuis*
[24] *Stetit illa decem fulta per annos :*
[25] *Tecum cecidit. ſummuſque dies*
*Hectoris idem patriæque fuit.*
HE. *Vertite planctus : Priamo veſtros*
*Fundite fletus : ſatis Hector habet.*
CHO. *Accipe fletus* [26] *bis capte ſenex :*
[27] *Nil Troja ſemel te rege tulit.*
[28] *Bis pulſata Dardana Grajo*
*Mœnia ferro ;* [29] *biſque pharetras*
*Paſſa Herculeas. poſt* [30] *elatos*
*Hecubæ partus,* [31] *regumque rogos.*
*Poſtrema pater funera cludis ;*

14 Cinere. 15 Ex omni Troja opibuſque quondam Trojanis hoc ſumpſiſſe licet. *quod dicens tollit cineris manipulum.*
16 Suffibulata. palla ſeu faſcia ſubſtricta.
17 Ad planctus & verbera. 18 Rhœtus promontorium eſt Trojæ.
19 ῥήματος ἠχὼ μόνον. ſoni per medium delati & in corpus obſtans incidentis repercuſſi reflexio.
20 O Hector.
21 Humano autem ſanguine placari defunctorum animas credebant. atque hinc non præficæ modo ſed & poſtea gladiatore in funeribus conducti.
22 Novis plagis rupta recrudeſcit.
23 Hector enim, manus, murus, turris, columna & propugnaculum Trojæ poëtis decantatus.
24 *Decimum quæ diſtulit Hector in annum:* namque *ademptus Hector Tradidit feſſis leviora tolli Pergama Grajis.* 25 *Hectoris hic tumulus cum quo ſua Troja ſepulta eſt : conduntur pariter qui periere ſimul.*
26 Prius enim puer captus eſt , Podarces vocatus; poſtea à ſorore Heſione pretio redemtus Priamus dictus eſt à Πρίαμαι.
27 Sed bis expugnata : te prius regis filio , nunc rege. 28 Semel ab Hercule perfidiam Laomedontis ulto , cui promiſerat rex 30 equos propter ſervatam à marino monſtro filiam Heſionem : denuo jam ab Atridis. 29 Fatale enim erat Trojam non poſſe ſecundo capi ſine Herculis ſagittis. ipſe Herc. in Sophoc. Philoctere τὸ δεύτερον γὰρ τοῖς ἐμοῖς Αὐτὴν χρεὼν τόξοις ἁλῶναι. Philoctetes itaque ſolus Herculis ſagittis uti ſciens, ad ſecundum bellum Trojanum ductus eſt. 30 Filios ad ſepulturam elatos. 31 Regis filiorum.

[32] *Magnoque Iovi victima cæſus*
*Sigea* [33] *premis litora truncus.*
HE. *Alio lacrymas flectite veſtras:*
*Non eſt Priami miſeranda mei*
*Mors, Iliades.* [34] Felix Priamus
*Dicite cunctæ. liber manes*
*Vadit ad Imos: nec feret unquam*
[35] *Victa Grajum cervice jugum.*
*Non ille duos vidit Atridas,*
*Nec fallacem cernit Vlyſſem.*
*Non Argolici præda triumphi*
*Subjecta feret colla* [36] *trophæis.*
[37] *Non aſſuetas ad ſceptra manus*
*Poſt terga dabit;* [38] *curruſque ſequens*
*Agamemnonios, aurea dextra*
*Vincula geſtans, lætis fiet*
*Pompa* [39] *Mycenis.* CH. [40] Felix Priamus
*Dicimus omnes: ſecum excedens*
*Sua regna tulit: nunc* [41] *Elyſii*
*Nemoris tutis errat in umbris,*
*Interque pias felix animas*
*Hectora quærit.* Felix Priamus!
Felix, quiſquis bello moriens
Omnia ſecum conſumpta [42] videt!

32 Ad aram enim Iovis Hercii cæſus. 33 Imitatur poëta illud 2 Æneid. *Jacet ingens litore truncus.* Vbi Virgil. non tam rei veritatem ſecutus eſt, cum Priamus tantum confosſus fuerit; quam ad Pompeji caſum alluſit. 34 Præ nobis. ille enim liber, nos captæ. 35 Al. *Victa.* 36 Triumphis. trophea enim proprie ſunt ſpolia eo in loco erecta quo hoſtes terga vertere cœperunt. 37 Non dabit poſt terga manus ſceptro aſſuetas. 38 Catenis vincti ducebantur in triumpho captivi poſt vel ante currum victoris: reges vincti aureis manicis. Namque pro conditione perſonarum injicere ſolebant catenas, ferreas, argenteas, aureas. aureis compedibus vinctū à ſuis Darium ſcribit Curtius. Idem de Crœſo refert Auſonius. Et de Zenobia ab Aureliano capta, Treb. Pollio. de Artuaſde Armeniæ rege ab Antonio capto, Paterculus. Argenteis vinctum Arſacem à Sapore captum tradit Am. Marcellinus. 39 Vrbi Agamemnoniæ. 40 Qui à malis diſceſſit. 41 Troad. ỹ. 942. 42 Lipſ. habet, *tulit.*

## ACTVS SECVNDVS.

### TALTHYBIVS. CHORVS.

*Narrat Talthybius apparuiſſe ſibi Achillis umbram, exprobrataque Græcis ingratitudine, poſtulaſſe, ut Polyxena, cujus nuptiarum prætextu ipſe interfectus eſt, ad tumulum ſuum pro inferis mactaretur. aliàs Græcos non habituros ventum ad reditum.*

*Quam longa Danais ſemper in portu mora.*
[1] *Seu petere bellū,* [2] *petere ſeu patriam volunt.*
CH. *Quæ cauſa ratibus faciat & Danais moram,*
*Effare; reduces quis deus cludat vias.*
TA. *Pavet animus; artus horridus quaſſat tremor.*

1 Græcorum claſſi, ex Aulide portu Bœotiæ ſoluturæ, Diana ob cervam ſuā ab Agamemnon. cæſam irata negavit ventum, quem oraculi monitu Agamemnon filia ſua Iphigenia immolata redemit, *Sanguine placaſtis ventos & virgine cæſa.* 2 Vt nunc.

Majora

Majora veris monſtra vix capiunt fidem.
*Vidi ipſe, vidi. ſumma jam Titan juga*
[3] *Stringebat*; [4] *ortus vicerat noctem dies:*
[5] *Cum ſubito cæco terra mugitu fremens*
*Concuſſa, cæcos traxit ex imo* [6] *ſinus.*
*Movere ſylvæ capita, & excelſum nemus*
*Fragore vaſto tonuit, & lucus* [7] *ſacer*;
*Idæa ruptis ſaxa ceciderunt jugis.*
*Nec ſola tellus tremuit: & pontus* [8] *ſuum*
*Adeſſe Achillem ſenſit, ac ſtravit vada.*
*Tunc ſciſſa tellus aperit immenſos ſpecus,*
*Et hiatus* [9] *Erebi pervium ad ſuperos iter*
*Tellure fracta præbet, ac tumulum levat.*
*Emicuit* [10] *ingens umbra* [11] *Theſſalici ducis*;
[12] *Threïcia qualis arma præludens tuis*
*Jam, Troja, fatis ſtravit: aut* [13] *Neptunium*
[14] *Cana nitentem perculit juvenem coma:*
*Aut cum inter acies Marte violento furens,*
*Corporibus amnes cluſit; & quærens iter*
[15] *Tardus cruento Xanthus erravit vado:*
*Aut cum ſuperbo victor in curru ſtetit,*
*Egitque habenas,* [16] *Hectorem & Trojam trahens.*
*Implevit omne* [17] *litus irati ſonus:*
*Ite, ite inertes; debitos manibus meis*
*Auferte honores: ſolvite ingratas rates*
*Per* [18] *noſtra ituri maria.* [19] *non pervoluit*
*Iras Achillis Græcia: at magno luet.*
*Deſponſa noſtris cineribus Polyxena*
*Pyrrhi manu mactetur, & tumulum riget.*
*Hæc fatus*; [20] *alta nocte diviſit diem,*

3 Radiis novis contingebat. Herc. Fu. 132.
4 Sub matutino, quo tempore, diſcuſſis vaporibus atque humoribus defæcatis, certiora apparent ſomnia.
5 Thyeſt. 261.
6 Specus. *Delrius autem aſtruit lectionem* τȣ̃ ſonos *ex mugitu terræ frementis in verſu præcedenti, &* cæcos *exponit* dubios, incertos, ex occulto.
7 Cybele ſacer.
8 Thetidos filium, Nerei nepotem, quem tamen quidam Caloë, alii, Philomela Actoris filia, alii Chironis filia natum autumant.

9 Ab ἔρα vel ἐρέφω. ſignificat enim tenebras vel caliginem Orci terra tecti. qua ratione & ab קרב id eſt, veſper deduci poteſt. 10 Seu umbras reſpicias, quæ notis majores ſemper apparent. Thyeſt. 671. & Oedip. 175. Seu Achillis ſtaturam, quam 9 cubitorum altitudinem æquaſſe ferunt. 11 Achillis in Theſſalia à Chirone educati. 12 Qualis præludium faciens tuis ô Troja fatis Thracum auxiliares à Ciſſæo Hecubæ patre copias, & Myſorum ducem Telephum fudit. 13 Cycnum Neptuni filium. 14 Propter olorem in quem verſus eſt Cycnus. 15 Cadaverum vi Xanthum & Simoenta fl. oppletos tarde fluere fecit, Agam. 210. 16 Hectorem enim raptans exclamavit *Expugnavi Trojam.* ſup. ỳ. 125. 17 Sigeum, ubi ſepultus eſt Ach. 18 Matris meæ, &c. ſup. ỳ. 173. 19 Quanti ſtetit Achillis propter raptam Briſeida ira, experti Græci; videant ne majoris ſibi iræ pœnas arceſſant negata inferiis Polyxena. 20 Solis jam orientis luce mutavit noctem, id eſt, ſe ſub tenebras condidit. vide ỳ. 119. Thyeſt. alii leg. *Hæc fatus alia voce, dimiſit diem.*

*Repetenſque Ditem,* [21] *merſus ingentem ſpecum*
*Coeunte terra junxit. immoti jacent*
*Tranquilla pelagi; ventus abjecit minas,*
*Placidumque fluctu murmurat leni mare.*
[22] *Tritonum ab alto cecinit* [23] *hymenæum chorus.*

21 Hiatus qui egreſſo ceſſit, regreſſo clauſit. 22 Deorum marinorum, & Nereidum materterarum Achillis: alii leg. *Triton ab alto cecinit hymenæon choro.* voluntque hunc Neptuni filium mariſque buccinatorem inter ceteros Tritonas vocis humanæ ſolum peritum, Nereidum & Tritonum nomine e profundo mari hymenæum ceciniſſe. 23 Thebaid. 262.

## PYRRHUS. AGAMEMNON. CALCHAS.

*Agamemnonis cum Pyrrho jurgia ſuper Polyxena compeſcit Calchas.*

*CUm* [1] *læta pelago vela rediturus dares,*
*Excidit Achilles: cujus* [2] *unius manu*
*Impulſa Troja corruit tandem ſolo,*
[3] *Brevi repenſans quidquid adjecit moræ*
[4] *Scyros, fretumque* [5] *Lesbos Ægeum ſecans.*
[6] *Illo remoto, dubia quo caderet, ſtetit.*
*Velis licet, quod petitur, ac properes dare;*
*Sero es daturus. jam ſuum cuncti duces*
*Tulere precium.* [7] *quæ minor merces poteſt*
*Tantæ dari virtuti? an is meruit parum,*
[8] *Qui, fugere bellum juſſus, & longa ſedens*
*Ævum ſenecta degere, ac* [9] *Pylii ſenis*
*Tranſcendere annos, exuens* [10] *matris dolos,*
[9] *Falſaſque veſtes, faſſus eſt* [11] *armis virum?*
[12] *Inhoſpitali Telephus regno* [13] *impotens*
*Dum Myſiæ ferocis introitus negat,*

1 Parta victoria. 2 Interfecto Hectore. ſup. ℣. 125. 3 Parvo tempore Troja cadens compenſavit longæ expugnationis tarditatem. 4 Inſ. maris Ægæi, ubi latuit Achilles inter virgines Lycomedis puellari habitu, huc à matre Thetide fati illius præſcia deductus. 5 Inſ. maris Ægæi, quam relicta Scyro, Achilles vaſtavit priuſquam ſe Græcorum reliquæ claſſi adjungeret. 6 Quod niſi feciſſet dubia ſtetiſſet Lesbos cui parti faveret, *vel* ex oraculi reſponſo ſine Achille in dubio erat an Troja poſſet capi. 7 An illi ſupra cæteros merito minus quam cæteris debetur pretium. 8 Cui (cum accepiſſet hanc conditionem filii ſui vitæ à Iove Thetis) licuit longam ætatem ſed tacitam & ingloriam egiſſe, ille tamen præelegit brevem, modo utilem & glorioſam. 9 Neſtoris. 10 Quibus mater ipſum abſconderet, ut modo. ℣. 204. 11 Quæ (inter cæteras merces fœmineas quas Vlyſſes perſona inſtitoris aſſumpta Achillem exploraturus adduxiſſet) viriliter affectando ac tractando ſe prodidit. 12 Telephus Myſiæ rex, cum Græcos Trojam proficiſcentes prohiberet ne per Myſiam iter facerent, ab Achille vulneratus eſt immedicabiliter ex oraculi reſponſo, niſi peteret auxilium unde vulnus tulit, conciliatum itaque Achilles ſanavit dato e rubigine cuſpidis emplaſtro. 13 Inſolens, ferox.

*[14] Rudem cruore regio dextram imbuit;*
*[15] Fortemque eandem ſenſit & [16] mitem manum.*
*Cecidere [17] Thebæ; vidit [18] Eetion capi*
*[19] Sua regna victus. clade ſubverſa eſt pari*
*Impoſita celſo parva [20] Lyrneſſos jugo;*
*Captaque tellus nobilis [21] Briſeide.*
*Et, cauſa litis regibus, [22] Chryſe jacet;*
*Et [23] nota fama Tenedos; & quæ paſcuo*
*Fœcunda pingui [24] Thracios nutrit greges;*
*Et ſacra Phœbo [25] Cilla. quid! quas alluit*
*Vernis [26] Caycus gurgitem attollens aquis?*
*Hæc tanta clades gentium ac tantus pavor,*
*Sparſæ tot urbes, [27] turbinis vaſti modo,*
*[28] Alterius eſſet gloria ac ſummum decus:*
*Iter eſt Achillis. ſic meus venit pater;*
*Et tanta geſſit bella, dum bellum parat.*
*Vt alia ſileam merita; non unus ſatis*
*Hector fuiſſet? [29] Ilium vicit pater;*
*Vos diruiſtis. inclytas laudes juvat,*
*Et clara magni facta genitoris [30] ſequi.*
*Iacuit peremptus Hector ante oculos patris,*
*[31] Patruique Memnon, cujus ob luctum [32] parens*
*Pallente mœſtum protulit vultu diem,*
*[33] Suique victor operis exemplum horruit;*
*[33] Didicitque Achilles, & [34] Deis natos mori.*
*Tum [35] verſa Amazon ultimus cecidit timor.*
*Debes Achilli, merita ſi digne æſtimas,*
*[36] Etſi Mycenis virginem atque Argis petat.*
*[37] Dubitatur etiam? placita nec ſubito probas?*
*Priamique natam Pelei nato, ferum*

14 Belli inexpertam, tyronis tum Achillis.
15 Vulnere.
16 Medela.
17 In Cilicia.
18 Andromachæ pater.
19 Eam Ciliciæ partem in qua Thebæ.
20 Vrbs Troados.
21 Hippodomia Briſei filia.
22 Chryſe Ciliciæ oppido capta, è præda Agamemnoni data eſt Aſtynomo, Chryſæ Apollinis ſacerdotis filia, quam pater prece & precio repetens à rege repulſus eſt, injuriam hanc Apollo, peſte ultus eſt non ceſſatura niſi reddita virgine. ab Achille itaque conſilii ejus authore abſtulit Agamemnon Briſeida: unde ἔχθος ἀνάκλων.

23 *Tenedos notiſſima fama inſula.* 24 Cilla quidem & Tenedos in Thracia non ſunt. Græci forte in his paſcuis aluerunt equos ſuos, inter quos Thracii illi Rheſo erepti. 25 Vrbs Troados. 26 Myſiæ amnis. 27 Μηδὲν ἀναβαλλόμενος. celeritate, quæ in rebus bellicis plus valet quam virtus. unde ποδὰς ὠκὺς, dictus Achilles. 28 Quæ aliis ſtati belli fuiſſent cauſæ & fines, Achilli tantum gradus fuere ad bellum. adeo hæc in tranſcurſu & obiter geſſit. 29 In Hectore vincendo. ſup. ỿ. 125. & 186. 30 Relatione. 31 Priami cui frater Tithonus Memnonis pater. 32 Aurora. ſup. ỿ. 10. 33 Cum enim videret Memnona Auroræ filium à ſe interfectum, ſe quoque Thetide natum mortalem eſſe didicit. 34 Al. *Dea.* 35 Penthesilea ab Achille occiſa. 36 Etiamſi ex tuis Mycenæis aut Argivis aliquam peteret. 37 An dubitas hoſtis natam in Achillis gratiam mactandam tradere, qui tuam ipſius natam Iphigeniam (ſup. ỿ. 161.) Helenæ repetendæ cauſa immolaſti, cum eadem utriuſque necis cauſa ſit ventus redimendus?

*Mactare credis? at tuam natam parens*
*Helenæ immolaſti. ſolita jam & facta expeto.*
AG. [38] Iuvenile vitium eſt. regere non poſſe impetum.
*Ætatis alios fervor hic primæ rapit,*
*Pyrrhum paternus: ſpiritus [39] quondam truces*
[40] *Minaſque tumidi lentus Æacidæ tuli.*
Quo plura poſſis, plura patienter feras.
*Quid [41] cæde dira nobilem [42] clari ducis*
*Aſpergis umbram? noſcere hoc primum decet;*
*Quid facere victor debeat, victus pati.*
Violenta nemo imperia continuit diu:
Moderata durant. quoque fortuna altius
Evexit ac levavit humanas opes,
Hoc ſe magis ſupprimere felicem decet,
Varioſque caſus tremere, metuentem deos
Nimium faventes. [43] magna momento obrui
Vincendo didici. *Troja nos tumidos facit*
*Nimium ac feroces.* [44] ſtamus hoc Danai loco,
Vnde illa cecidit. *fateor, aliquando impotens*
*Regno ac ſuperbus, altius memet tuli:*
[45] *Sed fregit illos ſpiritus hæc, quæ dare*
*Potuiſſet alii, cauſa, fortunæ favor.*
[46] *Tu me ſuperbum, Priame, tu timidum facis.*
*Ego eſſe quicquam ſceptra, niſi vano putem*
[47] *Fulgore tectum nomen, & [48] falſo comam*
[48] *Vinclo decentem? caſus hæc rapiet brevis;*
*Nec mille forſan ratibus, aut annis decem.*
[49] *Non omnibus fortuna tam lenta imminet.*
*Equidem fatebor (pace dixiſſe hoc tua*
*Argiva tellus liceat) affligi Phrygas*
*Vincique volui: ruere & æquari ſolo,*
*Etiam arcuiſſem, ſed* [50] regi frenis nequit
Et ira, & ardens hoſtis, & victoria
Commiſſa nocti. *quidquid indignum aut ferum*
*Cuiquam videri potuit, hoc fecit [51] dolor,*
[52] *Tenebræque, per quas ipſe ſe irritat furor,*

38 Hic fervor juvenibus aliis ab ætate eſt: tibi ulterius etiam à patre hereditarius.
39 In jurgio ſuper Chriſeide remittenda. Iliad. α. ſupra ỳ. 122.
40 Patiens inflati iratique Achillis minas tuli.
41 Polyxenæ.
42 Achillis.
43 Ego vincendo Trojam didici quam momento magna obruantur. ὡς τὰ μέγιστα διαλῦσαι ῥᾴδιον.
44 Neque nos firmiori ſtatu ſumus quam illi. nos cadere poſſumus ſicut Trojam vidimus.
45 In me ſpiritus altos fregit, quos aliis poſſet addidiſſe ſecunda fortuna.
46 Al. *Tu me ſuperbum, Priame, tu tumidum facis?*

47 Splendore incruſtatum, intus miſerum. 48 Diademate quod præ ſe ferat lætitiam & felicitatem, quid autem intus non fellis habet? 49 Hunc noſtrum ὄλβον ἐφήμερον forte rapient non M. carinæ aut X anni, uti nos Trojam, ſed brevis hora. 50 Non audiunt rationem & modum vindictæ libido, armorum ſtrepitus, victoria ſuperba, eaque licentioſa per noctem quæ pudore vacat. 51 Raptæ Helenæ vindicta. 52 Noctis, qua capta eſt Troja, licentia.

Gla-

*Gladiuſque [53] felix, cujus [54] infecti ſemel?*
*[55] Vecors libido eſt. quidquid everſæ poteſt*
*Supereſſe Trojæ, maneat. exactum ſatis*
*Pœnarum, [56] & ultra eſt. regia ut virgo occidat,*
*Tumuloque donum detur, & cineres riget,*
*Et facinus atrox cædis ut thalamos vocem,*
*Non patiar. [57] in me culpa cunctorum redit.*
Qui non vetat peccare, cum poſſit, jubet.
PYR. *Nullumne Achillis præmium manes ferent?*
AG. *Ferent; & illum laudibus cuncti canent;*
*Magnumque terræ nomen ignotæ audient.*
*Quod ſi [58] levatur ſanguine infuſo cinis,*
*[59] Opima Phrygii colla cædantur gregis,*
*Fluatque nulli flebilis matri cruor.*
*Quis iſte mos eſt quando in [60] inferias homo eſt*
*Impenſus homini? detrahe invidiam tuo*
*Odiumque patri, [61] quem coli pœna jubes.*
PYR. *[62] O tumide, rerum dum ſecundarum ſtatus*
*Extollit animos; timide, cum increpuit metus:*
*[63] Regum tyranne, jamne flammatum geris*
*Amore [64] ſubito pectus, ac Veneris novæ?*
*Soluſne toties ſpolia [65] de nobis feres?*
*Hac dextra Achilli victimam reddam ſuam:*
*Quam ſi negas retineſque, [66] majorem dabo,*
*Dignamque, quam det Pyrrhus. & nimium diu*
*A cæde noſtra regia ceſſat manus,*
*[67] Paremque poſcit Priamus.* AG. *haud equidem nego*
*Hoc eſſe Pyrrhi [68] maximum in bello decus,*
*Sævo peremptus enſe quod Priamus jacet,*
*[69] Supplex paternus.* PYR. *[70] ſupplices noſtri patris,*
*Hoſteſque eoſdem novimus. [71] Priamus tamen*
*Præſens rogavit: tu gravi pavidus metu*
*Nec ad rogandum fortis, Ajaci preces*
*Ithacoque mandas, eluſus, atque hoſtem tremens.*
AG. *[72] At non timebat tunc tuus, fateor, parens,*
*Interque cædes Græciæ, atque [73] uſtas rates,*

53 Victor.
54 Cruore ſemel tincti.
55 Inſana, reponi neſciens.
56 Et pluſquam ſatis.
57 Niſi prohibeam.
58 Vid. Theb. 172. & Hippol. ℣. ult.
59 Herc. Fu. 908.
60 Thebaid. 172. & Tro. 374.
61 Quem jubes coli innocentis regiæ virginis morte.
62 O in ſecundis elate, in adverſis dejecte, ἔχων κραδίην ἐλάφοιο.
63 Dux ducum, Imperator Græcorum.
64 Vt olim Chryſeidos & Caſſandræ, ita nunc Polyxenæ?
65 De noſtra familia. vivo patri eripiens Briſeida; mortui inferiis Polyxenam negans.
66 Teipſum ſcilicet.
67 Regem mortis ſocium poſcit Priamus manu mea interfectus. 63 Ironice. 69 Cui ſupplici filii Hectoris cadaver redempturo pepercit pater tuus. 70 Supplici illi pepercit pater, hoſtem ego interfeci. 71 Et tamen Priamus te animoſior, venit ipſe Achillem coram deprecaturus; tu non ſuſtinens patris mei irati conſpectum, Ajacem & Vlyſſem cum muneribus & precibus miſiſti ipſe in tentoriis latens. 72 Scoptice. 73 Hectore & Trojanis faces in claſſem inferentibus.

74 Iliad. 1.
75 Et tamen idem Hector, qui tua arma ſprevit, illius lyram timuit, non auſus naves Theſſalas aggredi.
76 Nec ſane erat cur timeretur, cum auſus fuerit Priamus hoſtis huc venire.
77 Vitam dare, parcere regi. ut Priamo pater.
78 Al. alti.
79 Vita extreme miſera mors potior & malum minus.
80 Ironice.
81 Vbi olim hæc mens, quando filiam tuam virginem immolaſti?
82 Me quidem *Vtilitas populi, fraterque, datumque Imperium movit, penſarem ut ſanguine laudem.*

*Segnis jacebat, belli & armorum immemor,*
74 *Levi canoram verberans plectro chelym.*
PYR. 75 *Tunc magnus Hector, arma contemnens tua,*
*Cantus Achillis timuit: & tanto in metu*
*Navalibus pax alta Theſſalicis fuit.*
AG. 76 *Nempe iiſdem in iſtis Theſſalicis navalibus,*
*Pax alta rurſus Hectoris patri fuit.*
PYR. 77 *Eſt regis,* 78 *alii ſpiritum regi dare.*
AG. *Cur dextra regi ſpiritum eripuit tua?*
PYR. 79 Mortem miſericors ſæpe pro vita dabit.
AG. *At nunc* 80 *miſericors virgines buſto petis.*
PYR. 81 *Iamne immolari virgines credis nefas?*
AG. 82 Præferre patriam liberis regem decet.
PYR. 83 *Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit.*
AG. Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor.
PYR. Quodcunque libuit facere victori, licet.
AG. Minimum decet libere, cui multum licet.
PYR. *His iſta jactas, quos decem annorum gravi*
*Regno ſubactos Pyrrhus* 84 *exſolvit jugo?* *(caret.*
AG. 85 *Hos Scyros animos?* PYR. 86 *ſcelere quæ fratrum*
AG. 87 *Incluſa fluctu.* PYR. 88 *nempe cognati maris.*
89 *Atrei & Thyeſte nobilem novi domum.*
AG. *Ex* 90 *virginis concepte furtivo ſtupro,*
*Et ex Achille nate, ſed* 91 *nondum viro.*
PYR. 92 *Illo ex Achille, genere qui mundum ſuo*
*Sparſus per omnem, cœlitum regnum tenet,*
*Thetide æquor, umbras Æaco, cœlum Iove.*
AG. *Illo ex Achille, qui manu* 93 *Paridis jacet.*
PYR. 94 *Quem nec deorũ comminus quiſquam petiit.*

83 Clementia quidem victoris, non lege ſervabantur à morte captivi ut ſervirent, unde *Servo* nomen apud I. C. quod Ioſ. Scaligero ab ἔρος, aliis ab εἶρος lana, unde ἔριθος qui lanificium exercet, vel ab εἴρερος ſervitus quæ τοῦ ἔρδειν στέρει. Euſtach. 84 Sacramento in militiam præſtito abſolvit, Troja ſc. capta, quæ fato capi non potuit ſine uno ex Æacidarum genere. 85 Tantos-ne tibi animos ſuppeditat tam ignobilis patria? 86 Quæ tamen non habet reges ſceleſtos fratres, quemadmodum habuere Mycenæ Atreum & Thyeſtem. 87 Inſula mari anguſtata. 88 In quo Thetys patris mei mater. 89 *Prolepſis Ironica:* atque hoc, ut multa alia in hac ſcena, deſumuntur è jurgio Teucri & Agam. in Sophoclis Ajace. 90 Deidamiæ Lycomedis filiæ ab Achille virgineo habitu latitante conſtupratæ. 91 Impubere, improle, virginem mentito falſo cultu & nomine Pyrrhæ. 92 Diis totius mundi affine, Thetidos deæ æquoris filio, Æaci inferni judicis nepote, Iovis ſummi pronepote. 93 Emphaſis. mollis, effœminati, imbellis Paridis. 94 Sed ab Apollone Paridi favente, idque eminus & per inſidias. neque enim deorum quiſquam eum comminus petere auſus.

AG. Com-

AG. *Compeſcere equidem verba, & audacem*[95] *malo*
*Poteram domare : ſed meus*[96] *captis quoque*
*Scit parcere enſis. potius interpres deûm*
*Calchas vocetur. fata ſi poſcunt, dabo.*
[97] *Tu qui Pelaſgæ vincla ſolviſti rati,*
*Moraſque bellis ;* [98] *arte qui reſeras polum,*
[99] *Cui viſcerum ſecreta,* [1] *cui mundi fragor,*
[2] *Et ſtella longa ſemitam flamma trahens*
*Dant ſigna fati ; cujus* [3] *ingenti mihi*
[3] *Mercede conſtant ora, quid jubeat Deus*
*Effare, Calcha, noſque conſilio rege.*
CA. *Dant fata Danais,*[4] *quo ſolent precio, viam.*
*Mactanda virgo eſt* [5] *Theſſali buſto ducis ;*
*Sed* [6] *quo jugari Theſſalæ cultu ſolent,*
[7] *Ionideſve, vel Mycenææ nurus.*
*Pyrrhus parenti* [8] *conjugem tradat ſuo,*
*Sic rite dabitur. non tamen noſtras tenet*
*Hæc una puppes cauſa.* [9] *nobilior tuo,*
*Polyxena, cruore debetur cruor,*
*Quem fata quærunt : turre de ſumma cadat*
*Priami* [10] *nepos Hectoreus, & letum oppetat.*
*Tum mille velis impleat claſſis freta.*

95 Supplicio vel in malum tuum. 96 Captivis, ut Polyxenæ. &c. 97 Tu ô Calcha, cujus divinatione ſolvimus diu detenti in Aulide, & cujus interpretatione de novem paſſerculis cum matre à ſerpente voratis pertulimus moras decennalis belli. 98 *Interpres divum, qui numina Phœbi,* &c. id eſt, qui ex ſiderum poſitione futura concipis, potes & augurium includere. 99 Qui per extiſpicium. 1 Terræ motum *vult Delrius, ego* tonitru, *namque & hoc ad aruſpices pertinere nemo non novit.* 2 Cometen longe crinitum, *vel* ſtellam cadentem, *vide Theb.* 431. deorum placita divinaris. 3 Filia mea. ſup. ỷ. 161. & Chryſeide ſup. ỷ. 222. 4 Virg. cæſa. 5 Sup. 178. 6 Quo ritu, ornatu, & cultu ſponſæ in Theſſalia ad maritos duci ſolent. 7 Mulieres ex Ionia, à duce Ionio, qui coloniam deduxit, dicta. *vel* Argivæ, ut Inachides ab Inacho, ſic Ionides ab Io. 8 Polyxenam. 9 Proles maſcula, Hectorea. 10 Aſtyanax, vero nomine Scamandrius, aliis Neſus.

## CHORVS.

*Chorus è mulieribus Trojanis tam mente quam corpore captis, quo Achillis animam apparuiſſe neget, ex Epicuri ſententia, quæ nec Stoicorum multo ſanior, ſtulte & (ut ſemel de toto choro moneam) impie animam cum corpore interire aſſerit.*

*VErum eſt ? an timidos fabula decipit,*
[1] *Vmbras corporibus vivere* [2] *conditis ?*
[3] *Cum conjux oculis impoſuit manum,*
*Supremuſque dies* [4] *ſolibus obſtitit,*
*Et triſtes cineres* [5] *urna coërcuit ;*

1 Animas. 2 Sepultis. 3 Vbi conjux conjugis morientis claudit oculos, quod faciebant ſanguine proximi. 4 Luci vitali. ne videant ſolem dieſque. 5 Quæ cineres combuſtorum capit.

[6] *Non prodeſt animam tradere funeri,*
[7] *Sed reſtat miſeris vivere longius?*
*An toti morimur? nullaque pars manet*
*Noſtri;* [8] *cum profugo ſpiritus halitu*
*Immiſtus nebulis ceſſit in aëra,*
*Et nudum tetigit ſubdita fax* [9] *latus?*
[10] Quidquid ſol oriens, quidquid & occidens
Novit: cœruleis Oceanus fretis
Quidquid vel veniens vel fugiens lavat,
Ætas [11] Pegaſeo corripiet gradu.
*Quo* [12] *bis ſena volant* [12] *ſidera* [13] *turbine,*
*Quo curſu properat ſecula volvere*
[14] *Aſtrorum dominus, quo properat modo*
*Obliquis* [15] *Hecate currere flexibus;*
*Hoc omnes petimus fata: nec amplius,*
[16] *Iuratos ſuperis qui tetigit lacus,*
*Vſquam eſt. ut calidis fumus ab ignibus*
*Vaneſcit ſpatium per breve ſordidus;*
*Vt nubes* [37] *gravidas, quas modo vidimus,*
*Arctoi Boreæ* [18] *diſſipat impetus;*
*Sic hic,* [19] *quo regimur, ſpiritus effluet.*
Poſt mortem nihil eſt, ipſaque mors [20] nihil,
Velocis ſpacii meta noviſſima.
*Spem ponant avidi; ſoliciti metum.*
[21] *Quæris quo jaceas poſt obitum loco?*
*Quo non nata jacent.*
[22] Tempus nos avidum devorat, & chaos.
Mors [23] individua eſt noxia corpori,
Nec parcens animæ. [24] Tænara, & [25] aſpero
Regnum ſub domino, limen & obſidens
Cuſtos [26] non facili Cerberus oſtio,

6 Non eſt opus anima viventis animam placare mortui, quæ (ut totus hic chorus vult) nuſquam eſt. quum autem animas defunctorum ſanguine humano propitiari creditum eſſet, captivos primum in exequiis immolabant; poſtea gladiatorum paria inferiis ad tumulos exhibebant, ſpectaculi voluptate rei atrocitatem adumbrantes. Theb. 172.

7 An reſtat vita poſt funus? quam quidem vitam, miſeram duxerunt Stoici.

8 Vbi anima (ex mente chori) ex aëre ſeu elementorum ſubtiliſſima parte concreta redit in illa, unde orta ſit. 9 Crematum rogo cadaver. 10 Omnia in terris, quas Sol videt, quas mare fluxu, aut refluxu alluit, ætas veloci pede corripit. 11 Veloci, à Pegaſo equo alato è Meduſæ ſanguine juxta πηγὰς, id eſt, fontes Oceani nato. qui & fontem elicuit Hippocrenem. 12 XII Signa in Zodiaco. Thyeſt. 838. 13 Curſu rapido inſtar turbinis. 14 Sol. Thyeſt. 833. 15 Hippolyt. 411. 16 Styga Herc. Fu. 711. id eſt, mortuus nuſquam eſt. 17 Pluvia fœtas. 18 Al. disjicit. 19 Rector noſtri & moderator animus. 20 Vitæ enim privatio. 21 Non etiam poſt mortem ſicut nec fuimus ante vitam. Stoice & Epicurice. 22 Præfinito tempore in primam illam unitatem atque confuſam materiam redibunt omnia, unde & rurſum renaſcentur, & in quam recident viciſſim. atque hæc Stoicorum æternitas. 23 Non animæ magis parcens quam corpori. 24 Deſcenſus ad inferos. Herc. Fu. 586. 25 Diti illachrymabili regnati inferi. 26 Non levi, vivis ingredi, umbris exire volentibus.

[27] Rumores vacui, verbaque inania,
Et par ſolicito fabula [28] ſomnio.

27 Ex eadem ſchola. Horatii *fabulæ manes, quos eſſe. Nec pueri credunt niſi qui nondum ære lavantur.* 28 Quod dormientes territat ut & ſuperſtitioſos.

## ACTVS TERTIVS.

### ANDROMACHA. SENEX. VLYSSES.

*Hectoris uxor viſo territa filium in tumulo paterno abſcondit, quem ſagacitate ſua Vlyſſes latebris exutum ad mortem abducit.*

*QVid mœſta Phrygiæ turba laceratis comas,*
*Miſerumque tunſæ pectus effuſo genas*
*Fletu rigatis? levia perpeſſæ ſumus,*
[1] *Si flenda patimur. Ilium vobis* [2] *modo,*
*Mihi cecidit olim, cum ferus curru incito*
[3] *Mea membra raperet, &* [4] *gravi gemeret ſono*
*Peliacus axis pondere Hectoreo tremens.*
*Tunc obruta atque everſa Troja concidit.*
[6] *Torpens malis regenſque ſine ſenſu feror.*
*Iam* [7] *erepta Danais conjugem ſequerer meum,*
*Niſi hic teneret. hic meos animos domat,*
*Morique prohibet. cogit hic aliquid Deos*
*Adhuc rogare. tempus ærumnæ addidit.*
*Hic mihi* [8] *malorum maximum fructum abſtulit,*
*Nihil timere.* [9] *proſperis rebus locus*
*Ereptus omnis: dira, qua veniant, habent.*
Miſerrimum eſt timere, cum ſperes nihil.
SE. *Quis repens commovit afflictam metus?*
AN. *Exoritur aliquod* [10] *majus è magno malum.*
*Nondum ruentis Ilii fatum ſtetit.*
SE. *Et quas reperiet,* [11] *ut velit, clades Deus?*
AN. *Stygii profundi clauſtra, & obſcuri ſpecus*
*Laxantur: &, ne deſit everſis metus,*
[12] *Hoſtes ab imo conditi tumulo exeunt.*
*Soliſne retro pervium eſt Danais iter?*

1 Levium enim dolorum fletus eſt, ingentium ſtuſtor.
2 Iam tandem captis.
3 Mei Hectoris.
4 Cum Achillis currus ter circum mœnia Trojæ raptaret Hectorem.
5 Mihi concidiſſe viſa eſt ſup. ỹ. 186.
6 Illis itaque damnis ſtupens, non ſentio urbis excidium, captivitatemque meam.
7 Morte mihi ultro illata aſſererem me in libertatem, niſi hic filiolus meus retineret me in vivis.
8 Mentis ſecuritatem. nihil ſc. timere.
9 Quoniam itaque adempta melioris ſortis ſpe, non ſunt quibus me reſervem ad ſecunda, obdureſcat animus in adverſis, nec pejora timeat.
10 Nondum attigit ἀκμὴν. etiam aliquid ultra eſt.
11 Si modo velit. dic velle.
12 *indignanter pro* Hoſtis, id eſt, Achillis umbra Polyxenam ſibi inferias dari petens, ut ſup. act. 2.



[13] *Certe*

[13] *Certè æqua mors eſt. turbat atque agitat Phrygas*
*Communis iſte* [14] *terror. hic proprie meum*
*Exterret animum* [15] *noctis horrendæ ſopor.*
SE. *Quæ* [16] *viſa portent, effer in medium, metus.*
AN. *Partes fere nox* [17] *alma tranſierat* [18] *duas,*
*Clarumque* [19] *ſeptem verterant ſtellæ jugum:*
[20] *Ignota tandem venit afflictæ quies,*
*Breviſque feſſis ſomnus obrepſit genis;*
([21] *Si ſomnus ille eſt mentis attonitæ ſtupor*)
*Cum ſubito noſtros Hector ante oculos ſtetit:*
[22] *Non qualis ultro bella in Argivos ferens,*
[23] *Grajas petebat facibus Idæis rates;*
*Nec cæde vaſta, qualis in Danaos furens*
*Vera ex* [24] *Achille ſpolia* [24] *ſimulato tulit.*
[25] *Non ille vultus flammeum intendens jubar,*
*Sed feſſus ac dejectus; & fletu gravis,*
*Similiſque* [26] *noſtro, ſquallida obtectus coma.*
*Iuvat* [27] *tamen vidiſſe. tum quaſſans caput,*
*Depelle ſomnos, inquit, & natum eripe,*
*O fida conjux. lateat. hæc una eſt ſalus.*
*Omitte fletus. Troja quod cecidit, gemis?*
[28] *Vtinam jaceret tota! feſtina. amove*
*Quocunque noſtræ parvulam ſtirpem domus.*
*Mihi gelidus horror ac tremor ſomnum excutit,*
*Oculoſque nunc huc pavida nunc illuc ferens,*
*Oblita nati, miſera quæſivi Hectorem.*
[29] *Fallax per ipſos umbra complexus abit.*
*O gnate, magni certa progenies patris,*
[30] *Spes una Phrygibus; unica afflictæ domus,*
*Veteriſque ſoboles ſanguinis nimium inclyti,*
*Nimiumque patri ſimilis:* [31] *hos vultus meus*
*Habebat Hector; talis inceſſu fuit,*

13 Cum vero æqua ſit mors, nō video quo minus pateat idem Trojanis ab inferis iter, & certe patet, namque (ut ſeq.) mihi apparuit Hector.
14 Ab Achillis umbris injectus de Polyxena.
15 ἐνυπνίου ὄψις ſomnium ſeu potius ὕπαρ. quod ex narratione & eventu patet.
16 φάντασμα, ὅραμα vel χρηματισμὸς. eſt enim de futuris, ede tua viſa quæ portent hos metus.
17 Inſtar cibi enim alit ſaginatque ſomnus.
18 Græci in tres ſtationes ſeu vigilias noctem diſtribuebant: Romani in quatuor; arguit autem veritatem ſomnii à tempore. vid. ſup. ℣ 116.
19 Herc. Fu. 129. *Parrhaſis obliquos Helice cum verteret axes.*
20 Miſeræ mihi inſolita.
21 Niſi ſtupor ille mentis atton. ſit dicendus potius quam ſomnus, per quem mihi apparuit hoc viſum.
22 *Non qualis redit exuvias indutus Achillis. Vel Danaum Phrygios jaculatus puppibus ignes.*
23 Græcæ claſſi flammas inferens Trojanas.
24 Patroclo Achillis armis induto & ab Hectore exuto. *Antith. vera & ſimulato.*
25 Non ille vultus rubicundus ſeu auguſtus & Majeſtate plenus. *vel* oculi ſplendore micantes, quos Ion. Chius Herculi, Homerus Achilli tribuit.
26 Vultui,
27 Etiam ſic, deformem, ſquallidum.
28 Vtinam ejus ruinæ modo poſito tandem & periodo non ulterius cædes graſſetur.
29 *Et fruſtra comprenſa manus effugit imago.*
30 Vſque ad invidiam & timorem hoſtium; ne ſuperſtes patris & patriæ excidium ulciſcaris.
31 *Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat.*

*Habi-*

*Habituque talis. ſic tulit fortes manus;*
*Sic celſus humeris, fronte ſic torva minax,*
*Cervice fuſam diſſipans lata comam.*
*O nate,* [32] *ſero Phrygibus, aut matri* [33] *cito,*
*Eritne tempus illud, ac felix dies,*
*Quo Troici defenſor & vindex ſoli,*
*Recidiva ponas Pergama, & ſparſos fuga*
*Cives reducas? nomen & patriæ ſuum,*
*Phrygibuſque reddas?* [34] *Sed mei fati immemor,*
*Tam magna timeo vota. quod captu ſat eſt,*
*Vivamus. heu me, quis locus fidus meo*
*Erit timori? quave te ſede occulam?*
*Arx illa pollens opibus & muris* [35] *deûm,*
*Gentes per omnes clara, &* [36] *invidiæ capax,*
*Nunc pulvis altus. ſtrata ſunt flamma omnia,*
*Supereſtque vaſta ex urbe ne tantum quidem*
*Quo lateat infans. quem locum* [37] *fraudi legam?*
*Eſt tumulus ingens conjugi caro ſacer,*
[38] *Verendus hoſti;* [39] *mole quem immenſa parens*
*Opibuſque magnis ſtruxit; in luctus ſuos*
*Rex non avarus. optime credam patri.*
*Sudor per artus frigidus totos cadit.*
[40] *Omen tremiſco miſera feralis loci.*
SE. *Hæc cauſſa multos una ab interitu arcuit;*
*Credi periiſſe.* [41] *vix ſpei quidquam eſt ſuper;*
*Grave pondus illum, magna nobilitas, premit.*
AN. *Ne prodat aliquis.* SE. *amove teſtes doli.*
AN. *Si quæret hoſtis?* SE. *urbe in everſa* [42] *periit.*
AN. [43] *Quid proderit latuiſſe redituro in manus?*
SE. *Victor feroces impetus primos habet.*
AN. *Quid? quod latere ſine metu magno nequit?*
SE. *Miſer* [44] *occupet præſidia, ſecurus* [45] *legat.*
AN. *Quis te locus, quæ regio ſeducta, invia*
*Tuto reponet? quis feret trepidis opem?*
*Quis proteget? qui ſemper, etiam nunc tuos,*
*Hector, tuere; conjugis furtum piæ*

32 In ſubſidium & defenſionem patri.
33 Mihi enim curæ & ſoliciti timoris cauſa es ſup. 419.
34 Sed ſortis meæ ſomniique immemor nimis felicia vota exopto. alii leg. *Memor.*
35 Neptuni & Apollinis, qui conducti à Laomedonte ſeu Ilo potius mœnibus cinxere Ilium. ſed & Æaco laboris pars demandata, ne πύργοι θεότευκτοι forent inexpugnabiles.
36 Namque *ſumma petit livor.*
37 Dolo ſed non malo. latebris ad filium occulendum. inf. ỷ. 499.
38 Cui & hoſtis abſtinet.
39 Quem Priamus in mœrorem, luctuſque, ut evenit, ſuos, nequaquam avarus ſplendidum ſtruxerat. 40 Vereor ne infauſto ſepulchri omine mortem illi prædixerim. 41 Anaſtrophe, quicquam ſupereſt. Raphelengius & Delrius alias diſponunt perſonas. AN. *vix ſpei quidquam est ſuper. Grave pondus illum, magna nobilitas, premit.* SE. *Ne prodat aliquis amove teſtes doli.* AN. *Si quæret, &c.* 24 Dic, periiſſe. 43 Quid proderit ad tempus latuiſſe, ſi poſtmodum in manus hoſtium ſit venturus. 44 Obvia quæque & quæ occurrerint præſidia capeſſat, arripiat. 45 Eligat.

*Serva, & fideli cinere victurum excipe.*
*Succede tumulo, nate. quid retro fugis,*
*Turpeſque latebras ſpernis? agnoſco [46] indolem.*
*Pudet timere. ſpiritus magnos fuge,*
*Animoſque [47] veteres. ſume quos caſus dedit.*
*En intuere, turba [48] quæ ſimus ſuper,*
[49] *Tumulus,* [50] *puer,* [51] *captiva. cedendum eſt malis.*
*Sanctas parentis conditi ſedes, age*
*Aude ſubire. fata ſi miſeros juvant,*
*Habes ſalutem. fata ſi vitam negant,*
*Habes ſepulchrum.* SE. *clauſtra commiſſum tegunt.*
*Quem ne tuus producat in medium timor,*
*Procul hinc recede, teque diverſam amove.*
AN. Levius ſolet timere, qui propius timet.
*Sed, ſi placet, referamus hinc alio pedem.*
SE. *Cohibe parumper ora, queſtuſque opprime.*
*Greſſus nefandos* [52] *dux* [53] *Cephalenum admovet.*
AN. *Dehiſce tellus, tuque conjux ultimo*
*Specu revulſam ſcinde tellurem Stygis.*
*Sinu profundo conde depoſitum meum.*
*Adeſt Vlyſſes; & quidem* [54] *dubio gradu*
*Vultuque; nectit pectore aſtus callidos.*
VL. *Duræ* [55] *miniſter ſortis, hoc primum peto,*
*Vt ore quamvis verba dicantur meo,*
*Non eſſe credas noſtra. Grajorum omnium*
*Procerumque vox eſt, petere quos* [56] *ſeras domos*
*Hectorea ſoboles prohibet. hanc fata expetunt.*
*Solicita Danaos pacis incertæ fides*
*Semper tenebit, ſemper* [57] *à tergo timor*
[57] *Reſpicere coget; arma nec poni ſinet,*
*Dum Phrygibus animos* [58] *natus everſis dabit*
*Andromacha.* AN. *veſter augur hoc Calchas canit?*
VL. *Et ſi taceret augur hæc Calchas, tamen*
[59] *Dicebat Hector, cujus & ſtirpem horreo.*
Generoſa [60] in ortus ſemina exurgunt [60] ſuos.
*Sic* [61] *ille magni parvus armenti comes,*
[61] *Primiſque nondum cornibus findens cutem,*
*Cervice ſubito celſus, & fronte arduus,*
*Gregem* [62] *paternum ducit, ac pecori imperat.*

46 Fortitudinem velut à patre hereditariam, quæ formidabilia effugere neſcit.
47 Prioris fortunæ.
48 Quæ ſuperſumus.
49 Paternus.
50 Tu.
51 Ego.
52 Vlyſſes.
53 Pop. Cephalenes inſulæ Ionii maris qui Vlyſſem ſecuti ſunt ad Trojam Αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς ἦγε κεφαλλῆνας μεγαθύμους.
54 Cunctabūdo, ancipiti κυνηγετοῦντι καὶ μέτρου μεγάλου ἴχνη νεοχάρακτα.
55 Talthybius in Troad. Euripid. μή με στυγήσῃς ἐχ' ἑκὼν τῶ ἀγγέλλω Δαναῶν τε κοινὰ Πελοπιδῶν τ' ἀγγέλματα. Solenne vero eſt mali nuncii miniſtris mandatum præfatione mollientes, culpam à ſe avertere in alios rejectam.
56 Sero reviſendas,

57 Ne ſequatur ultor. 58 Tuus ô Andromacha. 59 Rebus clare geſtis præeundo, forte verbis. 60 Vt parentes ſuos referant. 61 Vitulus *non ſum rupta fronte, qui vexat naſcenti robora cornu.* 62 Quem taurus pater duxerat.

Qua

*Quæ tenera cæſo virga de trunco ſtetit,*
*Par ipſa* [63] *matri tempore exiguo ſubit,*
*Vmbraſque terris reddit, & cœlo nemus.*
*Sic* [64] *male relictus igne de magno cinis,*
*Vires reſumit.* [65] eſt quidem injuſtus dolor
Rerum æſtimator: *ſi tamen tecum exigas,*
*Veniam dabis, quod* [66] *bella poſt hyemes decem,*
* *Totidemque meſſes jam ſenex miles timet,*
*Aliaſque clades rurſus, ac* [67] *nunquam bene*
*Trojam jacentem. magna res Danaos movet,*
[68] *Futurus Hector. libera nos hoc metu.*
*Hæc una naves cauſa* [69] *deductas* [70] *tenet;*
*Heic claſſis hæret. neve crudelem putes,*
*Quod* [71] *ſorte juſſus* [72] *Hectoris natum petam;*
*Petiſſem* [73] *Oreſtem. patere* [74] *quod victor tulit.*
AN. *Vtinam quidem eſſes, nate, materna in manu;*
*Noſſemque quis te caſus ereptum mihi*
*Teneret, aut quæ regio.* [75] *non hoſtilibus*
*Confoſſa telis pectus, aut vinclis manus*
*Secantibus præſtricta; non acri latus*
*Vtrumque flamma cincta, maternam fidem*
*Vnquam exuiſſem. nate, quis te nunc locus,*
*Fortuna quæ poſſedit? errore avio*
*Vagus arva luſtras? vaſtus an patriæ* [76] *vapor*
*Corripuit artus? ſævus an victor tuo*
[77] *Luſit cruore? nunquid immanis fera*
*Morſu peremptus paſcis* [78] *Idæas aves?*
VL. *Simulata remove verba. non facile eſt tibi*
*Decipere* [79] *Vlyſſem. vicimus* [80] *matrum dolos,*
*Etiam* [81] *Dearum: caſſa conſilia amove.*
*Vbi natus eſt?* AN. [82] *ubi Hector? ubi cuncti Phryges?*
*Vbi Priamus? unum quæris, ego quæro omnia.*
VL. *Coacta dices, ſponte quod fari abnuis.*

63 Arbori, è qua hic ſurculus ſeu planta fuit avulſa aut exciſa.
64 Incaute, *ut ſolet à ventis alimenta reſumere, quæque Parva ſubmducta latuit ſcintilla avilla creſcere & in veteres agitata reſurgere vires.*
65 Dolor eſt injuſtus æſtimator rerum.
66 Nova, alia.
* Gruterus leg. Totidemque menſes.
67 Non funditus & radicitus everſam; ſuperſtite Aſtyanacte in novi belli ſemina, ut quondam Priamo.
68 Filius tuus futurus alius Hector.
69 E litore, & ad navigandum paratas.
70 Moratur.
71 Sorte huic miniſterio delegatus. ſupra ℣.522. vel dicta per carmina ſorte, id eſt, oraculo, à Tireſia effato. ſup. 366. Oed. 291. 72 Hoſtis mihi. 73 Etiam Agamemnonis imperatoris noſtri filium. 74 Quod Agamemnon in filia Iphigenia ſup. 161. 75 Nullum me genus cruciatus cogeret ut filium proderem. 76 Incendio mixtus fumus. 77 Per ludibrium te tantulum interfecit. 78 Trojanas vel in monte Ida. 79 Emphatice qui aſtutus πολύμητις ποικιλόμητις. 80 Clytemneſtræ, cum peterem Iphigeniam ſup. ℣. 161. & Thetidos cum Achillem explorarem. ſup. ℣.211. 81 *Indignanter* pro Deæ, id eſt, Thetidos, quamvis enim & Palladis ſimulachrum ſuſtulerit, nihil tamen hoc ad matrum dolos. 82 Quaſi vero difficile ſit puerum perire, cum Hector, Phryges omnes, Priamus perierint.

AN. [83] Tuta eſt,perire quæ poteſt, debet,cupit.
VL. Magnifica verba mors prope admota excu- (tit.
AN. *Si vis,Vlyſſe,cogere Andromacham metu,*
*Vitam minare. nam mori votum eſt mihi.*
VLY. *Verberibus, igni, morte,cruciatu, eloqui*
*Quodcunque celas, adigit invitam dolor,*
*Et pectore imo condita arcana eruet.*
Neceſſitas plus poſſe quam pietas ſolet.
[84] Stulta eſt [85] fides,celare quod prodas ſtatim.
AN. *Propone flammas, vulnera, & diras mali*
*Doloris artes, & famem, & ſævam ſitim,*
*Variaſque peſtes undique & ferrum inditum*
*Viſceribus iſtis, carceris cæci luem,*
*Et quidquid audet victor iratus, tumens.*
VLY. [86] *Animoſa nullos mater admittis metus.*
[87] *Hic ipſe, quo nunc contumax perſtas, amor,*
*Conſulere parvis liberis Danaos monet.*
*Poſt arma tam* [88] *longinqua, poſt annos decem;*
*Minus timerem quos* [89] *facit Calchas metus,*
*Si mihi timerem. bella* [90] *Telemacho paras.*
AN. *Invita Vlyſſi gaudium ac Danais dabo?*
*Dandum eſt.* [91] *fatere, quos premis luctus, dolor.*
*Gaudete Atridæ; tuque lætifica, ut ſoles,*
*Refer Pelaſgis. Hectoris proles obiit.*
VLY. *Et eſſe verum hoc qua probas Danais fide?*
AN. [92] *Ita quod minari maximum victor poteſt,*
*Contingat, & me fata maturo exitu*
*Facilique ſolvant, ac* [93] *meo condant ſolo,*
*Et patria tellus Hectorem* [94] *leviter premat;*
[92] *Vt luce caret, ut* [92] *inter extinctos jacet,*
*Datuſque tumulo* [95] *debita exanimis tulit.*
VLY. *Expleta fata ſtirpe ſublata Hectoris,*
*Solidamque pacem lætus ad Danaos feram.*
*Quid agis Vlyſſe? Danaidæ credent tibi?*
*Tu cui? parenti. fingit an quidnam parens,*
*Nec abominandæ mortis* [96] *auſpicium pavet?*
[97] *Auſpicia metuunt, qui nihil majus timent.*
*Fidem alligavit jurejurando ſuam.*
*Si pejerat, timere quid gravius poteſt?*

83 Quæ poteſt, debet, cupitque mori, ſecura eſt.
84 Plerique libri verſum hunc non agnoſcunt.
85 Silentium.
86 Alii alias diſponunt, & hunc verſum Andromachæ tribuentes legunt, *Animoſa nullos mater admittis metus.* VL. *hic ipſe quo*, &c.
87 Amoris iſte affectus, quo tam pertinaciter filio tuo proſpicis, & nos monet noſtris æque conſulere.
88 Procul à patria.
89 Vaticinatur.
90 Filio meo. ſi ſuperſit Aſtyanax in ultionem.
91 Fatere, ô dolor, luctus quos premis.
92 Et ipſum ſophiſtam Vlyſſem pene capit æquivoci juramenti fallacia, dum jurat mater filium (in tumulo abditum) luce carere & inter extinctos jacere.

93 Patrio ſolo, nec abducar captiva. 94 Vide ultimum verſ. *Hippolyti.* 95 Exequias. juſta debita mortuis. 96 Omen mortis immaturæ duræque & malorum, quibus ſe jurejurando devovet. 97 Interrogative hoc, *vel* Ironice.

*Nunc*

*Nunc advoca aſtus, anime; nunc fraudes, dolos,*
*Et* [98] *totum Vlyſſem.* veritas nunquam latet.
[99] *Scrutare matrem. mœret, illacrymat, gemit,*
*Et huc & illuc anxios greſſus refert,*
*Miſſaſque voces aure ſolicita excipit.*
*Magis hæc timet quam mæret. ingenio eſt opus:*
* *Alios parentes* [1] *alloqui in luctu decet:*
*Tibi gratulandum eſt. miſera, quod nato cares,*
*Quem mors monebat ſæva, præcipitem datum*
*E turre, lapſis ſola quæ muris manet.*
AN. [2] *Reliquit animus, membra quatiuntur, labant,*
*Torpetque vinctus frigido ſanguis gelu.*
VL. *En tremuit.* [3] *hac hac parte quærenda eſt mihi.*
*Matrem timor detexit. iterabo metum.*
[4] *Ite, ite, celeres, fraude materna abditum*
*Hoſtem Pelaſgi nominis, peſtem ultimam,*
*Vbicunque latitat, erutam in medium date.*
[5] *Bene eſt, tenetur. perge, feſtina, attrahe.*
*Quid reſpicis, trepidaſque? jam certe perit.*
AN. [6] *Vtinam timerem, ſolitus ex longo eſt metus.*
Dediſcit animus ſero quod didicit diu.
VLY. [7] *Luſtrale quoniam* [8] *debitum muris puer*
*Sacrum anteceſſit; nec poteſt vatem ſequi*
[9] *Meliore fato raptus: hoc Calchas ait*
*Modo piari poſſe rediturus rates,*
*Si placet undas Hectoris ſparſi cinis,*
*Ac tumulus imo totus æquetur ſolo.*
*Nunc ille quoniam debitam effugit necem,*
*Erit admovenda* [10] *ſedibus ſacris manus.* *( mor:*
AN. [11] *Quid agimus? animum diſtrahit geminus ti-*
*Hinc gnatus, illinc conjugis chari cinis.*
*Pars utra vincet? teſtor immites deos,*
*Deoſque veros, conjugis* [12] *manes mei,*
*Non aliud, Hector, in meo nato mihi*
*Placere,* [13] *quam te. vivat, ut poſſit tuos*

98 Omnes Vlyſſis artes, technas, aſtus.
99 *Hæc ſecum, mulieris geſtus advertens.*
* *His Andromacham ſubdole affatur.*
1 Conſolari. *alloquio curæ parte levare decet.* παραμυθεῖσθαι.
2 Al. *Deliquit* P. Scriverius leg. *Me liquit.* & hæc quibuſdam lib. continuantur Vlyſſi tacite & callide mulieris affectus obſervanti.
3 Per timorem.
4 *Comites ſeu famulos alloquitur.*
5 Fingit puerum inventum ab aliquo è ſuis abduci à tergo Andromachæ, quod illa timens reſpicit trepide. unde illam filium occuliſſe conjicit.
6 Excuſat metum à metu diuturno profectum non à juſta cauſa, inquiens, utinam mihi viveret filius eſſetque veri timoris cauſa! 7 Vt mulierem penitus excutiat, metum illi adauget, fingitque jubere Calchantem undas Hectoris cineribus placare, ſi minus inveniatur puer. 8 De turre dejiciendum. 9 Mitiore, quam ut de turre præcipitaretur. 10 Sepulchro Hectoris. Sepulchra autem violare nefas, omniumque nationum ritibus & legibus cautum. 11 *Hæc ſecum.* 12 *Appoſitive.* præcipuo autem honore veteres colebant deos Domeſticos & ſuorum lares. 13 Quam quod te referat.

*Referre vultus.* [14] *Prorutus tumulo cinis*
*Mergetur? oſſa fluctibus ſpargi ſinam*
*Disjecta vaſtis? potius* [15] *hic mortem oppetat.*
*Poteris nefandæ deditum mater neci*
*Videre? poteris celſa per faſtigia*
*Miſſum rotari? potero; perpetiar; feram,*
*Dum non meus poſt fata victoris manu*
*Iactetur Hector.* [15] *hic ſuam pœnam poteſt*
*Sentire; at* [16] *illum fata jam in tuto locant.*
*Quid fluctuaris? ſtatue, quem pœna extrahas.*
*Ingrata, dubitas? Hector eſt illic tuus.*
*Erras, utrinque eſt Hector: hic* [17] *ſenſu potens,*
*Forſan futurus ultor extincti patris.*
*Vtrique parci non poteſt. quidnam facis?*
*Serva è duobus, anime, quem Danai timent.*
VL. *Reſponſa peragam, funditus* [18] *buſta eruam.*
AN. [19] *Quæ vendidiſtis?* VL. *pergam, & è ſummo*
*Traham ſepulchra.* AN. *cœlitũ appello fidem,* (*aggere*
*Fidemque Achillis; Pyrrhe, genitoris tui*
[19] *Munus tuere.* VL. *tumulus hic campo ſtatim*
*Toto jacebit.* AN. [20] *fuerat hoc prorſus nefas*
*Danais inauſum. templa violaſtis,* [21] *Deos*
*Etiam faventes. buſta tanſierat furor.*
*Reſiſtam, inermes offeram armatis manus.*
*Dabit ira vires.* [22] *qualis Argolicas ferox*
*Turmas Amazon ſtravit; aut qualis* [23] *Deo*
*Percuſſa* [24] *Mænas,* [25] *entheo ſylvas gradu*
*Armata thyrſo terret. atque* [26] *expers ſui*
*Vulnus dedit, nec ſenſit; in medios ruam,*
*Tumuloque cineris ſocia defenſo cadam.*
VL. *Ceſſatis? & vos flebilis clamor movet,*
*Furorque caſſus fœminæ? juſſa ocyus*
*Peragite.* AN. *me, me ſternite heic ferro prius.*
*Repelle Avernum. rumpe fatorum moras.*
[27] *Molire terras Hector ut Vlyſſem domes.*
*Vel umbra ſatis eſt.* [28] *arma concuſſit manu:*

14 Fluctuat metu dubia mulier, nec cogitat erui non poſſe cineres ſalvo filio in tumulo abſcondito.
15 Aſtyanax.
16 Hectorem.
17 Vivus.
18 Tumulum in quo cadaver uſtum & cinefactum. proprie enim cadaveris crematio *Buſtum* dicitur ab antiquo Buro à πυρόω locus. *Vſtrina*, operis extructio *Sepulchrum*, Inſcriptio *Monumentum*. ſtrues lignorum, *Rogus*. Ignis inflammatus, *Pyra*. apparatus mortuorum, *Funus*.
19 Corpus Hectoris mortui Achillis, locum ſepulchro extruendo Græci vendiderunt.
20 Hactenus à ſepulchris violandis abſtinuiſtis, cætera utut furioſi.
21 Vt Palladem.
22 *Quales Threiciæ cum flumina Thermodoontis Pulſant & pictis bellantur Amazones armis, ſeu circum Hippolyten, ſeu cum ſe Martia curru Penthesilea refert.*
23 Furore Bacchico percita.
24 Agave. Theb. 17. & Oedip. 616.
25 Afflatu numinis acto. Oed. 628.
26 Mente abalienata, animi impos.
27 Ἄρηξον, ἔλθε, καὶ σκιὰ φάνηθί μοι, Ἀλλις ϛο. Eurip.
28 *Vel* in eorum terrorem fingit, *vel* per phantaſiam videtur cernere Hectorem.

[29] *Iaculatur ignes. cernitis Danai Hectorem?*
*An ſola video?* VL. *funditus cuncta erue.*
AN. *Quid agis? ruina mater & gnatum & virum*
*Proſternis una. forſitan Danaos prece*
*Placare poteris.* [30] *conditum elidet ſtatim*
*Immane buſti pondus.* [31] *intereat miſer,*
*Vbicunque potius, ne pater gnatum obruat,*
*Prematque patrem gnatus.* [32] *ad genua accido*
*Supplex, Vlyſſe, quamque nullius pedes*
*Novere dextram, pedibus admoveo tuis.*
*Miſerere matris, & preces placidus pias*
*Patienſque recipe; quoque te celſum altius*
*Superi levarunt, mitius lapſos preme.*
Miſero datur quodcunque [33] fortunæ datur.
[34] *Sic te reviſat* [35] *conjugis ſancta torus,*
*Annoſque dum te recipit extendat ſuos*
[36] *Laerta! ſic te* [37] *juvenis excipiat tuus,*
*Et vota vincens veſtra felici indole,*
*Ætate* [38] *avum tranſcendat, ingenio patrem!*
*Miſerere matris. unicum afflicta mihi*
*Solamen hic eſt.* VL. *exhibe gnatum, & roga.*

29 Vt quondam, naves Græcorum flammis petens. 30 Filium abſconditum. 31 Vel de turre præcipitatus aut ubicunque, modo ne in patris ſepulchro. 32 Verecundiæ veteres frontem aſſignabant, impudentiæ os, ſagacitati vel irriſioni naſum, judicio aurem, faſtui ſupercilium, virtuti & fidei dextram, miſericordiæ genua, quæ illius cui ſe ſupplices ingererent contingebant ut & caput, ſeu mentum, & dextram. velut τὸ ἡγεμονικὸν, τὸ πρακτικὸν, καὶ τὸ κινητικὸν, Symbola conſenſus actionis & progreſſus ad præſtanda quæ petuntur. 33 Par relaturæ illi qui ſuccurrit miſeris, lubricæ fortunæ memor. Lipſ. autem legit *Miſeræ datur quodcunque fortunæ datur.* q. d. animo vere liberali datur, non aucupanti & retributionem ſperanti. 34 Sic tu reviſas thorum. *Hypallage.* 35 Penelopes caſtæ & reditum tuum expectantis. 36 Pater tuus. 37 Telemachus filius. 38 Laërtem.

## ANDROMACHA.

*Evocat filium è tumulo mater, jubetque ſupplicem petere Vlyſſis gratiam.*

H*Vc è latebris procede tuis,*
*Flebile matris furtum miſeræ.*
*Hic puer,* [1] *hic eſt terror, Vlyſſe,*
*Mille carinis. Submitte manus,*
*Dominique pedes ſupplice dextra*
*Stratus adora: nec turpe puta,*
*Quidquid miſeros fortuna jubet.*
*Pone ex animo reges atavos,*
[2] *Magnique ſenis jura per omnes*
*Inclyta terras: excidat* [3] *Hector.*

1 *Argivis de patre timendus, Aſtyanax.* Aulon.

2 Priami.
3 Memoria, *vel* indoles & virtus Hectoris.

[4] *Gere captivum; poſitoqe genu,*
[5] *Si tua nondum funera ſentis,*
*Matris fletus imitare tuæ.*
*Vidit* [6] *pueri regis lacrymas*
*Et Troja prior, parvuſque minas*
*Trucis* [7] *Alcidæ flexit Priamus.*
*Ille, ille ferox, cujus vaſtis*
*Viribus omnes ceſſere* [8] *feræ:*
*Qui perfracto limine Ditis*
*Cæcum retro patefecit iter,*
[9] *Hoſtis parvi victus lacrymis,*
*Suſcipe, dixit, rector* [10] *habenas,*
*Patrioque ſede celſus ſolio,*
*Sed ſceptra fide* [11] *meliore tene.*
*Profuit illo victore capi.*
*Diſcite mites* Herculis *iras;*
[12] *An ſola placent Herculis arma?*
*Iacet ante pedes non minor* [13] *illo*
*Supplice* [14] *ſupplex, vitamque petit.*
*Regnum Trojæ, quocumque volet,*
*Fortuna ferat.*

4 Geſtu te præbe, gere te more captivi.
5 Si forte non intelligis malum tuum & mortem paratam.
6 Priami tum pueri futuri regis. ſup. 129.
7 Herc. Fu. 356.
8 Monſtra domita.
9 Priami.
10 Gubernacula, imperium.
11 Quam pater Laomedon, qui perfide primum Deos urbis munitores promiſſa mercede, mox Herculem equis propter liberatam à monſtro marino Heſionem pactis fraudavit ſup. ỳ. 131.
12 An Hercul. ſagittæ in expugnanda Troja ſolæ placent vobis? annon & mores, miſericordia & clementia?
13 Priamo.
14 Aſtyanax.

## VLYSSES. ANDROMACHA. ASTYANAX.

*Precibus minas & diras miſcet Andromache, Vlyſſem orans nec exorans.*

*Matris quidem me mœror attonitæ movet;*
*Magis Pelaſgæ me tamen matres movent,*
*Quarum iſte magnos creſcit in luctus puer.*
AN. [1] *An has ruinas urbis in cinerem datas*
[2] *Hic excitabit? hæ manus Trojam erigent?*
*Nullas habet ſpes Troja, ſi* [3] *tales habet.*
[4] *Non ſic jacemus Troës, ut cuiquam metus*
*Poſſimus eſſe? ſpiritus* [5] *genitor facit?*
*Sed nempe tractus ipſe* [6] *poſt Trojam pater*
*Poſuiſſet animos, magna quos frangunt mala.*
*Si pœna petitur, quæ peti gravior poteſt?*
[7] *Famulare collo nobili ſubeat* [7] *jugum:*

1 Emphatice ut ſup. ỳ. 474.
2 Infans, puellus Τροίαν ποτε Πεσοῦσαν ὀρθώσειν, &c. Eurip.
3 Tam macras, lentas, exiles.
4 Imo tam funditus deleti, ut non amplius timendi ſimus.
5 Hector.
6 Circa mœnia Trojæ Achillis bigis raptus. vel ad naves & ter circum Patrocli tumulum raptatus.
7 Servitutis onus.

Servire

*Servire liceat. aliquis hoc* [8] *regi negat?*
VLY. *Non hoc Vlyſſes: ſed negat* [9] *Calchas tibi.*
AN. [10] *O machinator fraudis: ô ſcelerum artifex;*
*Virtute cujus bellica nemo occidit,*
*Dolis & aſtu malefica mentis jacent*
*Etiam* [11] *Pelaſgi;* [12] *vatem & inſontes deos*
*Prætendis! hoc eſt pectoris facinus tui,*
[13] *Nocturne miles, fortis in pueri necem.*
*Iam* [14] *ſolus audes aliquid, &* [13] *claro die.*
VLY. *Virtus Vlyſſis nota Danais eſt ſatis;*
*Nimiſque Phrygibus. non vacat vanis diem*
*Conterere verbis: anchoras claſſis* [15] *legit.*
AN. *Brevem moram largire, dum officium parens*
*Gnato ſupremum reddo, & amplexu ultimo*
*Avidos dolores ſatio.* VLY. [16] *miſereri tui*
*Vtinam liceret! quod tamen ſolum licet,*
*Tempus moramque dabimus. arbitrio tuo*
*Implere lacrymis:* [17] fletus ærumnas levat.
AN. *O dulce pignus! O decus lapſæ domus!*
*Summumque Trojæ funus! O Danaum timor!*
*Genetricis ô ſpes vana! cui demens ego*
[18] *Laudes parentis bellicas, annos avi*
*Medios precabar: vota deſtituit deus.*
*Iliaca non tu ſceptra regali potens*
*Geſtabis aula; jura nec populis dabis,*
*Victaſque gentes ſub tuum mittes jugum;*
[19] *Non Graja cædes terga. non* [20] *Pyrrhum trahes;*
*Non* [21] *arma tenera* [21] *parva tractabis manu;*
*Sparſaſque paſſim ſaltibus latis feras*
*Audax ſequeris: nec ſtato* * *luſtri die*
[22] *Solenne referens Troici* [23] *luſtri* [22] *ſacrum,*
*Puer citatas nobilis turmas ages:*

8 Regia ſtirpe edito, regni hæredi, ἀξυάνακτι.
9 Deorum oraculum, cujus interpres Calchas.
10 Deplorata ſalutis ſpe ſe ad convitia in vindictam convertit.
11 Iphigenia ſup. ℣. 567. Palamedes falſa proditionis accuſatione oppreſſus: & Ajax in contentione de armis Achillis victus.
12 Calchanta & deos hoc non jubentes.
13 Qui noctu ſolum expeditiones ſeu furta potius exerces, ut in rapiendo Palladio & Rhæſi tentoriis deprehendendis. ſup. ℣ 38.
14 Sine Diomede comite.
15 Retrahit in navem, *Wajeth anchor.*
16 Et miſericordiam profitetur Sophocleus ille Vlyſſes, ἐποικτείρω δέ νιν Δύστηνον ἔμπης καί περ ὄντα δυσμενῆ.
17 *Expletur lacrymis, egeriturque dolor.*
18 Fortitudinem patris, Priami ætatem mediam, id eſt, florentem opibus, regno, liberis; non optarem ejus ſenectutem: quæ miſeriarum exemplum.
19 Vt pater.
20 In filio, patrem tuum ultus.
21 Exercitationes & præludia bellica, venationes ſc. Trojanum agmen, ſaltationes. * Vide Herc. Fu. ℣. 840.
22 A nobilibus pueris equeſtribus & armatis peractum, quem deſcribit Virgilius 5 Æneid. quæ Pyrrhica dicta eſt, vel Troja.
23 Lege *Ludi* aut *feſti*, ut evitetur inſuavis repetitio ejuſdem vocis in verſu præcedenti.

Non

24 Choreæ in Dyndimenes ſacris, ſaltando ad Phrygium modum, qui cæteris quatuor concitatior. Æolius enim ſimplex & animi tempeſtates tranquillat; Doricus honeſtus & gravis pudicitiæ largitor; Ionius ſeu Iaſius varius, intellectum obtuſis acuit; Lydius querulus mentem curis defatigatam reparat & oblectat; Phrygius vero religioſus & ἔνθεος, pugnas excitat & votum furoris inflammat.
25 Curva tibia. ἐν ἀυλοῖς Στυδαπτοὶ Πέλοπος, ματρὸς ὀρείας φρύγιον ἄεισαν νόμον.
26 *Barbara & horribili ſtridebat tibia cantu.* Catul.

*Non inter aras* [24] *mobili velox pede*
*Revocante* [25] *flexo* [26] *concitos cornu modos,*
[27] *Barbarica* [28] *priſco templa ſaltatu coles.*
*O morte dira triſtius leti genus!*
*Flebilius aliquid Hectoris magni nece*
[29] *Muri videbunt.* VL. [30] *rumpe jam fletus parens,*
Magnus ſibi ipſe non facit finem dolor.
AN. *Lacrymis, Vlyſſe, parva, quam petimus, mora eſt,*
*Concede, parvos ut mea* [31] *condam manu*
*Viventis oculos. occidis parvus quidem,*
*Sed jam timendus. Troja te expectat tua*
*I, vade liber,* [32] *liberos Troas vide.*
AS. *Miſerere mater.* AN. *quid meos retines ſinus,*
*Manuſque matris? caſſa præſidia occupas.*
*Fremitu leonis qualis audito tener*
*Timidum juvencus applicat matri latus;*
*At ille ſævus matre ſummota leo,*
33 *Prædam minorem morſibus vaſtis premens*
*Frangit, vehitque: talis è noſtro ſinu*
*Te rapiet hoſtis.* 34 *oſcula, & fletus, puer,*
35 *Laceroſque crines excipe, & plenus* [36] *mei*
*Occurre patri; pauca maternæ tamen*
*Perfer querelæ verba:* [37] *Si manes habent*
*Curas priores, nec perit flammis amor;*
*Servire Grajo pateris Andromachen jugo*
*Crudelis Hector,* [38] *lentus & ſegnis jaces?*
*Rediit Achilles.* [39] *ſume nunc iterum comas,*
*Et ſume lacrymas; quidquid è miſero* [40] *viri*
*Funere relictum eſt; ſume quæ reddas tuo*
*Oſcula parenti: matris hanc ſolatio*
*Relinque veſtem. tumulus* [41] *hanc tetigit meus,*

27 Phrygia. 28 Phrygio. 29 *Iliaci, Neptunia mœnia, muri Viderunt aliquid crudelius Hectore rapto.* Auſon. 30 Deſine, mitte. 31 Claudam. quod proxime neceſſitudine conjuncti officium eſt. 32 Apud inferos, qui bello mortem oppetierunt nec in ſervitutem redacti. 33 Iuvencum. 34 Vivo filio ſed morti deſtinato juſta perſolvit. reſpicit autem ad ritum oſſa componendi, qui talis: primo buſtum vino extinguebant, manes vocabant, lotis deinde manibus oſſa legebant, lecta vino perfundebant & lacte, mox vento ſiccanda exponebant, ſiccata aromatibus & odoribus miſta in urnam reponebant, reliquiis lacrymas ſuperfundebant. 35 Hippolyt. ℣. 1176. 36 Spiritus mei ab oſculis; lacrymarum, crinium. 37 Si affectus maneant poſt rogos, *nec curæ nos ipſa in morte relinquant.* 38 Cur non & tua umbra rediit, ut Achillis? ſup. 430. 39 Modo ℣. 798. 40 Mei Hectoris. 41 Veſtem, qua obvolutus in ſepulchro à matre abſconditus fuerat.

*Maneſ-*

*Maneſque chari.* [42] *quidquid heic cineris latet,*
*Scrutabor ore.* VL. *nullus eſt flendi modus,*
*Abripite propere claſſis Argolicæ* [43] *moram.*

42 Cineres, ſuorũ, ne qua pars periret, labris & ore ſcrutati lambere ſolebant. Herc. Oet. 1341. 43 Puerum in quo mora, ut ſup. ℣. 550.

CHORVS.

*Aſportandæ Troades in varia Græciæ loca, prout ſorte Achivis diſpertitæ contigerant, in quamcunque tamen Græciæ partem abduci præoptant quam in Spartam, Mycenas, & Ithacam, Helenæ Agamemnonis & Vlyſſis patriam.*

QVæ vocat ſedes habitanda captas?
*Theſſali montes, & opaca* [1] *Tempe?*
*An viros tellus dare militares*
*Aptior* [2] *Phthie? meliorque fœtu*
*Fortis armenti* [3] *lapidoſa* [3] *Trachyn?*
*An* [4] *maris vaſti domitrix* [4] *Iolcos?*
[5] *Vrbibus centum ſpacioſa Crete?*
*Parva* [6] *Cortyne, ſterilíſque* [7] *Tricce?*
*An frequens ruſcis levibus* [8] *Methone,*
*Quæ ſub* [9] *Oetæis latebroſa ſylvis*
*Miſit infeſtos Troïæ ruinis*
[10] *Non ſemel arcus?*
[11] *Olenos tectis habitata raris?*
*Virginis* [12] *Pleuron inimica Divæ?*
*An maris lati ſinuoſa* [13] *Trœzen?*
*Pelion regnum* [14] *Prothoi ſuperbum,*
[15] *Tertius cœlo gradus?* [16] *hîc recumbens*
*Montis exeſi ſpacioſus antro*
[17] *Iam trucis Chiron pueri magiſter,*
*Tinnulas plectro feriente chordas,*
[18] *Tunc quoque ingentes acuebat iras*
*Bella canendo.*
*An ferax* [19] *varii* [20] *lapidis* [21] *Caryſtos?*
*An premens litus maris inquieti*
*Semper* [22] *Euripo properante* [23] *Chalcis?*

1 Theſſaliæ loca amœna. 2 Theſſaliæ pars, Achillis & Myrmidonum patria. 3 Theſſaliæ urbs & pars quod τραχίνη, id eſt, aſpera ſit, dicta. 4 Iaſonis patria, qui ad vellus aureum petendum vectus Argo, mare navibus pervium docuit. 5 Ἑκατόμπολις inſula. 6 Cretæ opp. 7 *Al.* Tricca, Theſſaliæ urbs. 8 Thraciæ urbs, cui aliæ cognomines in Meſſenia, Macedonia, Euboja, &c. 9 Oeta mons in finibus Theſſaliæ, Herculis rogo celebris. 10 Supra ℣. 133. 11 Elidis urbs. 12 Ætoliæ urbs Meleagri patria, cujus pater Oeneus cum ceteris numinibus frugum honores ſacrificaret omiſſa Diana, indignata Dea immiſit aprum qui Ætoliam vaſtaret. 13 Peloponneſi civitas maritima, Theſei patria. 14 Μαγνήτων δ' ἦρχε Πρόθοος, Τενθρηδόνος υἱός, Οἳ περὶ Πηνειὸν καὶ Πήλιον εἰνοσίφυλλον, Non *Protei*, ut habetur in vulgatis. 15 Pindo ſeu Olympo & Oſſæ ſuperingeſtus à gigantibus. vid. Herc. Fu. 970. 16 In Pelio. 17 Achillis, quem puerum inſtruxit centaurus Chiron medica, muſica, & equitandi arte. 18 Μῆνιν Homericam reſpicit. *vel* Achillis tum juvenis *mares animos in Martia bella Verſibus exacuit.* 19 Sunt qui metri cauſa ſubdant *vari lapidis*, cum tamen alibi pluries reperiatur Dactylus in ſecunda Sapphici ſede, è licentia Tragicorum. 20 Marmoris. 21 Vna è Cycladum inſulis. 22 Herc. Fu. 377. 23 Eubojæ urbs, ab Aulide Bœotiæ portu Euripo diviſa.

Quali-

*Quolibet vento faciles [24] Echinæ?*
*An carens nunquam [25] Gonoëſſa vento?*
*Quæque [26] formidant Borean [26] Eniſpæ?*
*Attica pendens [27] Peparethos ora?*
*An ſacris gaudens [28] tacitis [29] Eleuſis?*
[31] *Numquid Ajacis Salamina [30] veram?*
*Aut [32] fera notam [33] Calydona ſæva?*
*Quaſque perfundit ſubiturus æquor*
*Segnibus terras [34] Titareſſos undis,*
*Beſſan & Scarphen? [35] Pylon an ſenilem?*
[36] *Pharin? an [37] Piſam Iovis, & [38] coronis*
[39] *Elida claram?*
*Quolibet triſtis miſeras procella*
*Mittat, & donet cuicumque terræ:*
*Dum [40] luem tantam Trojæ atq; Achivis*
*Quæ tulit, [41] Sparte procul abſit: abſit*
*Argos, & ſævi Pelopis Mycenæ;*
[42] *Neritos parva brevior [43] Zacyntho,*
*Et nocens ſaxis Ithace [44] doloſis.*
[45] *Quod manet fatum, dominuſque quis te,*
*Aut quibus terris Hecube videndam*
*Ducet? in cujus moriere regno?*

24 Echinæ ſeu Echinades inſulæ ad oſtium Acheloi. 25 In Ætolia. 26 Καὶ ἠνεμόεσσαν Ενίσπην. 27 Legendum videtur *Perithados*, qui Atticæ vicus, vel aliquid ſimile. nam Peparethos è Cycladum numero eſt. 28 Cereris ſacris non revelandis. Herc. Fu. ℣. 301, & 844. 29 Hippol. 635. 30 Inſulam Atticam, Telamoni regnatam; non illam à Teucro in Cypro conditam; & hic deeſſe aliquid videtur ad perficiendam conſtructionem, niſi referantur Accuſativi ad *Mittat*, infr. ℣. 850. 31 Sed quo caveatur conſtructioni Nominativi in Accuſativum tranſeuntis, Io. Scaliger inſerit duos verſus: *Quove jactata pelago feremur Exules? ad quæ loca? quas ad urbes?* atque illos in editione ſua adoptat P. Scriverius. 32 Apro. ſup. ℣. 825. 33 Vrbem Ætoliæ. 34 Titareſius Theſſal. amnis qui Locros perfluit, quorum urbes ſunt Beſſa & Scarpe. 35 Meſſeniæ, *Pylon antiquam, Nelia Neſtoris arva.* 36 Laconiæ urbem. 37 Thyeſt. ℣. 122. 38 Victorem præmiis in ludis Olympicis juxta Elida urbem. 39 Vide Herc. Fu. 829. 40 Helenam. 41 Laconum urbs. 42 Mons Ithacæ. 43 Inſula Vlyſſi regnata. *nemoroſa Zacynthos, Dulychiumque Sameque & Neritos ardua ſaxis.* 44 Latentibus ſub undis. vel Ithaca ſaxoſa & aſpera, nidus inter ſcopulos, Vlyſſis doloſi patria & regnum. 45 Converſus ad Hecubam Chorus hoc quærit.

## ACTVS QVARTVS.

### HELENA. ANDROMACHA. HECVBA. POLYXENA, muta perſona.

*Vt manibus Achillis rite inferiæ peragantur, excogitata ratio eſt, qua ut veſte ita animo nuptiali affecta mactetur Polyxena. vid ſup. v. 360. quæ partes dantur Helenæ ut Polyxenam lactet inani ſpe nuptiarum cum Pyrrho. quas illa primo ſimulat, mox Andromachæ jurgio excuſſa dolos fatetur & rem aperte ſuadet.*

*Quicunque [1] hymen funeſtus, illætabilis,*
*Lamenta, cædes, ſanguinem, gemitus habet,*

1 Thebaid. 362.

Eſt

*Eſt* [2] *auſpice Helena* [3] *dignus. everſis quoque*
*Nocere cogor Phrygibus; ego Pyrrhi thoros*
*Narrare falſos jubeor; ego* [4] *cultus dare,*
*Habituſque Grajos. arte capietur mea,*
*Meaque fraude concidet* [5] *Paridis* [5] *ſoror.*
*Fraudetur. ipſa levius hoc equidem reor.*
[6] Optanda mors eſt, ſine metu mortis mori.
*Quid* [7] *juſſa ceſſas agere?* ad auctores redit
Sceleris coacti culpa. [8] *Dardaniæ domus*
*Generoſa virgo, melior afflictos Deus*
*Reſpicere cœpit; teque felici parat*
*Dotare thalamo. tale conjugium tibi*
*Non ipſa ſoſpes Troja, non Priamus daret.*
*Nam te* [9] *Pelaſgæ maximum gentis decus*
*Ad ſancta lecti jura legitimi petit,*
*Cui regna campi lata Theſſalici jacent:*
*Te magna* [10] *Tethys, teque tot pelagi deæ,*
*Placidumque numen æquoris tumidi* [11] *Tethys*
*Suam vocabunt: te datam Pyrrho ſocer*
*Peleus* [12] *nurum vocabit, & Nereus* [11] *nurum.*
*Depone cultus ſquallidos,* [13] *feſtos cape.*
*Dediſce captam: deprime horrentes comas,*
*Crinemque* [14] *docta patere diſtingui manu,*
*Hic forſitan te caſus excelſo magis*
*Solio reponet.* profuit multis capi.
AN. *Hoc deerat unum Phrygibus everſis malum,*
*Gaudere? flagrant ſtrata paſſim Pergama.*
[15] *O conjugale tempus! an quiſquam audeat*
*Negare? quiſquam dubius ad thalamos eat,*
*Quos Helena ſuadet? peſtis, exitium, lues*
[16] *Vtriuſque populi! cernis hos tumulos ducum?*
*Et nuda totis oſſa quæ paſſim jacent*
*Inhumata campis? hæc hymen ſparſit tuus.*
*Tibi fluxit* [17] *Aſiæ, fluxit* [18] *Europæ cruor;*
[19] *Cum dimicantes lenta proſpiceres viros,*
*Incerta voti.* [20] *perge, thalamos appara.*

2 Veteres nihil non initiabantur ab augurio, in nuptiis itaque adhibiti auſpices.
3 Digna ſane pronuba quæ haſce funeſtas nuptias conciliaret, nam & ipſa bis rapta, jura jugalia violaverat, Paridem ſecuta Menelaum deſeruerat, Deiphobum prodiderat, Trojamque in prioris mariti gratiam.
4 Sup. ℣. 360.
5 Polyxena.
6 Repentina, & ſubita mors, *quæ & Iulio Cæſari optata contigit.*
7 Duces Græcos, qui mihi invitæ has partes mandarunt.
8 Converſa ad Polyxenam, hæc.
9 Pyrrhus, cui campi Theſſ. parent lata regna. te in conjugium petit.
10 Maris Dea, Neptuni conjux.

11 Mater Achillis Dea marina. Pelei uxor. 12 Affinem, neptem, nurum, &c. 13 Nuptiales. 14 Pſecados, coſmeræ, cinifionis, commotriæ, ancillæ ornatricis, quæ *pectitque comas & volvit in orbem.* 15 Ironice. 16 Trojani & Græci. 17 In qua Troja. 18 In qua Græcia. 19 Cum è muro Trojano proſpiceres duos maritos tuos monomachia de te certantes, ipſa cui faveas incerta legitimone Menelao an raptori Paridi. 20 *Ironice.*

*Tedis quid opus eſt? quidve* [21] *ſolenni face?*
*Quid igne?* [22] *thalamis Troja prælucet novis.*
*Celebrate Pyrrhi, Troades, connubia;*
*Celebrate* [23] *digne planctus & gemitus ſonent.*
HEL. *Ratione quamvis careat, & flecti neget*
*Magnus dolor, ſocioſque nonnunquam ſui*
*Mœroris ipſos oderit; cauſam tamen*
*Poſſum tueri judice infeſto meam;*
[24] *Graviora paſſa.* [25] *luget Andromacha Hectorem,*
*Et Hecuba Priamum: ſolus occulte Paris*
*Lugendus Helenæ eſt.* [26] durum & inviſum & grave eſt,
Servitia ferre. *patior hoc olim jugum*
*Annis decem captiva.* [26] *proſtratum Ilium eſt,*
[27] *Verſi penates. perdere eſt patriam grave;*
*Gravius* [28] *timere. vos* [28] *levat tanti mali*
[29] *Comitatus.* [29] *in me victus & victor furit.*
*Quam quiſque famulam traheret, incerto diu*
*Caſu pependit; me* [30] *meus traxit ſtatim*
*Sine ſorte dominus.* [31] *cauſſa bellorum fui,*
*Tantæque Teucris cladis. hoc verum puta,*
*Spartana puppis veſtra ſi ſecuit freta:*
*Sin rapta Phrygiis præda remigibus fui,*
*Deditque donum judici victrix Dea:*
*Ignoſce* [32] *Paridi.* [33] *judicem iratum mea*
*Habitura cauſſa eſt: iſta Menelaum manent*
*Arbitria.* [34] *nunc hanc luctibus paulum tuis,*
*Andromacha, omiſſis flecte. vix lacrymas queo*
*Retinere.* [35] AN. *quantum eſt, Helena quod lacrymat,*
*Cur lacrymat autem? fare, quos Ithacus dolos, malũ!*
*Quæ ſcelera nectat. utrum ab Idæis jugis*
*Iactanda virgo eſt? arcis an celſæ edito*
*Mittenda ſaxo? num per has vaſtum in mare*
*Volvenda rupes, latere quas ſciſſo levat*
*Altum vadoſos* [36] *Sigeon ſpectans ſinus?*
*Dic, fare quidquid ſubdolo vultus tegis.*
*Leviora mala ſunt cuncta,* [37] *quam Priami gener*

21 Nuptiali, Thebaid. 263, & 507.
22 Sarcaſtice.
23 Planctu ſc. & gemitu, ut ſeq.
24 Quam vos.
25 Vobis aperte luctum licet profiteri, mihi occulte lugendus eſt Paris.
26 Vobis.
27 Quod ego facio, deſerti à me mariti ultionem timens.
28 Vide Chorum ſequentem ỽ. 1009.
29 Me Trojani & Græci deteſtantur.
30 Menelaus, prior maritus.
31 *Antipophora*, at dicetis me meruiſſe quæ fuerim cauſa belli & cladis Trojanæ; ego autem non fui cauſa, neque enim ultro ſecuta ſum Paridem, ſed ab eo rapta, & donata quidem illi à Venere. ſup. ỽ. 66.
32 Qui datum ſibi à Dea munus vindicavit jure ſuo.

33 Quod vero meum peccatum ſpectat pœnamque, ſeverum ſatis habebo judicem Menelaum, nempe læſum, iratum. 34 Polyxenam ad nuptias tu flecte, namque ego vix lacry. &c. 35 Magnum certe aliquod imminet malum, quod Helenam malis induratam in lacrymas cogat. 36 Trojæ promontorium. 37 Quam ut Polyxena nubat patris ſui interfectori.

Hecubæ

*Hecubæque Pyrrhus. fare, quam pœnam pares.*
*Exprome, & unum hoc deme noſtris cladibus,*
*Falli. paratas perpeti mortem vides.*
HEL. *Vtinam juberet me quoque* [38] *interpres deûm*
*Abrumpere enſe lucis inviſæ moras,*
*Vel Achillis ante buſta, furibunda manu*
*Occidere Pyrrhi, fata comitantem tua*
*Polyxene miſeranda; quam tradi ſibi,*
*Cineremque Achilles ante mactari ſuum,*
[39] *Campo maritus ut ſit* [39] *Elyſio, jubet.*
AND. *Vide, ut* [40] *animus ingens lætus audierit necem.*
*Cultus decoros regiæ veſtis petit,*
*Et admoveri crinibus patitur manum.*
*Mortem putabat* [41] *illud,* [42] *hoc thalamos putat.*
*At miſera luctu mater audito ſtupet,*
*Labefacta mens ſuccubuit. aſſurge, alleva*
*Animum, & cedentem miſera firma ſpiritum.*
[43] *Quam tenuis anima vinculo pendet levi!*
[44] *Minimum eſt, quod Hecubam facere felicem poteſt.*
*Spirat; revixit:* [45] *prima* mors miſeros fugit:
HEC. *Adhuc Achilles vivit in pœnas Phrygum?*
*Adhuc rebellat? ô manum Paridis* [46] *levem!*
*Cinis ipſe noſtrum ſanguinem ac tumulus ſitit.*
*Modo* [47] *turba felix latera cingebat mea:*
*Laſſabar in tot oſcula, in totum gregem*
*Dividere* [48] *matrem* [49] *ſola nunc hæc eſt ſuper,*
*Votum, comes, levamen, afflictæ quies.*
*Hæc totus Hecubæ fœtus. hac* [50] *ſola vocor*
*Iam voce mater.* [51] *dura & infelix, age,*
*Elabere anima. denique hoc unum mihi*
*Remitte funus. irrigat fletus* [52] *genas,*
*Imberque victo ſubitus è vultu cadit.*
*Lætare, gaude, gnata. quam vellet* [52] *tuos*

38 Calchas. ſup. 192. & ỳ. 359. 39 Sede & domicilio beatarum animarum corpore exutarum. ἀπὸ τῆς λύσεως, id eſt, ſolutione. aliis ab ἠλύσιος, id eſt, profectione. quem campum ſub terra locant nonnulli, in orbe Lunæ alii, alii in Sphæra quæ ἀπλανὴς dicitur, in inſulis fortunatis & Atlanticis alii, in Hiſpania Homerus, &c. Quum vero amœnitatem & gaudia Paradiſi (cujus cognitionem ab Ægyptiis & literis ſacris habuere) Philoſophi & hos ſecuti poëtæ ad Elyſium ſuum tranſtulerint; cur non & nomen indidem ex אל אשל id eſt, Dei nemus? 40 Polyxenæ, quæ muta inducitur perſona, quaſi virginem ingenuam deceat ſilentium. Quæ tamen apud Euripidem θανεῖν, inquit, *μὲν ξυντυχίᾳ κρείσσων ἐκύρησεν.* 41 Pyrrho nubere. 42 Occidi. 43 Quam facile evolat ſenilis anima? Herc. Fu. 1308. 44 Facilis mors & unus quaſi ſpiritus evolans Hecubam ſervitute ac miſeriis liberare valet. 45 Mors vero maxime fugit miſeros. 46 Quæ Achillem non in totum interfecerit. ſup. ỳ. 346. 47 Liberorum ſup. ỳ. 32. 48 Affectus & officia materna. 49 Supererat quidem Caſſandra, aliis Alexandra, ſed non comes matris. *Namque trahebatur paſſis Priameia virgo Crinibus à templo Caſſandra adytiſque Minervæ.* inf. ỳ. 960. & 975. 50 Caſſandræ ſolius. 51 Difficilis ad exeundum. 52 Polyxenæ.

*Caſſandra* [53] *thalamos, vellet Andromache tuos.*
AN. *Nos Hecuba, nos, nos, Hecuba, lugendæ ſumus,*
*Quas mota claßis huc & huc ſparſas feret.*
*Hanc chara tellus ſedibus patriis teget.*
HEL. [54] *Magis invidebis, ſi tuam ſortem ſcias.*
AN. *An aliqua pœnæ pars meæ ignota eſt mihi?*
HEL. [55] *Verſata dominos urna captivis dedit.*
AN. *Cui famula tradar, ede: quem dominum voco?*
HEL. *Te ſorte prima* [56] *Scyrius juvenis tulit.*
AN. *Caſſandra* [57] *felix! quam furor ſorte eximit,*
*Phœbuſq;.* HEL. [58] *regum hanc maximus rector tenet.*
HEC. *Eſtne aliquis* [59] *Hecubam qui ſuam dici velit?*
HEL. *Ithaco obtigiſti* [60] *præda* [60] *nolenti* [61] *brevis.*
HEC. *Quis tam impotens ac dirus, & iniquæ ferus*
*Sortitor urnæ,* [62] *regibus reges dedit?*
*Quis tam ſiniſter dividit captas deus?*
*Quis arbiter crudelis, & miſeris gravis,*
[63] *Eligere dominos neſcit? & ſæva manu*
*Dat iniqua miſeris fata?* [64] *quis matrem Hectoris*
*Armis Achillis miſcet? ad Vlyſſem vocor?*
[65] *Nunc victa, nunc captiva, nunc cunctis mihi*
*Obſeſſa videor cladibus. domini pudet,*
*Non ſervitutis.* [66] *Hectoris ſpolium feret,*
*Qui tulit Achillis? ſterilis, & ſævis fretis*
*Incluſa tellus, num capit tumulos meos?*
*Duc, duc, Vlyſſe.* [67] *nil moror; dominum ſequor:*
[*Me mea ſequantur fata. non pelago quies*
*Tranquilla veniat. ſæviat ventis mare,*
*Et bella, & ignis, & mea, & Priami mala.*
*Dumque iſta venient, interim hæc pœna* [68] *in loco eſt:*
*Sortem occupavi, præmium* [69] *eripuit mihi.*]
*Sed incitato Pyrrhus accurrit gradu,*
*Vultuque torvo. Pyrrhe, quid ceſſas? age*

53 Mori, ut tu.
54 Invidendo fœlicitati illius, tuam dolebis.
55 Sup. ℣. 58.
56 Pyrrhus Achillis filius ex Deidamia Lycomedis Scyri regis filia. ſup. ℣. 340.
57 Propter divinationem & ſacerdotium Phœbi ſorte exempta.
58 Agamemnon Caſſandram extra ſortem habet.
59 Quia vetulam. ſup. 63.
60 *Præda mala ſors quam victor Vlyſſes Eſſe ſuam nollet.*
61 Cito enim ab Vlyſſe dimiſſa ad Thracas fugit, ubi in canem converſa, id eſt, rabidis conviciis omnes impetens, lapidibus obruta eſt. 62 Nonnullis placet lectio, *haud regibus reges.* 63 Dignos eligere neſcit, ſed cæca ſorte indigne miſcet. 64 Vt eidem Vlyſſi cui adjudicata ſunt Achillis arma contingat Hecuba, *cujus rationem ſubjungit* ℣. 988. Hect. ſp. &c. 65 Poſtquam Vlyſſi ſorte contigerim. 66 Me matrem Hectoris. ſpolium autem proprie veſtis corpori detracta dicitur. 67 Sequar tamen, ut & infortunia mea Vlyſſem comitentur. 68 Lege ex autoritate Ioſ. Scaligeri, *in lucro eſt.* namque miſera omnia ſævaque pro lucro deputabo, modo compatiatur Vlyſſes. 69 Legit idem Scal. *Eripui*, Vt ſit ab athletis tranſlatio, qui ſæpe victori ſecuro extra ſortem præmium eripiebant. quid ſi legamus? *ſors occupavit.* ac ſi diceret, & hoc ante ſortem optavi ut infauſta comes adderer Vlyſſi, Iam vero ſors occupavit, præmiumque eripuit mihi.

[70] *Reclude ferro pectus, & Achillis tui*
*Conjunge ſoceros. perge* [71] *mactator ſenum ;*
*Et* [72] *hic decet te ſanguis :* [73] *abreptam trahe.*
*Maculate ſuperos cæde funeſta deos,*
*Maculate* [74] *manes. quid precer vobis? precor*
*His* [75] *digna ſacris æquora, hoc claſſi accidat,*
*Toti Pelaſgæ, ratibus hoc mille accidat,*
[76] *Meæ precabor cum vehar quidquid rati.* [77]

70 Me ut nuper Priamum confice, conjungeque nos per mortem ſoceros in his funeſtis nuptiis patris tui. 71 Sup. 45. 72 Meus ſenilis hic cruor. 73 Polyxenam. 74 Inferos. *vel* Achillis umbram. 75 Sæva, tumida, infeſta. 76 Sup. ℣. 992. 77 Atque huc quinque verſus à verſu 992. uncinulis incluſos, trajiciendos contendit I. Scal. cui adſtipulatur P. Scriverius.

## CHORVS.

*Chorus, occaſione ſumpta ab Helenæ dicto ſup. v.* 911. vos levat tanti mali comitatus, *ſolatur ſe communi malo, quaſi* ſolamen miſeris ſocios habuiſſe doloris ; *quod tamen ſolatium ipſis ſortito disjunctis ablatum fore.*

*DVlce mœrenti populus dolentum,*
*Dulce lamentis reſonare gentes.*
*Lenius luctus lacrymæque mordent,*
*Turba quas fletu ſimili frequentat.*
*Semper, ah, ſemper dolor ipſe magnus*
[1] *Gaudet in multos ſua fata mitti,*
*Seque non ſolum patuiſſe pœnæ.*
Ferre, quā ſortem patiuntur omnes,
Nemo recuſat.
[2] Nemo ſe credit miſerum, licet ſit.
*Tolle felices, removeto multo*
*Divites auro, removeto,* [3] *centum*
*Rura qui ſcindunt opulenta bubus ;*
*Pauperi ſurgent animi jacentes.*
Eſt miſer nemo niſi comparatus.
*Dulce in immenſis poſito ruinis*
*Neminem lætos habuiſſe vultus.*
*Ille deplorat, queriturque fatum,*
*Qui ſecans fluctum rate* [4] *ſingulari*
[5] *Nudus in portus cecidit petitos.*
*Æquior caſum tulit & procellas,*

1 Gaudet ſua mala in multos mitti, communicari.
2 Sit nemo dives; & ipſi pauperes ſibi non videbuntur miſeri.
3 *Terram qui centum vertebat aratris.* Virg. de Galeſo. 7 Æneid.
4 Vnica. ſola, ſingularis. μονόκοπος ἀνήρ.
5 E naufragio enatans.

*Mille qui ponto pariter carinas*
*Obrui vidit, tabulaque litus*
*Naufraga ſpargi, mare cum coactis*
*Fluctibus* [6] *Corus prohibet reverti.*
*Queſtus eſt* [7] *Hellen cecidiſſe Phryxus,*
*Cum* [8] *gregis ductor radiante villo*
*Aureo fratrem ſimul & ſororem*
*Suſtulit tergo, medioque* [9] *jactum*
*Fecit in ponto.* [10] *tenuit querelas*
[11] *Et vir, & Pyrrhe, mare cum viderent,*
[12] *Et nihil præter mare cum viderent,*
[13] *Unici terris homines relicti:*
*Solvet* [14] *hunc cœtum lacrymaſq; noſtras*
*Sparget huc illuc agitata claſſis,*
*Et* [15] *tuba juſſi dare vela nautæ,*
*Cum ſemel ventis properante remo*
*Prenderint altum,* [16] *fugietque litus.*
*Quis ſtatus mentis miſeris, ubi omnis*
*Terra decreſcet, pelaguſque creſcet?*
*Celſa cum longe latitabit Ide;*
*Tum puer matri, genitrixque gnato,*
*Troja qua jaceat regione monſtrans*
*Dicet, & longe digito notabit:*
*Ilium eſt illic, ubi fumus alte*
*Serpit in cœlum,* [17] *nebulaque turpes.*
*Troes hoc ſigno patriam videbunt.*

6 Thyeſt. ℣. 576.
7 Phryxus & Helle patrem Athamanta & novercam Ino fugientes, ariete aurei velleris conſcenſo pontum transfretare aggreſſi ſunt, quod ille quidem fecit, Helle vero ſubmerſa nomen ponto reliquit.
8 Aries aureo vellere radians. 9 Iacturam Helles. 10 Contra, Deucalion & Pyrrha non conquerebantur malum late patens. 11 Al. *Et vir & uxor.* 12 Iſte verſus in pleriſque lib. non habetur. 13 Diluvium in Theſſalia tempore Deucalionis, de quo Poëtæ tanquam generali loquuntur. 14 Noſtrum, captivarum vid. argumentum hujus Chori.
15 ὀρθίαν ὅταν Σάλπιγγος ἠχὼ δῶσιν ἀρχηγοὶ στρατοῦ Πρὸς ναῦς Ἀχαιῶν Eurip. Troad. 16 In altum è portu vectis terra recedere videtur. *Provehimur portu, terræque urbeſque recedunt.* Oculus enim quieſcere nos judicans, motu conſpecto, quaſi ſemet retractans terram retro tendere opinatur. 17 Aſcendentis fumi.

## ACTUS QUINTUS.

### NUNCIUS. ANDROMACHA. HECUBA.

*Nuncius matribus narrat, ut è turri præcipitatus fuerit Aſtyanax, & Polyxena ad tumulum Achillis cæſa.*

O [1] *Dira fata, ſæva, miſeranda, horrida,*
*Quod tam ferum,* [2] *tam triſte bis quinis ſcelus*
*Mars vidit annis, quod prius referens gemam?*
[3] *Tuosne potius; an tuos luctus anus?*
HEC. *Quoſcunque luctus fleveris, flebis meos.*
*Sua quemque tantum, me omnium clades premit.*
[4] *Mihi cuncta pereunt. quiſquis eſt, Hecubæ eſt, miſer.*
NUN. *Mactata virgo eſt. miſſus è muris puer.*
*Sed uterque letum mente generoſa tulit.*

1 Incrementum Rhetoricum.
2 Cujuſmodi non vidimus bello decennali.
3 Tuos-ne ô Andromacha, an tuos ô Hecuba?
4 Reginæ, & in omnes miſerias ſuperſtiti.

AN. *Expone ſeriem cædis, & duplex nefas*
*Proſequere, gaudet* [5] *animus ærumnas meus*
*Tractare totas; ede, & enarra omnia.*
NUN. [6] *Eſt una magna turris è Troja ſuper,*
*Aſſueta Priamo; cujus è faſtigio*
*Summiſque pinnis arbiter belli ſedens*
[7] *Regebat acies:* [8] *turre in hac blando ſinu*
*Fovens nepotem, cum metu verſos gravi*
*Danaos fugaret Hector & ferro & [9] face,*
*Paterna puero bella monſtrabat ſenex.*
*Hæc nota quondam turris, & muri decus,*
*Nunc ſæva cautes, undique affuſa ducum*
*Plebiſque turba cingitur.* [10] *totum coit*
*Ratibus relictis vulgus. his collis procul*
[11] *Aciem patenti liberam præbet loco;*
*His alta rupes, cujus è cacumine*
*Erecta ſummos turba* [12] *libravit pedes.*
*Hunc pinus, illum laurus, hunc fagus* [13] *gerit,*
*Et tota populo ſylva ſuſpenſo tremit.*
*Extrema montis ille prærupti petit,*
*Semiuſta at ille tecta, vel ſaxum imminens*
*Muri cadentis preſſat. atque aliquis (nefas!)*
[14] *Tumulo ferus ſpectator Hectoreo ſedet.*
*Per ſpatia late plena ſublimi gradu*
*Incedit Ithacus, parvulum dextera trahens*
*Priami nepotem: nec gradu ſegni puer*
*Ad alta pergit mœnia. ut ſumma ſtetit*
*Pro turre, vultus huc & huc acres tulit,*
*Intrepidus animo. qualis* [15] *ingentis fera*
*Parvus tenerque fœtus, & nondum potens*
*Sævire dente, jam tamen tollit minas.*
*Morſuſque inanes tentat. atque animis tumet:*
*Sic ille dextra prenſus hoſtili puer*
*Ferox,* [16] *ſuperne moverat vulgum ac duces,*
*Ipſumque Ulyſſem:* [17] *non flet è turba omnium,*
*Qui fletur: ac dum verba fatidici & preces*
[18] *Concipit Ulyſſes vatis, & ſævos ciet*
*Ad ſacra ſuperos,* [19] *ſponte deſiluit ſua*

5 Induratus jam, malis inſenſatus & inſanus.
6 Supereſt è Troja turris una portæ Scææ, quod ad ſiniſtram eſſet dictæ, è qua Priamus, Antenor, &c. prœlia & exercitus ſpectabant ut Iliad. γ.
7 Signo è mœnibus dato congrediendi cum hoſte, vel receptus.
8 *Mittitur Aſtyanax illis de turribus unde Pugnantem pro ſe proavitaque regna tuentem Sæpe videre patrem monſtratum à matre ſolebat.*
9 Quam in naves impulit.
10 Confluunt univerſi à claſſe ad miſerandum hoc ſpectaculum.
11 Proſpectum.
12 In pedum digitos erecta. *vel* ſedens lib. ped.
13 Aſcendentes, ſc. ut Aſtyanacta projectum ſpectarent. Al. *tegit*.
14 Violati ſepulchri. ſup. ℣. 639.
15 Leonis catulus.
16 E turri ſc. Al. *Superbe.* alto animo mortem deſpiciens.
17 *Ille ſolus non flet* pro quo omnes flebant. *At populus lacrymas, quas ille tenebat, non tenet.*
18 Prout à Calchante vate inſtructus & edoctus fuerat.
19 Projecit ſe in medium urbis. vel populi illic adſtantis. Sunt qui ſuffertum eunt hoc hemiſtichium, adduntque; *non trepidus puer.* verum citra autoritatem libri unius.

*In media Priami regna.*
AN. [20] *Quis Colchus hoc, quis* [21] *ſedis incertæ Scytha*
*Commiſit? aut* [22] *quæ Caſpium tangens mare*
*Gens juris expers auſa? non* [23] *Buſiridis*
*Puerilis aras ſanguis aſperſit feri.*
*Nec* [24] *parva* [25] *gregibus membra Diomedes ſuis*
*Epulanda poſuit. quis tuos artus teget,*
*Tumuloque tradet?* NVN. [26] *quos enim præceps locus*
*Reliquit artus? oſſa disjecta & gravi*
*Eliſa caſu, ſigna clari corporis,*
*Et ora, & illas nobiles patris notas*
*Confudit imam pondus ad terram datum.*
*Soluta cervix; ſilicis* [27] *impulſu caput*
*Ruptum, cerebro penitus expreſſo; jacet*
*Deforme corpus.* AN. [28] *hîc quoq; eſt ſimilis patri.*
NVN. *Præceps ut altis cecidit è muris puer,*
*Flevitque Achivûm turba, quod fecit, nefas;*
*Idem ille populus* [29] *aliud ad facinus redit,*
[30] *Tumulumque Achillis. hujus extremum latus*
*Rhœtea leni verberant fluctu vada;*
*Adverſa cingit campus, & clivo levi*
*Erecta medium vallis includens locum*
*Creſcit theatri more. concurſus frequens*
*Implevit omne litus: hi claſſis* [31] *moras*
*Hac morte ſolvi rentur; hi ſtirpem hoſtium*
*Gaudent recidi: magna pars vulgi levis*
[32] *Odit ſcelus, ſpectatque. nec Troes minus*
*Suum frequentant funus, & pavidi metu*
*Partem ruentis ultimam Trojæ vident.*
*Cum ſubito* [33] *thalami more præcedunt* [34] *faces:*
*It* [35] *pronuba illic Tyndaris mœſtum caput*
*Demiſſa:* [37] *tali nubat* [36] *Hermione* [37] *modo,*
*Phryges precantur: ſic viro* [38] *turpis ſuo*
*Reddatur Helene. terror attonitos movet*
[39] *Vtroſque populos.* [40] *ipſa dejectos gerit*
*Vultus pudore;* [41] *ſed tamen fulgent genæ,*

20 Quis immaniſſimus è Colchis Medeæ crudelitate famoſis? 21 Herc. Fu. 532. & Thyeſt. ỿ. 628. & 1045. 22 Hyrcani, barbari & crudeles. 23 Herc. Fu. 484. 24 Puerorum. 25 Equis. Herc. Fu. 225. 26 Neque enim ſepultura opus erit laceris & diſperſis artubus. *Quid enim ſupereſt de corpore? quis membra, quis oſſa invenit? obtritum pueri perit omne cadaver More animæ.* 27 Al. *incuſſu*. Al. *incurſu*. 28 Etiam in hoc ſimilis patri, quem lacerum raptarat bigis Achilles. 29 Polyxenæ cædem. 30 Qui ad Rhœtum Trojæ promontorium.

31 Sup. ỿ. 358. 550. & 811. 32 Monet Iſ. Pontanus in lib. Cantabrigienſ. haberi, *Odit ſcelus, peccatque.* eadem mente qua ſupra ỿ. 1117. & qua Tacitus 5 hiſt. *Factum eſſe ſcelus loquuntur, faciuntque.* 33 Nuptiali ritu. ſup. 360. 34 Thebaid. 263. & 507. 35 Sup. 861. 36 Helenæ & Menelai filia poſtea à Pyrrho rapta, verum ab Oreſte, cui prius deſponſata fuerat, repetita, cæſo Pyrrho. 37 Nece. 38 Adultera. 39 Trojanos & Græcos. 40 Polyxena. 41 In ipſa morte.

*Magiſ-*

Magiſque ſolito ſplendet extremus decor.
Vt eſſe Phœbi dulcius lumen ſolet
Iam jam cadentis, aſtra cum repetunt vices,
Premiturque dubius nocte vicina dies.
Stupet omne vulgus; [42] & fere cuncti magis
[43] Peritura laudant. hos movet formæ decus,
Hos mollis ætas, hos vagæ rerum vices.
Movet animus omnes fortis, & leto obvius
Pyrrhum antecedit. omnium mentes tremunt;
[44] Miſerentur, ac mirantur. ut primum ardui
Sublime montis tetigit, atque alte edito
[45] Iuvenis paterni vertice in buſti ſtetit,
Audax virago non tulit retro gradum;
Converſa ad ictum ſtat truci vultu ferox.
Tam fortis animus omnium mentes [46] ferit.
Novumque monſtrum eſt, Pyrrhus ad cædem piger.
Vt dextra ferrum penitus exacta abdidit,
Subitus recepta morte prorupit cruor
Per vulnus ingens. nec tamen moriens adhuc
Deponit animos. cecidit, ut Achilli [47] gravem
Factura terram. prona, & irato impetu.
[48] Vterque flevit cœtus. at timidum Phryges
Miſere gemitum. clarius victor gemit.
Hic ordo ſacri. non ſtetit fuſus cruor,
Humove ſumma fluxit. [49] obduxit ſtatim,
Sævuſque totum ſanguinem tumulus bibit.
HEC. Ite, ite Danai, petite jam tuti domos,
Optata velis maria diffuſis ſecet
Secura claſſis. concidit virgo, ac puer.
Bellum peractum eſt. quo meas lacrymas feram?
Vbi hanc anilis [50] exſpuam leti moram?
Gnatam, an nepotem; conjugem, an patriam fleam?
An omnia? an me? ſola mors votum meum.
[51] Infantibus violenta, [52] virginibus venis,
Vbicunque properas, ſæva: [53] me ſolam times,
Vitaſque gladios inter ac tela & faces.
Quæſita tota nocte cupientem fugis.
Non hoſtis, aut ruina, non ignis meos
Abſumpſit artus: [54] quam prope à Priamo ſteti?
NVN. Repetite celeri maria, captivæ, gradu.
Iam vela puppis laxat, & claſſis [55] movet.

42 Al. ut fere.
43 Al. Perituram adulant. nec probe.
44 Lipſ. Mirantur & miſerentur.
45 Pyrrhus.
46 Dolore, ſtupore, commiſeratione.
47 Hippolyt. 1274.
48 Troum & Grajorum.
49 Hauſit, ebibit.
50 Cum indignatione emittam. Sen. de ira. l.3. c. ult. Iam ipſum ſpiritum expuimus interim dum trahimus,
51 Vt Aſtyanacti.
52 Vt Polyxenæ.
53 Quo me ſervas damnoſa ſenectus! Quo Dii crudeles niſi, uti nova funera cernam, Vivacem differtis anum? eadem apud Ovid. 13. Metam.
54 Cum ad aras ipſe occideret, nec tamen cæſa fui.
55 Se movet, movetur.

# AGAMEMNON.

## PERSONÆ.

THYESTES.
CLYTÆMNESTRA.
NUTRIX.
ÆGISTHUS.
CHORUS Argivarum *ſive* Mycenæarum.
EURYBATES.
CASSANDRA.
AGAMEMNON.
ELECTRA.
STROPHIUS.
CHORUS Iliadum.

## *ARGUMENTUM.*

Thyeſtis umbra ulciſcendi injuriarum (de quibus vide Thyeſtis argumentum) cupida, filium Ægiſthum in cædem Agamemnonis incitat. Ille itaque Agamemnonem victorem à Troja reducem in convivio impervia irretitum veſte occidit, conſilii cædiſque participe Clytæmneſtra, quam abſente marito Agamemnone corruperat. Caſſandram deinde Agamemnoni amatam ab aris avulſam occidi: Electram, quod fratrem Oreſtem amandârat, carceri mancipari jubent.

## ACTUS PRIMUS.

### THYESTES.

*Thyeſtis umbra ab inferis adveniens Ægiſthum ad vindictam ſibi ab oraculo promiſſam invitat.*

*[1] OPaca linquens [2] Ditis inferni loca,*
*Adſum profundo [3] Tartari emiſſus ſpecu.*
*Incertus [4] utras oderim ſedes magis.*
*[5] Fugio Thyeſtes inferos, ſuperos fugo.*
*En horret animus, & pavor membra excutit:*
*Video [6] paternos, imo fraternos lares.*
*Hoc eſt vetuſtum Pelopiæ limen domus.*
*[7] Hinc auſpicari regium capiti decus*
*Mos eſt Pelaſgis. hoc ſedent alti toro,*
*Quibus ſuperba ſceptra geſtantur manu.*
*Locus heic habendæ curiæ: heic epulis locus*

1 Inferna, umbroſa quibus interpoſita terra, quæ Ops lucem intercludit. 2 Ἀιδὴς ſed inferni, Plutonis. 3 Hippolyt. 841. 4 Inferasne, an ſuperas. 5 Inferos horreo, ſuperis ipſe horribilis. 6 Pelopis patris mei victoria (de qua Thyeſt. 143.) imo fratris Atrei ſcelere (de quo in Thyeſt. 4 & 5. act.) claros. 7 Thyeſt. 655. Troad. 861. In his atriis coronari ſolent reges.

[8] *Libet reverti. nonne vel* [9] *triſtes lacus*
*Incolere ſatius? nonne* [10] *cuſtodem Stygis*
*Tergemina nigris colla jactantem jubis?*
*Vbi* [11] *ille celeri corpus evinctus rotæ*
*In ſe refertur;* [12] *ubi per adverſum irritus*
*Redeunte toties luditur ſaxo labor;*
*Vbi tondet ales avida* [13] *fecundum jecur;*
*Et inter undas fervida* [14] *exuſtus ſiti*
*Aquas fugaces ore decepto appetit,*
[15] *Pœnas daturus cœlitum dapibus graves.*
*Sed ille noſtræ pars quota eſt culpæ* [14] *ſenex?*
*Reputemus omnes, quos ob infandas manus*
[16] *Quæſitor* [17] *urna* [18] *Cnoſſius verſat reos:*
*Vincam Thyeſtes ſceleribus cunctos meis,*
*A fratre vincar.* [19] *liberis plenus tribus*
*In me ſepultis, viſcera exedi mea.*
[20] *Nec hactenus fortuna maculavit patrem;*
*Sed* [21] *majus aliud auſa commiſſo ſcelus;*
*Natæ nefandos petere concubitus jubet.*
[22] *Non pavidus hauſi dicta, ſed cepi nefas.*
*Ergo ut* [23] *per omnes liberos irem parens,*
[24] *Coacta fatis nata fert uterum gravem,*
*Me patre dignum. verſa natura eſt retro.*
[25] *Avo parentem, (pro nefas!) patri virum,*
*Natis nepotes miſcui,* [26] *nocti diem.*
*Sed ſera tandem reſpicit feſſos malis*
[27] *Poſt fata demum* [28] *ſortis inceſtæ fides.*
[29] *Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum,*
*Cujus ſecutæ mille vexillum rates,*
[30] *Iliaca velis maria texerunt ſuis;*
[31] *Poſt dena Phœbi luſtra devicto Ilio*

8 Domo feſta ſeu cœnatione viſa, ſuccurrit illi de filiis, quos ibi epulatus fuerat.
9 Acheronta, ex ἄχος, & ῥεῖν. quod luctuoſis fluat undis. *vel* ab α, & χαίρειν quaſi illætabilis unda: Styga autem à στυγέω. id eſt, odi. *triſtique palus innabilis unda Styx.* & Cocytum ἀπὸ τοῦ κωκύειν, à lamentando.
10 Cerberum *Troad.* 403. *Herc. Fu.* 289.
11 *Volvitur Ixion. & ſe ſequiturque fugitque* Al. leg. *celeri tortus & vinctus rota.*
12 Siſyphus. *Hippol.* 1228.
13 Tityi. *Hippol.* 1228.
14 Tantalus. *Thyeſt.* 152.
15 Ob Pelopem filium diis appoſitum. *ibid.* 16 Iudex. tranſlatum à conſuetudine Romanorum, apud quos, qui judiciis publicis præerat, Quæſitor dicebatur, ſyncopate Quæſtor; qui de crimine diligenter inquirebat & vindicabat. 17 Herc. Fu. 190, & 731. 18 Herc. Fu. 732. 19 Thyeſt. act. 4. & 5. 20 Neſcientem me comediſſe proprios filios atque ex ignorantia peccantem. Ioſ. Scal. legit, *Cortina maculavit patrem.* 21 Oraculi monitu, ut cum propria filia concumberem, hinc natum fore ultorem fraterni ſceleris. 22 Vindictæ cupidine audax, & obvius ſceleri. 23 Filios enim mihi ingeſſi, me filiæ. 24 Oraculo, ut modo. ℣. 30. 25 Namque ego Ægiſtho avus & pater, filiæ pater & maritus, ſic Ægiſthus mihi natus & nepos. 26 *Fugiente per ortus Sole, Thyeſtæas horret dum cernere menſas.* Thyeſt. ℣. 774. 27 Poſt meam fratriſque mortem. 28 Oraculi ſuadentis inceſtum. ℣. 30, ſub. Al. leg. *ſortis incertæ.* 29 Græcorum exercitus imperator. 30 *Hyperbole ſonantior.* 31 Poſt decem ſolaria luſtra, id eſt, annuos ſolis curſus, hoc eſt, annos.

*Adeſt, daturus conjugi* [32] *jugulum ſuæ.*
[33] *Iam jam natabit ſanguine alterno domus.*
*Enſes, ſecures, tela, diviſum gravi*
*Ictu* [34] *bipennis regium video caput.*
*Iam ſcelera prope ſunt; jam* [35] *dolus, cædes, cruor.*
*Parantur* [36] *epulæ* [37] *cauſſa natalis tui,*
*Ægiſthe, venit.* [38] *quid pudor vultus gravat?*
[39] *Quid dextra dubio trepida conſilio labat?*
*Quid ipſe temet conſulis, torques, rogas,*
*An deceat hoc te?* [40] *reſpice ad matrem; decet.*
[41] *Sed cur repente noctis æſtivæ vices*
*Hiberna longa ſpatia producunt mora?*
*Aut quid* [42] *cadentes detinet ſtellas* [43] *polo?*
[44] *Phœbum moramur. redde jam mundo diem.*

32 Feriendum. infra ℣. 883. 33 Vbi Ægiſthus interfecerit Atrei filium, ut meos Atreus. alii intellig. de ſanguine alterno Agamemnonis, mox Clytæmneſtræ & Ægiſthi. ſed prius magis placet, neque enim lætaretur etiam impia umbra filii ſui morte. 34 Quam *dextra lævaque tenens* conjugis incuſſit capiti Clytæmneſtra *fortiſſima Tyndaridarum.* 35 Veſtis, quæ negaret exitum capiti & manibus. infr. ℣ 882. 36 Simulatæ & funeſtæ Agamemnoni, ut quondam mihi. 37 Vltio per te promiſſa. ſup. ℣. 30. 38 An te pudet uxorem patruelis ſtupraſſe? 39 An dubitas patruelem interficere? 40 Decere proculdubio te hæc ſcelera fatebere, ſi memineris te matre inceſta natum. 41 Sed cur nox hæc æſtiva (quam contractiorem eſſe oporteret) æquat longitudine hybernas? 42 Iam occidere paratas. *vel* quas jamdudum occidiſſe tempus erat. 43 Hoc hemiſphærio. 44 Mea illi in mora præſentia. meum refugit conſpectum. vid. Thyeſt. ℣. 119.

## CHORVS ARGIVARVM.

*Chorus è mulieribus Argivis ſeu Mycenæis* (vid. argum. primi Chori Thyeſtæi) *excelſam fortunam queritur inſtabilem, anxiam, periculis obnoxiam; mediocrem itaque illi præfert.*

O Regnorum magnis fallax
Fortuna [1] bonis, in præcipiti
Dubioque nimis excelſa locas.
Nunquam placidam ſceptra quietem,
Certumve ſui tenuere diem.
[2] *Alia ex alia cura fatigat,*
*Vexatque animos nova tempeſtas.*
*Non ſic* [3] *Libycis Syrtibus æquor*
*Furit* [4] *alternos volvere fluctus;*
*Non* [5] *Euxini turget ab imis*
*Commota vadis unda,* [6] *nivali*
*Vicina polo;*

1 Splendore quidem, & ſpecie bonis; revera atque exitu plerumque malis. τὸ μὲν πρόσωπον ἡδὺ τ' ἐν δόμοισι δὲ λυπηρά. Eurip. 2 Herc. Fu. ℣. 207. *alterius curæ finis gradus eſt futuræ.* 3. Vid. Herc. Fu. 322. 4 Fluxu refluxuque impetuoſos. 5 Quibuſdam κατ' ἀντιπερίστασιν dict. rectius. quod cum prius ob accolarum inhoſpitalitatem vel latronum immanitatem ἄξενος dicta fuerit regio illa, Herculis tandem opera latrociniis purgata & aliarum gentium commercio emollita εὔξενος nuncupata eſt. 6 Septentrionali.

*Vbi*

*Vbi cœruleis* [7] *immunis aquis*,
*Lucida verſat* [8] *plauſtra Bootes:*
*Vt præcipites regum caſus*
*Fortuna rotat.*
*Metui cupiunt*, [9] *metuique timent.*
*Non nox illis alma receſſus*
*Præbet tutos*; [10] *non curarum*
*Somnus domitor pectora ſolvit.*
*Quas non* [11] *arces ſcelus* [12] *alternum*
*Dedit in præceps? impia* [13] *quas non*
*Arma fatigant?* jura, pudorque
Et conjugii ſacrata fides,
Fugiunt aulas: *ſequitur triſtis*
*Sanguinolenta* [14] *Bellona manu*,
*Quæque ſuperbos urit* [15] *Erinnys*,
*Tumidas ſemper comitata domos*;
*Quas in planum qualibet hora*
*Tulit ex alto. licet arma vacent*,
*Ceſſentque doli*;
[16] Sidunt ipſo pondere magna,
Ceditque oneri Fortuna ſuo.
*Vela ſecundis inflata notis*,
*Ventos nimium timuere ſuos.*
[17] *Nubibus ipſis inſerta caput*
*Turris pluvio vapulat Auſtro:*
*Denſaſque nemus ſpargens umbras*
*Annoſa videt robora frangi.*
[18] Feriunt celſos fulmina colles.
[19] Corpora morbis majora patent:
*Et cum in paſtus armenta vagos*
*Vilia currunt*, [20] placet in vulnus
Maxima cervix. [21] quidquid in altum
Fortuna tulit, ruitura levat.
[22] Modicis rebus longius ævum eſt.
Felix mediæ quiſquis turbæ
Sorte quietus,
Aura [23] ſtringit litora tuta:
Timiduſque mari credere cymbam,
Remo terras propiore legit.

7 Eadem ratione, qua Vrſæ, vid. Thyeſt. 476.
8 Med. ỳ. 315.

9 Multos timeat neceſſe eſt, quem multi timent.

10 οὔθ' ὁ πανδαμάτωρ καὶ ὁ παγκρατὴς ὕπνος Λύει πεδήσας. Soph.
11 Regias. vid. Thyeſt. 453, & 740.
12 A regibus ſibi mutuo illatum.
13 Arces?

14 Enyo, bellorum dea, Martis ſoror, auriga.
15 Furia. Erinnyes autem tres θεαὶ σεμναὶ καὶ τιμωρητικαί, Tiſiphone, Megæra & Alecto natæ è guttis ſanguinis Saturni verendorum.
16 *In ſe magna ruunt.*

17 Alta, quæ *caput inter nubila condit*. vid. Hippol. chorum ult. à ỳ. 1120. qui totus huic choro concinit.
18 *Plurimaque hujus Montibus in ſummis veſtigia cernimus ignis*, Lucret. 6. *feriuntque ſummos fulmina montes.*
19 Τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόνητα σώματα Πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις Εἴωθε. *Sophoc.*
20 Eximuntur ad cædem è grege pulcherrimi quique boves.
21 *Tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant.* Claud.
22 *Moderata durant. Firma mediocria.*
23 Radit, *neque poſtea* legit litus.

# ACTVS SECVNDVS.

## CLYTÆMNESTRA. NVTRIX.

*Sibi male conſcia Clytæmneſtra, atque adulterii pœnas, redeunte jam marito, verita, κακὰ κακοῖς ἰᾶσθαι ſtatuit. meditatur itaque Agamemnoni exitium: diſſuadet nutrix.*

1 Honeſtam receptionem, vel excuſationem, deprecationem culpæ, &c.
2 *Emphatice* nihil inauſum intentatumque relinquentes.
3 Medea Iaſonis amore ardens. vid. Med. & Hipp. 561.
4 Colchica à Phaſide flu.
5 Argo. vide Med. 609.
6 Mycenis Agamemnoniis.
7 Ægiſtho adulterii & periculi ſocio.
8 Helena ſoror mea fugit Paridem ſecuta.
9 Prodit dolorem vultus. Med. ỷ. 444.
10 Χρόνος μαλάξει νῦν δ' ἔθ' ἡβάσκει κακὸν. Eurip.
11 De pellice Caſſandra.
12 Ne deprehenſi adulterii pœnas ſumat maritus.
13 Adulteri Ægiſthi.

*Quid ſegnis anime, [1] tuta conſilia expetis?*
*Quid fluctuaris? clauſa jam melior via eſt.*
*Licuit pudicos conjugis quondam toros,*
*Et ſceptra caſta vidua tutari fide.*
*Periere mores, jus, decus, pietas, fides,*
*Et qui* redire, cum perit, neſcit pudor.
*Da frena, & omnem prona nequitiam incita.*
Per ſcelera ſemper ſceleribus tutum eſt iter.
*Tecum ipſa nunc evolve [2] fœmineos dolos,*
*Quod ulla conjux perfida, atque impos ſui,*
*Amore cæco; quod novercales manus*
*Auſæ; quod [3] ardens impia virgo face,*
*[4] Phaſiaca fugiens regna [5] Theſſalica trabe;*
*Ferrum, venena, vel [6] Mycenæa domo,*
*Conjuncta [7] ſocio, profuge furtiva rate.*
*Quid timida loqueris furta, & exilium, & fugas?*
*[8] Soror iſta fecit. te decet majus nefas.*
NVT. *Regina Danaûm, inclytum Ledæ genus,*
*Quid tacita verſas? quidve conſilii impotens*
*Tumido feroces impetus animo geris?*
*Licet ipſa ſileas, [9] totus in vultu eſt dolor.*
Proin quidquid eſt, da tempus ac ſpacium tibi.
[10] Quod ratio nequiit, ſæpe ſanavit mora.
CLY. *Majora cruciant, quam ut moras poßim pati.*
*Flammæ medullas & cor exurunt meum.*
*Miſtus [11] dolori ſubdidit ſtimulos [12] timor.*
*Invidia pulſat pectus. hinc animum jugo*
*Premit [13] Cupido turpis, & vinci vetat,*
*Et inter iſtas mentis obſeſſæ faces*
*Feſſus quidem, & dejectus, & peſſundatus*
*Pudor [14] rebellat. fluctibus variis agor:*
*[15] Vt cum hinc profundum ventus, hinc æſtus rapit,*
*Incerta dubitat unda, cui cedat malo.*

14 Nec cedit honeſto conjugis amori. 15 *Vtque carina, Quam ventus premit, & vento contrarius æſtus Vim geminam ſentit, paretque incerta duobus.*

Proinde

*Proinde omiſi* [16] *regimen è manibus meis.*
*Quocunque me ira, quo dolor, quo ſpes feret,*
*Huc ire pergam. fluctibus dedam ratem.*
Vbi animus errat; optimum eſt caſum ſequi.
NV. Cæca eſt temeritas, quæ petit caſum ducē.
CL. *Cui* [17] *ultima eſt fortuna, quid dubiam timet?*
NV. *Tuta eſt, latetque culpa, ſi pateris, tua.*
CL. [18] Perlucet omne regiæ vitium domus.
NV. *Piget prioris, & novum crimen ſtruis?*
CL. *Res eſt profecto ſtulta, nequitiæ modus.*
NV. [19] Quod metuit, auget, qui ſcelus ſcelere obruit.
CL. [20] *Et ferrum & ignis ſæpe medicinæ loco eſt.*
NV. [21] *Extrema primo nemo tentavit loco.*
CL. [22] *Capienda rebus in malis præceps via eſt.*
NV. *At te reflectat conjugii nomen ſacrum.*
CL. [23] *Decem per annos vidua reſpiciam virum?*
NV. *Meminiſſe debes ſobolis ex illo tuæ.*
CL. [24] *Equidem & jugales filiæ memini faces;*
*Et generum Achillem.* [25] *præſtitit matri fidem.*
NV. *Redemit illa claſſis immotæ moras,*
*Et maria pigro fixa languore impulit.*
CL. *Pudet, pigetque!* [26] *Tyndaris cæli genus,*
[27] *Luſtrale claſſi Doricæ peperit caput.*
*Revolvit animus virginis* [28] *thalamos meæ,*
*Quas ille dignos* [29] *Pelopia fecit domo,*
*Cum ſtetit ad aras ore ſacrilego pater*
*Quaſi nuptiales. horruit Calchas ſuæ*
*Reſponſa vocis, &* [30] *recedentes focos.*
*O ſcelera ſemper ſceleribus vincens domus!*
[31] *Cruore ventos emimus, bellum nece.*
NV. *Sed vela pariter* [32] *mille fecerunt rates.*
CL. *Non eſt ſoluta proſpero claſſis* [33] *Deo:*

16 Clavum, gubernaculum rectæ rationis.
17 In extremo, quo deterius nil poteſt eſſe.
18 In omnium oculis & ore poſitum eſt. *Tanto conſpectius in ſe crimen habet, quanto major, qui peccat, habetur.*
19 Scelus, ſceleriſque pœnam.
20 Cauterio, candenti ferro obſiſtitur cancris, gangrenis, &c. *Vt redimas corpus, ferrum patieris & ignes.*
21 *Cuncta prius tentanda, ſed immedicabile vulnus Enſe recidendum,* &c.
22 In rebus aſperis & tenuis ſpei fortiſſima quæque conſilia ſunt tutiſſima, ſed in bellicis politiciſque utibile hoc, in peccando minime.
23 Egregius ſane conjux, qui me per decem annos reliquit. de vidua autem vid. Hippolyt. ℣. 620.
24 Et memini quo pacto ſub prætextu nuptiarum cum Achille accerſiverit Iphigeniam, eamque immolaverit Dianæ. Troad. 162.
25 Ironice.
26 Ego Tyndari filia putativa, revera Iovis ex Leda, *ſeu ut quidam* Nemeſi. *vel* ego filia Tyndari cui Iup. abavus. Namque Helena & Pollux altero ovo editi Iovis progenies dicuntur; Caſtor & Clytæmneſtra, Tyndari, ex altero ovo.
27 Expiativum, ventos redimens. vid. Troad. 161.
28 Modo. ℣. 156.
29 Sæva, crudeli, quæ liberos mactare ſolet, ut Tantalus Pelopem, Atreus tres Thyeſtis filios.
30 *Pathos.* ſic Thyeſt. ℣. 766.
31 Vid. Troad. 161.
32 Quos tamen Homerus 1080 computat; Dares Phrygius 1140, Dictys 1295.
33 Numine, vel etiam Diana, vid. Herc. Fu. 384.

*Ejecit* [34] *Aulis impias portu rates.*
[35] *Sic auſpicatus bella, non melius gerit.*
[36] *Amore captæ captus; immotus* [37] *prece,*
[38] *Sminthea tenuit ſpolia Phœbei ducis,*
*Ardore ſacræ virginis jam tum furens.*
[39] *Non illum Achilles flexit indomitus minis;*
*Non* [40] *ille ſolus fata qui mundi videt,*
[41] *In nos fidelis augur, in captas levis;*
*Non populus* [42] *æger &* [43] *relucentes rogi.*
*Inter ruentis Græciæ ſtragem ultimam*
*Sine hoſte victus* [44] *marcet, ac Veneri vacat,*
*Reparatque amores: neve deſertus foret*
*A pellice unquam barbara* [45] *cœlebs torus,*
[46] *Ablatam Achilli diligit Briſeida:*
*Nec rapere puduit è ſinu vulſam* [47] *viri.*
[48] *En Paridis hoſtem! nunc novum vulnus gerens.*
*Amore* [49] *Phrygiæ vatis incenſus* [50] *furit:*
*Et poſt* [51] *trophæa Troica, ac verſum Ilium,*
*Captæ maritus remeat, & Priami gener.*
*Accingere, anime; bella non levia apparas:*
[52] *Scelus occupandum eſt. pigra, quē exſpectas diem?*
*Pelopia* [53] *Phrygiæ ſceptra dum teneant* [53] *nurus?*
[54] *An te morantur virgines viduæ domi;*
*Patrique Oreſtes ſimilis? horum te mala*
*Ventura moveant, turbo queîs rerum imminet.*
*Quid miſera ceſſas? en adeſt natis tuis*
*Furens noverca, per tuum, ſi aliud nequit,*
*Latus exigatur enſis, & perimat duos.*
*Miſce cruorem. perde pereundo virum.*
*Mors miſera non eſt, commori* [55] *cum quo velis.*

NV. *Regina, frena temet & ſiſte impetum;*

34 Bœotiæ portus, Græcorum ſtatio in Trojanos conjurantium.
35 Cæde virginis filiæ imperatoris.
36 Aſtynomes, Chryſeidos. Troad. 222.
37 Patris Chryſæ filiam redempturi.
38 Filiam Chryſæ Sacerdotis Apollinis Sminthei, παρὰ τῦ σμίνθας, i. mures κλεἰνῶν, θεὸς μυοκτόνος. *al.* à Smynthe opp.
39 Non flexit minis. *vel* Achilles indomitus minis.
40 Calchas οἰωνοπόλων ὄχ᾽ ἄριςος Ος ἤδη τά τ᾽ ἐόντα, τά τ᾽ ἐσσόμενα, πρό τ᾽ ἐόντα.
41 Statim Agamemnoni creditus, ubi Iphigeniam Dianæ immolandam cecinit, quando faretur reddendam Briſeida, fidem ejus elevavit Agam. Μάντι κακῶν, &c. Αἰεί τοι τά κακ᾽ ἐςὶ φίλα φρεσὶ μαντεύεσθαι. 42 Peſte laborans. *notum ex Hom. Il. α.* 43 Αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί. 44 *In Venerem putris.* 45 Hippol. 230. 46 Hippodamiam Briſei filiam per præcones Achilli aufert. 47 Achillis fortis, vel illam maritali amore tenentis. 48 En pulchrum adulterii vindicem. *Iron.* 49 Caſſandræ, ſeu Alexandriæ. vid. Troad. 34, & 966. 50 *Eleganter* ἀντωνακλᾶται *vatis furori.* 51 Troad. ỷ. 147. 52 Antequam meum ulciſcatur adulterium Agamemnon, ego illius. Thyeſt. 203. Herc. Oet. 435. 53 Caſſandra. *plural. indignanter pro ſingulari, ut Theb.* 368. *Med.* 1005. 54 An filiarum innuptarum Electræ, Chryſothemidos, Laodices, & Iphianaſſæ filiique cauſa vindictæ abſtines? imo horum gratia magis perfice, ne quid gravius patiantur iſta ſuperinducta noverca eaque captiva furore vaticinii percita. Hippol. 602. 55 Cum illo, quem perire expetis, mori. Hellen. συνθανεῖν ᾧ ἂν θέλοις.

*Et quanta tentes, cogita;* [56] *victor venit*
[57] *Aſiæ ferocis, ultor* [58] *Europæ, trahens*
[59] *Captiva Pergama, & [60] diu victos Phrygas.*
*Hunc fraude nunc conaris & [61] furto aggredi?*
*Quem non Achilles enſe violavit fero,*
[62] *Qamvis* [63] *procacem torvus armaſſet manum;*
*Non* [64] *melior Ajax,* [65] *morte decreta furens;*
*Non* [66] *ſola Danais Hector & bello mora;*
[67] *Non tela Paridis certa; non* [68] *Memnon niger;*
*Non* [69] *Xanthus armis corpora immiſtis gerens;*
[70] *Fluctuſque Simois cæde purpureos agens,*
*Non* [71] *nivea proles Cycnus æquorei Dei;*
[72] *Non bellicoſo Threſſa cum Rheſo phalanx;*
*Non* [73] *picta pharetras, & ſecurigera manu*
*Peltata Amazon;* [74] *hunc domi reducem paras*
*Mactare, & aras cæde maculare impia?*
*Vltrix inultum Græcia hoc facinus feret?*
[75] *Equos & arma, claſſibuſque horrens fretum*
*Propone, &* [76] *alto ſanguine exundans ſolum,*
*Et tota captæ fata Dardaniæ domus*
[77] *Regeſta Danais. comprime affectus truces,*
*Mentemque tibimet ipſa pacifica tuam.*

56 Agamemnon, cui hæc meditaris, redit victor. 57 Trojæ in Aſia minori. vid. Troad. ℣. 4. 58 Injuriæ illatæ Græciæ, quæ in Europa. 59 Reliquias Trojæ, captivas. 60 Diutino, lento, decennali bello. 61 Clandeſtinis inſidiis. Al. *conaris inſana aggredi?* 62 Ελκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφ@, &c. Il. α. 63 Cædis & vindictæ immodice appetentem. Procari enim ſignificat immodice & impudenter petere. 64 Telamonius, non Οἰλῆ@, ταχὺς, Αἴας μείων. 65 Deliberata morte ex pudore cæſorum à ſe pecorum per inſaniam, qua correptus eſt propter adjudicata Vlyſſi ab Agamemnone & proceribus Achillis arma. 66 Troad. 31, & 121. 67 Nec tela Paridis certa, quia ab Apolline directa in Achillem, (Troad. 345.) violaverunt. 68 Memn. Æthiops. vid. Troad. ℣. 10. 69 Ως ὑπ' Ἀχιλλῆ@ Ξάνθȣ βαθυδινήεντ@ Πλῆτο ῥό@ κελάδων ἐπιμὶξ ἵππων τὲ καὶ ἀνδρῶν. Il. φ. 70 Quem neque qui *tot Simois correpta ſub undis Scuta virum galeaſque & fortia corpora volvit*, violavit. 71 Troad. ℣. 183. 72 Troad. ℣. 8. 73 Non Pentheſilea, quæ *Ducit Amazonidum Lunatis agmina peltis, Sæva ſecurigeris dextris & picta pharetras.* Med. 214. eſt autem pelta ſcutum in folium hederaceum formatum. 74 Talem poſt tot tantaſque res geſtas ſtrenue reducem. 75 Propone tibi egregia ejus facinora, nec ſperabis te impune laturam cædem viri optime de omni Græcia meriti. 76 Trojanum ſolum ſanguine exund. 77 Reportata in Græciam in vindictam raptæ unius Helenæ.

## ÆGISTHVS. CLYTÆMNESTRA.

*Clytæmneſtram nutricis conſiliis cedere paratam, jamque dubiam ſuperveniens Ægiſthus avertit rurſus atque in præceps trahit.*

*Qvod tempus animo ſemper ac mente horrui,*
*Adeſt profecto rebus extremum meis.*

*Quid terga vertis, anime? quid primo impetu*
*Deponis arma? crede perniciem tibi,*
*Et dira ſævos fata moliri deos.*
*Oppone cunctis vile ſuppliciis caput,*
*Ferrumque & ignes pectore* [1] *adverſo excipe.*
CL. *Ægiſthe, non eſt pœna ſic nato* [2] *mori.*
ÆG. *Tu nos pericli ſocia, tu* [3] *Læda ſata*
*Comitare tantum:* [4] *ſanguinem reddet tibi*
[5] *Ignavus iſte ductor, ac* [6] *fortis pater.*
*Sed quid trementes circuit pallor genas,*
*Iacenſque vultus languido obtutu ſtupet?*
CL. *Amor jugalis vincit, ac flectit retro.*
*Remeemus illuc unde non decuit prius*
*Abire: ſic nunc caſta repetatur fides.*
*Nam* ſera nunquam eſt ad bonos mores via.
Quem pœnitet peccaſſe, pæne eſt innocens.
ÆG. *Quo raperis amens? credis aut ſperas tibi*
*Agamemnonis fidele conjugium?* [7] *ut nihil*
*Subeſſet animo, quod graves faceret metus;*
*Tamen ſuperba & impotens flatu nimis*
*Fortuna magno, ſpiritus tumidos daret.*
[8] *Gravis ille ſociis ſtante adhuc Troja fuit:*
*Quid rere ad animum ſuapte natura trucem,*
[9] *Trojam addidiſſe? rex Mycenarum fuit.*
*Veniet tyrannus.* proſpera animos efferunt.
*Effuſa circa pellicum quanto venit*
*Turba apparatu! ſola ſed longe eminet,*
[10] *Tenetque regnum famula veridici Dei.*
*Fereſne thalami victa conſortem tui?*
[11] *At illa nolet. ultimum eſt nuptæ malum,*
*Palam mariti poſſidens pellex domum.*
[12] Nec regna ſocium ferre, nec tedæ ſciunt:
CL. *Ægiſthe, quid me rurſus in præceps rapis,*
*Iramque flammis jam reſidentem excitas?*
[13] *Permiſit aliquid victor in captas ſibi:*
*Non conjugem hoc reſpicere, non* [14] *dominam decet.*

1 Oppoſito, omnia prius tentante quam timide cedas, vertaſque terga.
2 Ex inceſtu nato. ſup. ỳ. 30.
3 Hipp. 300. & ſup. ỳ. 160.
4 Sanguine ſuo rependet ſanguinem filiæ tuæ Iphigeniæ, ab illo cæſæ. Troad. 161.
5 Quia ipſe dux licet ducum per ſe nihil geſſit fortiter. οὔτε ποτ' εἰς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι τέτληκε, amoribus ſolum indulgens.
7 In filia immolanda, ἀντίθετ(ον) a. τῷ Ignavus ductor, *vel* ſtrenuus in concubinas.
7 Fac te caſtam eſſe, nec adulterii conſciam ſupplicium metuere.
8 Quod exprobrat δημοβόρῳ βασιλεῖ. Achilles Il. α. 9 Trojæ caſum. 10 Imperatque Caſſandra vates Apollinis. 11 Quod ſi tu poteris voleſve, illa nolet, te itaque tollere tentabit. 12 *Non bene conveniunt nec in una ſede morantur Majeſtas & Amor. Non capiunt dominos regna Venuſque duos.* 13 Fac Agam. victorem ſibi aliquid indulſiſſe in captivas. 14 Matrem familias, *Donna.* Lacones autem uxores ſuas κυρίας vocabant, Theſſali, δεσποίνας, illæ viciſſim maritos κυρίους & δεσπότας dominos.

*Lex alia* [15] *ſolio eſt, alia privato toro.*
*Quid quod ſeveras ferre me leges viro*
*Non patitur animus, turpis admiſſi memor?*
[16] Det ille veniam facile, cui venia eſt opus.
ÆG. [17] *Ita eſt. paciſci mutuam veniam licet.*
*Ignota tibi ſunt jura regnorum haud nova.*
Nobis maligni judices, æqui ſibi,
Id eſſe regni maximum [18] pignus putant,
Si quidquid aliis non licet, ſolis licet.
CL. *Ignovit Helenæ: juncta Menelao redit,*
*Quæ* [19] *Europam & Aſiam paribus afflixit malis.*
ÆG. [20] *Sed nulla Atridem Venere furtiva abſtulit.*
*Nec cepit animum conjugi obſtrictum ſuæ,*
*Iam crimen* [21] *ille quærit, &* [22] *cauſſas parat.*
[23] *Nil eſſe crede turpe commiſſum tibi:*
*Quid honeſta prodeſt vita flagitio carens,*
*Ubi dominus odit;* [24] *ſit nocens, non quæritur.*
[25] *Spartamne repetes ſpreta, & à tanto viro,*
*Patriaſque ſedes profuga? non dant exitum*
*Repudia regum. ſpe metum falſa levas.*
CL. [26] *Delicta novit nemo, niſi fidus, mea.*
ÆG. Non intrat unquam regium limen fides.
CL. [27] *Opibus merebor, ut fidem precio obligem.*
ÆG. Precio parata, vincitur precio fides.
CL. [28] *Surgit reſiduus priſtinæ mentis pudor.*
*Quid obſtrepis? quid voce blandiloqua mala*
*Conſilia dictas?* [29] *ſcilicet nubet tibi*
*Regum relicto rege, generoſa exuli?*
ÆG. *Et cur* [30] *Atrida videor inferior tibi?*
*Natus Thyeſte?* CL. [31] *ſi parum eſt, adde & nepos.*
ÆG. [32] *Auctore Phœbo gignor, haud generis pudet.*
CL. *Phœbum nefandæ ſtirpis auctorem vocas?*
[33] *Quem nocte ſubita frena revocantem ſua*

15 Regibus, quibus plerumque quotlibet concubinæ licent.
16 Iniquum eſt, ut conjux à conjuge fidem à ſe non præſtitam exigat.
17 Ironice.
18 Prærogativam.
19 Sup. ℣. 103.
20 Sed nullius concubinæ amor animum Menelai ab Helena alienavit, ut Caſſandræ pellicis amor Agamemnonis animum à te.
21 Agamemnon.
22 Propter quas te de medio tollat quo liberius fruatur pellice.
23 Vt ſupra ℣. 243.
24 Non inquiritur nocenſne, quis ſit, necne, ſed pro nocente damnatur quemcunque rex odit.
25 Nec ſpera te repudiatam petituram patriam tuam Spartam; repudiatas enim uxores non ſinunt reges abire, verum eas necandas curant. 26 Adulterio meo conſcius eſt nemo præter quendam fidelem, qui celabit, unde non eſt cur fugiam. 27 Muneribus. 28 Statui autem ad meliorem vitam me recipere, refocillantur enim mihi in animo ſcintillulæ quædam priſtini pudoris. 29 Egone Agamemnone relicto nubam tibi exuli & ejecto? unde & nomen illi à θῶ quod eſt lacto & αἰγὸς quod ejectus, à capella nutriretur, ſunt tamen qui *Ægyptum* dicendum autumant. 30 Atrei filio, qui Thyeſtæ frater. 31 Nec filius tantum, ſed & nepos Thyeſtæ es, te quippe è filia genuit. 32 Sup. ℣. 30. 33 Reducentem currus, ne videret nefandam patris tui cœnam. Thyeſt. ℣ 774.

*Cœlo expuliſtis? quid deos probro advocas?*
[34] *Surripere doctus fraude geniales toros,*
*Quem Venere tantum ſcimus illicita virum?*
*Secede propere; dedecus claræ domus*
*Aſporta ab oculis. hæc vacat* [35] *regi ac viro.*
ÆG. *Exilia mihi ſunt haud nova. aſſuevi malis.*
*Si tu imperas regina, non tantum domo*
*Argiſve cedo: nil moror juſſu tuo*
*Aperire ferro pectus ærumnis grave.*
CLY. [36] *Siquidem hoc* [37] *cruenta Tyndaris fieri ſinam?*
[38] *Quæ invita peccat, debet & culpæ fidem.*
*Secede mecum potius, ut rerum ſtatum*
*Dubium ac minacem juncta conſilia explicent.*

34 Nuptiales toros violare doctus à patre tuo qui Atrei fratris ſui uxorem corrupit. 35 Agamemnoni. 36 Miſere labaſcit Clytæmneſt. *vel* jam ſimulatas iras fraudeſque aperit. 37 In tantum crudelis ero ut hoc fieri ſinam? non patiar, &c. 38 Delrius ex fide Mogunt. cod. legit *Quæ juncta peccat debet & culpæ fidem.* q. d. non deferam aut prodam culpæ ſocium, ſecedamus itaque & conſilium capeſſamus quid in dubiis nobis rebus agendum ſit.

## CHORVS ARGIVARVM.

*Chorus è virginibus Mycenæis & Argivis canit Apollinis Pæana ob partam victoriam, interſerit autem Iunoni, Minervæ & Iovi laudes ſuas.*

[1] CAnite ô pubes inclyta Phœbum.
*Tibi feſta caput turba coronat:*
*Tibi virgineas* [2] *laurum quatiens*
*De more comas innuba fundit*
[3] *Stirps Inachia. tu quoque noſtros*
[4] *Thebana manus comitare choros,*
*Quæque* [5] *Eraſini gelidos fontes,*
*Quæque* [6] *Eurotam, quæque virenti*
*Tacitum ripa bibis* [7] *Iſmenon.*
[8] *Quam fatorum præſcia Manto*
*Sata Tireſia Latonigenas*
*Monuit ſacris celebrare deos,*
*Arcus* [9] *victor pace relata*
*Phœbe* [10] *relaxa;*

1 Carmine laudate Phœbum *hoc præfica, vel Chori pars altera.* 2 Apollini ſacram *vid. Oedip.* ℣. 16. 3 Inachi genus, virgines Argivæ. 4 Suſpicatur hunc locum Lipſius & merito. Sed cur reponat *Thebais hoſpes* è libro ſuo non video. quis enim locus Thebanis in Choro eorum victoriæ gratulanti, qui bello non adfuerunt, teſte Artemidoro. μόνοι οἱ Θηβαῖοι τῶν Βοιωτῶν οὐκ ἐστράτευσαν εἰς Ἴλιον. Cum vero Homerus in catalogo eos recenſere videatur Οἵ θ' ὑπὸ Θήβας εἶχον, &c. legendum Ὑποθήβας teſte Euſtathio, quæ parvum eſt oppidum prope Thebas, cujus incolæ ad Trojam profecti cum Græcis, non autem Thebani. 5 Eraſini plures, hic Atticus eſſe videtur. 6 Laconiæ fl. 7. Herc. Fu. 333. 8 Hunc locum explicat illud Ovid. 6 Metam. unde ſumpſit noſter: *Nam ſata Tireſia venturi præſcia Manto Per medias fuerat divino concita motu Vaticinata vias: Iſmenides ite frequentes. Et date Latonæ, Latonigeniſque duobus Cum prece thura pia lauroque innectite crinem,* &c. 9 Laomedonteæ perfidiæ ultor. 10 *Quondam citharam tacentem Suſcitet muſam, neque ſemper arcum Tendat Apollo.*

*Humeroque graves levibus telis*
*Pone pharetras; reſonetque manu*
*Pulſa citata vocale chelys.*
[11] *Nil acre velim.*
*Magnumque modis intonet altis:*
*Sed quale ſoles leviore lyra*
*Flectere carmen ſimplex, luſus*
*Cum docta tuos Muſa recenſet.*
*Licet & chorda graviore ſones,*
*Quale canebas cum* [12] *Titanes*
*Fulmine miſſo fregere dei.*
*Vel* [12] *cum montes montibus altis*
*Superimpoſiti ſtruxere gradus*
*Trucibus monſtris. ſtetit impoſita*
*Pelion Oſſa. pinifer ambos*
*Preſſit Olympus.*
*Ades, ô magni Soror & conjux*
*Conſors ſceptri, Regia Iuno:*
[13] *Tua te colimus turba Mycenæ.*
[13] *Tu ſolicitum ſupplexque tui*
*Numinis* [14] *Argos ſola tueris;*
[15] *Tu bella manu pacemque regis;*
*Tu nunc lauros Agamemnonias*
*Accipe victrix.*
*Tibi multifora tibia buxo*
*Solenne canit. tibi* [16] *fila movent*
*Docta puellæ carmine molli.*
*Tibi votivam matres Grajæ*
[17] *Lampada jactant. ad tua* [18] *conjux*
*Candida tauri delubra cadit,*
*Neſcia aratri, nullo collum*
*Signata jugo.*
*Tuque ô magni* [19] *nata Tonantis*
*Inclyta Pallas,* [20] *quæ Dardanias*
*Sæpe petiſti cuſpide turres:*
*Te permiſto Matrona* [21] *minor*
*Majorque choro colit, & reſerat*
*Veniente dea Templa ſacerdos:*
*Tibi* [22] *nexilibus turba coronis*

11 Nihil bellicum, nil grande quale ubi vates afflatu concitas, ſed pœana lætum, qualem canebas parta à diis victoria de gigantibus.

12 Vid. Herc. Fu. 970, & Troad. ỿ. 827.

13 Ηρη τοι πολὺ φίλταταί εἰσι πόληες Αργ⊚, τε Σπάρτη τε, ευρυαγῆα Μυκήνη.

14 Creditur Argis nata, unde & Ἀργεία dicitur Iuno *In Iunonis honorem dicet ἱππόϐοτον Ἀργ⊚ diteſque Mycenas.*

15 Namque & Iunoni τϱοπαιᾶ non ſecus ac Iovi erigebantur ſpolia, canebatur Pœan (qui tamen primo & proprie Apollini debetur) ut cujus beneficio converſi hoſtes, parta victoria.

16 Fides, chordas, quæ ex χόρδαις, id eſt, inteſtinis contortis. alii tamen à corde deducunt minus recte.

17 *Λαμπαδηδρομίαν* (à Perſis acceptam) Athenienſes in feſtis Panathenaicis, Hephæſtiis & Prometheis exercebant (Vulcano enim & Prometheo ex ope Minervæ inventum ignem ferunt) prius quidem Eleuſin, poſtea ex Academia Athenas accenſam geſtantes lampada currentes certabant, quis primum ad metam perveniret non extincta lampade, quandoque, & defatigatus lampada alteri tradebat. vid. Herc. F. ỿ. 846.

18 Iuvenca nivea, injugis.

19 E Iovis cerebro nata.

20 Namque *Omnis ſpes Danaum & cæpti fiducia belli Palladis auxilio ſemper ſtetit.*

21 Omnis ætatis, junior, ſeniorque.

22 Plectilibus, quæ è ramulis (hîc oleaginis utpote Palladiis) innectebantur plectebanturve, unde dictæ, ut *Serta*, à ſerendo, *ſutiles* quæ è floribus, mero imprimis roſarum folio conſuebantur. *pactiles* quæ in torulo rotundo pangebantur.

Redi-

*Redimita venit.*
*Tibi grandævi laſſique ſenes,*
*Compote voto reddunt grates,*
*Libantque manu vina trementi.*
*Et te, 23 Trivia, grata 24 memores*
*Voce precamur : tu 25 maternam*
*Siſtere 25 Delon, 26 Lucina, jubes,*
*Huc atque illuc prius errantem*
*Cyclada ventis. nunc jam ſtabilis*
*Fixa terras radice tenet ;*
*27 Reſpuit auras, religatque rates*
*Aſſueta ſequi. tu 28 Tantalidos*
*Funera matris victrix numeras.*
*29 Stat nunc Sipyli vertice ſummo*
*Flebile ſaxum,*
*Et adhuc lacrymas marmora 30 fundunt*
*Antiqua novas.*
*Colit impenſe fœmina virque*
*31 Numen geminum. Tuque ante omnes*
*Pater ac rector, fulmine pollens,*
*Cujus 32 nutu ſimul extremi*
*Tremuere poli, generis noſtri*
*Iupiter auctor, cape dona libens;*
*33 Abavuſque tuam non degenerem*
*Reſpice prolem.*
*Sed, ecce, vaſto concitus miles gradu*
*Manifeſta properat 34 ſigna lætitiæ gerens.*
*Namq; haſta ſummo lauream ferro gerit :*
*Fiduſque regi ſemper 35 Eurybates adeſt.*

23 Hippol. 412.
24 Auxilii tui, Palladii Diomedem & Vlyſſem ſequi dignati, Trojæ captæ *per amica ſilentia Lunæ* & equi *divina Palladis arte* fabricati. 25 Vid. Herc. Fu. 15.
26 Med. 22. 27 Al. *Deſpicit* q. d. dedignatur amplius agitari ventis, quin & ipſa ratibus ſtatio eſt, olim huc illuc acta ut ratis. 28 Niobes. *Herc. Fu.* 389. *Oed.* 613. *& Med.* 952. 29 Al. *ſudant.*
30 Oϛις ἐνὶ φρυγίῃ διερὸς λίθος, ἐϛήρικται Μάρμαρον ἀντὶ, γυναικὸς ὀϊζυρόντι χιωνέσσῃ. *quæ fixa cacumine montis Liquitur, & lachrymis etiam nunc marmora manant.*
31 Apollinem & Dianam.
32 ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων, &c. μέγαν δ' ἐλέλιξεν ὄλυμπον. *cuncta ſupercilio movens.* 33 Agamemnonis, cui pater Atreus Iovis nepos.
34 Victoriam teſtati Græci capiti haſtis, ſignis, ſtatuis, currib. puppibus laurus affigebant, necnon literis, foribus, faſcibus, &c. Romani.
35 Ithacenſis præco & nuncius Agamemnonis.

## ACTVS TERTIVS.

### EVRYBATES. CLYTÆMNESTRA.

*Eurybates narrat Agamemnona reducem advenire, tempeſtatem à Pallade immiſſam Naupliique dolo aggravatam ; parantur diis victimæ & convivium Agamemnoni ; captivæ adducuntur.*

1 DElubra & aras cœlitum, & patrios Lares
*Poſt longa feſſus ſpatia, 2 vix credens mihi,*
*Supplex adoro. vota ſuperis ſolvite :*

1 Regionem aliquam ingreſſis, vel etiam in patriam poſtliminio reverſis moris erat genios loci deoſque Topicos ſalutare religioſe, atque invocare. 2 Me incolumem rediiſſe. *hac quoque adhuc noſtra non eſt fiducia vitæ Certa ſatis.*

*Telluris altum remeat Argolicæ decus*
*Tandem ad penates victor Agamemnon ſuos.*
CLY. [3] *Felix ad aures nuncius venit meas.*
*Vbinam petitus per decem conjux mihi*
*Annos moratur? pelagus, an terras premit?*
EV. *Incolumis, auctus gloria, laude inclytus,*
*Reducem expetito litori impreſſit pedem.*
CLY. *Sacris colamus* [4] *proſperum tandem diem.*
*Et ſi propitios, attamen lentos, deos.*
*Tu pande, vivat* [5] *conjugis frater mei,*
*Et pande, teneat quas* [6] *ſoror ſedes mea.*
EV. [7] *Meliora votis poſco, & obteſtor deos.*
*Nam certa fari ſors maris dubii vetat.*
*Vt ſparſa tumidum claſſis excepit mare,*
*Ratis videre ſocia non potuit ratem.*
*Quin ipſe Atrides æquore immenſo vagus*
*Graviora pelago damna, quam bello tulit;*
*Remeatque victo ſimilis,* [8] *exiguas trahens*
*Laceraſque victor claſſe de tanta rates.*
CLY. *Quis, fare, noſtras hauſerit caſus rates.*
*Aut quæ maris fortuna diſpulerit duces.*
EV. [9] *Acerba fatu poſcis:* [10] *infauſtum jubes*
*Miſcere* [11] *læto nuncium.* [12] *refugit loqui*
*Mens ægra, tantis atque inhorreſcit malis.*
CLY. *Exprome:* clades ſcire qui refugit ſuas,
Gravat timorem. [13] dubia plus torquent mala.
EV. *Vt Pergamum omne Dorica cecidit face,*
*Diviſa præda eſt, maria properantes petunt.*
*Iamque enſe feſſum miles exonerat latus;*
*Neglecta ſummas ſcuta per puppes jacent;*
*Ad militares remus aptatur manus;*
Omniſque nimium longa properanti mora eſt.
[14] *Signum recurſus regia ut fulſit rate,*
*Et clara lentum* [15] *remigem emovit tuba,*
[16] *Aurata primas* [15] *prora ſignavit vias,*
*Aperitque curſus, mille quos puppes ſecent.*
*Hinc aura primo lenis impellit rates,*
*Allapſa velis. unda vix tactu levis*
*Tranquilla Zephyri mollis afflatu tremit;*
[17] *Splendetque claſſe pelagus, & pariter* [18] *latet.*

3 Simulate hæc.
4 Al. proſpero *tandem die.*
5 Menelaus.
6 Helena.
7 Votis poſco, ſpero quidem precorque eos in vivis eſſe; verum propter tempeſtatem incertus non auſim affirmare ita eſſe.
8 Paucas eaſque male multatas.
9 *Infandum regina jubes renovare dolorem.*
10 De tempeſtate.
11 De reditu.
12 *Atque animus meminiſſe horret, luctuque refugit.*
13 Non pro certo nota: timentur quippe ne veris majora fient.
14 *Flammas ut regia puppis Extulerat.* quod reliquæ claſſi legendi anchoras viæque ſignum eſt.
15 Vid. Troad. 1043.
16 Regia navis, cujus roſtrum auratum eſt. Al. monuit.
17 Auratis, æratiſque roſtris & puppibus pictis armiſque ſuſpenſis ſplendet, tegitur tamen navium numero. 18 *Vt verſ. 41. ſup.*

*Iuvat*

*[19] Iuvat videre nuda Trojæ litora,*
*Iuvat relicti ſola [20] Sigei loca.*
*Properat juventus omnis adductos ſimul*
*[21] Lentare remos. [22] adjuvat ventos manu,*
*Et valida [23] niſu brachia [23] alterno movet.*
*Sulcata vibrant æquora, & [24] latera increpant;*
*Dirimuntque canæ cærulum ſpumæ mare.*
*Vt aura plenos fortior tendit ſinus,*
*Poſuere [25] tonſas. credita eſt vento ratis:*
*Fuſuſque tranſtris [26] miles; [27] aut terras procul,*
*Quantum recedunt vela fugientes notat;*
*Aut bella narrat: [28] Hectoris fortis minas,*
*[29] Curruſque, & empto [30] redditum corpus rogo:*
*Sparſum cruore [31] regis Herceum Iovem.*
*Tum qui jacente reciprocus ludit ſalo,*
*Tumidumque pando tranſilit dorſo mare*
*[32] Tyrrhenus omni piſcis [33] exſultat freto,*
*Agitque gyros, & comes lateri adnatat,*
*Anteire naves lætus, & rurſus ſequi.*
*Nunc [34] prima tangens [35] roſtra laſcivit [35] chorus,*
*Milleſimam nunc ambit & luſtrat ratem.*
*[36] Iam litus omne tegitur, & campi latent,*
*Et dubia parent montis Idæi juga.*
*Et jam, quod unum [37] pervicax acies videt,*
*[38] Iliacus atra fumus apparet nota.*
*[39] Iam laſſa Titan colla relevabat jugo;*
*In aſtra jam lux prona, jam præceps dies.*
*[40] Exigua nubes ſordido creſcens globo*
*Nitidum cadentis inquinat Phœbi jubar.*
*[40] Suſpecta varius occidens fecit freta.*
*Nox prima cœlum ſparſerat ſtellis. jacent*
*Deſerta vento vela, tum [41] murmur grave*
*Majora minitans collibus ſummis cadit,*

19 Iuvat nos diſcedentes videre deſolata atque depopulata à nobis Trojæ litora.
20 Promontorii Troadis.
21 Incurvare & flectere in undis juvenili vi ac deſiderio reditus. *lentos incurvant gurgite remos.*
22 Velificationi remigium addunt.
23 *By ſpell.*
24 Navium latera increpant remigantium impetu.
25 Remos.
26 Al navita.
27 Vid. Troad. 1046. & Med. 303.
28 Cum flammas Argivæ claſſi inferret. Troad. 440.
29 Achillis, quibus raptabatur Hector. Troad. ỳ. 742.
30 Patri Priamo. Troad. 325.
31 Priami cæſi ad aram Hercei Iovis ỳ. 45 Troad. 32 Delphin ex fab. Tyrrhenorum piratarum in Delphinas verſorum. vid. Oed. ỳ. 449. 33 Delphini in tranquillo mari laſcivientes futuram tempeſtatem portendunt, hyemali enim procella ingruente, ab imo mari aſſurgunt exhalationes, quæ tempeſtati fomenta ſuggerant, quibus Delphini excitati geſtiunt, atque in maris ſuperficie colludunt. 34 Primas claſſis naves. 35 Delphinum ſaltantium. 36 Iam nobis in altum provectis humiliora Troadis loca abſconduntur, montes vix apparent. 37 Al. *perſpicax.* 38 Troad. 1051. 39 Iam occidente ſole nox ingruebat. 40 Nubibus conſperſus ſol occidens ventorum & pluviæ prognoſticon. 41 Murmurans à terra venit aura, gravioris venit prænuncia.

*Tractuque longo litus ac petræ gemunt.*
*Agitata ventis unda venturis tumet:*
*Cum luna ſubito conditur, ſtellæ* [42] *cadunt,*
[43] *In aſtra pontus tollitur.* [44] *cœlum perit.*
[45] *Nec una nox eſt. denſa tenebras obruit*
*Caligo, & omni luce ſubducta* [46] *fretum*
[46] *Cœlumque miſcet. undique incumbunt ſimul,*
*Eripiuntque pelagus infimo everſum ſolo*
[47] *Adverſus Euro Zephyrus, & Boreæ Notus.*
*Sua quiſque mittunt tela, & infeſti fretum*
[48] *Emoliuntur. turbo convolvit mare.*
[49] *Strymonius altas Aquilo contorquet nives;*
[50] *Libycuſque arenas Auſter* [51] *ac Syrtes agit,*
[52] *Nec manet in Auſtro;* [53] *fit gravis nimbis Notus,*
*Imbre auget undas; Eurus Orientem movet,*
[54] *Nabathæa quatiens regna, & Eoos ſinus.*
[55] *Quid rapidus ora Corus Oceano exerens?*
*Mundum revelli ſedibus* [56] *totum ſuis,*
*Ipſoſque rupto credere cælo deos*
*Decidere, &* [57] *atrum rebus induci* [58] *Chaos.*
*Vento reſiſtit* [59] *æſtus, & ventus retro*
*Æſtum revolvit.* [60] *non capit ſeſe mare:*
*Undaſque miſcent imber & fluctus ſuas.*
*Nec hoc levamen denique ærumnis datum eſt,*
*Videre ſaltem, & noſſe, quo pereant malo.*
*Premunt tenebræ lumina, &* [61] *diræ Stygis*
*Inferna nox eſt,* [62] *excidunt ignes tamen,*
*Et nube dirum fulmen eliſa micat:*
*Miſeriſque lucis tanta dulcedo eſt malæ;*
*Hoc lumen optant. ipſa ſe claſſis premit,*
*Et prora proræ nocuit, & lateri latus.*
[63] *Illam dehiſcens pontus in præceps rapit,*
*Hauritque, & alto redditam revomit mare,*
*Hæc onere ſidit. illa convulſum latus*

42 Al. Latent, de quare vide quæ ad Thebaid. 431. & Hippol. 736.
43 *Fluctibus erigitur, cœlumque æquare videtur Pontus.*
44 Eripiunt nubes cœlũ.
45 Non ſimplices, non noctis ſolius tenebræ. ſic. *Non cæli nox illa fuit.* Et 9 Metam. *Cæcaque non premitur tenebris hyemiſque ſuiſque.*
46 Vt neutrum diſcerni poſſit.
47 *Diverſi turbine venti Confligunt Zephyruſque Notuſque,* &c. Σὺν δ᾽ εὖρός τε νότος τ᾽ ἔπεσε ζέφυρός τε δυσαὴς καὶ βορέας αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλίνδων.
48 Molem ejus loco movent, evertunt.
49 Thracius. è Thracia flans à fl. uſque Strymone. 50 Herc. Fu. 322. 51 Al. *ad Syrtes.* 52 Nec manet tempeſtatis dominium penes Auſtrum, *vel* in Auſtrali parte. 53 *Madidis Notus evolat alis,* &c. 54 Arabiam Petream. 55 Quid autem Corus fecit, &c. de Coro ad Thyeſt. ỿ. 576. 56 Al. motum. 57 Non quod illi color ullus, ſed quia nullus certus. 58 Herc. Fu. 609. 59 Maris. 60 Verum tumidis undis æſtuque ſublatum in aëra *cœlum æquare videtur.* 61 Tartareæ tenebræ. 62 Nedum apparent, tantum fulminibus lux redditur, vid. Thyeſt. 1085. 63 *Illum unda dehiſcens Torquet agens circum & rapido vorat æquore vortex.*

*Sum-*

*Summittit undis.* [64] *fluctus hanc decimus tegit.*
*Hæc lacera, & omni* [65] *decore populato levis*
*Fluitat; nec illi vela, nec tonſæ manent;*
*Nec rectus altas malus antennas ferens;*
*Sed* [66] *trunca toto puppis Ionio natat.*
*Nil ratio & uſus audet:* [67] *ars ceſſit malis.*
*Tenet horror artus omnis, officio ſtupet*
*Navita relicto. remus effugit manus.*
*In vota miſeros ultimus cogit timor,*
[68] *Eademque ſuperos Troes & Danai rogant.*
[69] *Quid fata poſſunt!* [69] *invidet Pyrrhus patri.*
*Ajaci Vlyſſes, Hectori* [70] *Atrides minor,*
*Priamo Agamemnon.* [71] *quiſquis ad Trojam jacet,*
*Felix vocatur, cadere qui* [72] *meruit manu.*
[73] *Quem fama ſervat,* [74] *victa quem tellus premit.*
[75] *Nil nobile auſos pontus atque undæ ferent?*
[75] *Ignava fortes fata conſument viros?*
[76] *Perdenda mors eſt. quiſquis es nondum malis*
*Satiate tantis cælitum, tandem tuum*
*Numen ſerena.* [77] *cladibus noſtris daret*
*Vel Troja lacrymas. odia ſi durant tua,*
*Placetque mitti Doricum exitio genus;*
*Quid* [78] *hos ſimul perire nobiſcum juvat,*
[79] *Quibus perimus? ſiſtite infeſtum mare:*
*Vehit iſta Danaos claſſis & Troas vehit.*
*Nec plura poſſunt; occupat vocem mare.*
*Ecce alia clades.* [80] *fulmine irati Iovis*
*Armata* [81] *Pallas, quidquid aut haſta minax,*
*Aut* [82] *ægide, aut furore* [82] *Gorgoneo poteſt,*

64 Decumanus fl. *Decimæ ruit impetus undæ.* q. d. maximus. Sic enim ova decumana, porta in caſtris decumana, &c. denarius ſiquidem numerus perfectiſſimus, ut qui contineat par & impar, quadratum, quadratale, longum, planum, &c. conſtetque ex uno, duobus, tribus, & quatuor. proinde Græci ad decem uſque numerant & hinc ad unitatem revertuntur. Sphærarum inſuper decada mundo tribuebant Pythagoræi. 65 Vexillorũ, apluſtrium. 66 Al. *Fracta.* 67 *Tanta mali moles tantoque potentior arte eſt.* Al. *in magnis malis.* 68 Vt evadant maris truculentiam, ne ſubmergantur. 69 Vide quid deorum fata poſſunt, quæ in una eademque vota Troas Danaoſque adegerint. *vel referas ad ſequentia*; vides quid interſit inter fati & mortis genera, cum in aquis perituri his invideant qui vel inimici, vel per inſidias & dedecus in terra mortem oppetierant. maxime autem deteſtabantur fortes hoc mortis genus, qui cum animam igneam eſſe cenſerent, aquis illam prorſus extingui putabant, & in quo mortis genere non poteſt quis ſuæ fortitudinis ſpecimen dare. 70 Menelaus. 71 Τρὶς μάκαρες Δαναοὶ καὶ τετράκις οἳ τότ᾽ ὄλοντο Τροίῃ ἐν εὐρείῃ. *O terque quaterque beati Queis ante ora patrum Trojæ ſub mœnibus altis contigit oppetere*, &c. 72 Al. *potuit.* 73 Quod fortiter pugnando occiderit. 74 Qui ad Trojam ſepultus eſt. Al. *tegit.* 75 Vide ſup. notam 69. f. ad ỹ. 506. 76 Alii habent, *Pudenda.* 77 *Pœnas expendimus, & quæ Vel Priamo miſeranda forent.* 78 Trojanos captivos. 79 In quorum ultionem. 80 Vide Med. 59. 81 Cui hinc nomen ſc. παρὰ τὸ πάλλειν δόρυ. 82 Scuto munimento pectoris quod τῆς αἰγὸς, id eſt, capræ Amaltheæ pelle (ſeu potius ſquammoſo draconum corio) contectum Iupiter Palladi dedit, cui poſtea Perſeus caput Meduſæ Gorgonis indidit, cujus aſpectu homines in ſaxa vertebantur.

*Aut*

*Aut igne patrio, tentat; & cœlo novæ*
*Spirant procellæ. ſolus invictus malis*
*Luctatur Ajax. vela cogentem hunc ſua*
*Tenſo rudente flamma perſtrinxit cadens.*
*Vibratur aliud fulmen. hoc* [83] *toto impetu*
*Tortum* [83] *reducta Pallas excuſſit manu,*
*Imitata* [84] *patrem tranſit Ajacem, & ratem,*
*Ratiſque partem ſecum & Ajacis tulit.*
*Nil ille motus, ardua ut cautes ſalo*
*Ambuſtus exſtat,* [85] *dirimit inſanum mare;*
*Fluctuſque rumpit pectore, & navem manu*
*Complexus in ſe traxit, &* [86] *cæco mari*
[87] *Collucet Ajax. omne reſplendet fretum.*
*Tandem occupata rupe,* [88] *furibundum intonat.*
*Superaſſe nunc ſe pelagus, atque ignes: juvat*
*Viciſſe cœlum, Palladem, fulmen, mare.*
*Non me fugavit bellici terror Dei.*
*Et* [89] *Hectorem una ſolus & Martem tuli.*
[90] *Phœbea nec me tela pepulerunt gradu.*
*Cum Phrygibus* [91] *iſtos vicimus. tandem horream,*
[92] *Aliena* [93] *inerti tela mitti dextera?*
*Quid ſi* [94] *ipſe mittat? plura cum auderet furens;*
[95] *Tridente rupem ſubruit pulſam pater*
*Neptunus, imis exerens undis caput,*
*Solvitque* [96] *montem; quem cadens* [97] *ſecum tulit:*
[98] *Terraque &* [98] *igne victus &* [98] *pelago jacet.*
*Nos alia* [99] *major naufragos peſtis vocat.*
*Eſt humilis unda, ſcrupeis* [1] *mendax vadis,*
*Vbi ſaxa rapidis cluſa vorticibus tegit*
[1] *Fallax* [2] *Caphareus. æſtuat ſcopulis* [3] *fretum,*
*Fervetque ſemper fluctus alterna vice.*
*Arx imminet prærupta, quæ ſpectat mare*
*Vtrinque* [3] *geminum: Pelopis hinc oras* [4] *tui,*
*Et* [5] *Iſthmon, arcto qui recurvatus ſolo*
*Ionia jungi maria* [6] *Phrixeis vetat:*

83 Quo validius torqueret, Ajacem Oilei f. ultura quod Caſſandram in templo ſuo violaſſet.
84 Iovem, qui *dextra libratum fulmen ab aure Miſit* in Phaëtonta.
85 Natans.
86 Caliginoſo.
87 Fulmine ardens.
88 ὑπερφίαλον ἔπος ἔκβαλε καὶ μεγάάσθη φῆς ἀέκητι θεῶν φυγέειν μέγα λαῖτμα θαλάσσης, &c. Odyſ. δ. *furias Ajacis Oilei.* Æneid. 1. Quod alii de furioſo amore interpretantur.
89 Alteri Ajaci magis hæc conveniant, quæ tamen hic furens & jactabundus in ſe transfert.

90 Apollinis, qui à Trojanis ſtetit. 91 Deos, Neptun. Apol. &c. 92 Iovis fulmina. 93 Fœminea, Palladis. 94 Iupiter. 95 Τοῦ δὲ Ποσειδάων μεγάλ' ἔκλυεν αὐδήσαντος· Αὐτίκ' ἔπειτα τρίαιναν ἑλὼν χερσὶ στιβαρῇσιν ἤλασε. 96 Γυραίην πέτρην, &c. Odyſ. δ. ἀπὸ δ' ἔσχισε. diſcidit rupem. 97 Rupe obrutus, fulmine ambuſtus, undis ſubmerſus. 98 Vlterior. 99 Doloſa vadis. 1 Mons Euboiæ. vid. Med. ṽ. 659. 2 Euripus. Herc. Fu. 377. 3 Ionium & Ægeum. 4 Avi ſc. Agamemnonis mariti tui. 5 Herc. Fu. 335. 6 Helleſponto, quæ Ægæi pars, Theb. 611. à Phrixo. Vid. Troad. 1124. Med. 744.

*Hinc* [7] *ſcelere Lemnon nobilem; hinc & [8] Chalcida,*
[9] *Tardamque ratibus Aulida. hanc arcem occupat*
*Palamedis* [10] *ille genitor, & clarum manu*
*Lumen nefanda vertice è ſummo efferens,*
*In ſaxa ducit* [11] *perfida claſſem face.*
*Hærent acutis rupibus fixæ rates.*
*Has inopis undæ brevia comminuunt vada.*
*Pars vehitur hujus prima, pars ſcopulo ſedet.*
*Hanc alia retro ſpacia relegentem ferit,*
*Et fracta frangit. jam* [12] *timent terram rates,*
*Voluntque maria.* [13] *cedit in luctum furor.*
*Poſtquam* [14] *litatum eſt, Phœbus* [15] *in lucem redit,*
*Et* [16] *damna noctis triſtis oſtendit dies.*
CLY. *Vtrumne doleam, læter an reducem virum?*
*Remeaſſe, lætor. vulnus at regni grave*
*Lugere cogor. redde jam Grajis,* [17] *pater,*
*Altiſona quatiens regna, placatos deos.*
*Nunc omne* [18] *læta fronde veletur caput.*
[19] *Sacrifica dulces tibia effundat modos;*
*Et* [20] *nivea magnas victima ante aras cadat.*
*Sed ecce* [21] *turba triſtis, incomptæ comas,*
[23] *Iliades adſunt: quas ſuper celſo gradu*
*Effrena* [22] *Phœbas* [23] *entheas* [24] *laurus quatit.*

7 Fœminarum, quæ à maritis ſpretæ viros omnes interfecerunt, præter Hypſypilem, quæ patrem Thoantem clam navi amandavit. 8 Eubojæ civ. 9 Quæ bis morata erat claſſem Græcam exituram. Troad. 161. & redituram. ibidem. 10 *Emphaticè*. Nauplius. Medea 659. 11 Tutos præ ſe ferenti portus. 12 Vada timent nautæ *maluntque maria*.

13 Al. *Cecidit in lucem furor*, i. illuceſcente aurora ceſſat tempeſtas. *ſpes vitæ cum Sole redit*. 14 Iratum pelagus expiare ſolebant alii capite raſo, alii verberibus, mercium jactura, imo è vectoribus quandoque uno ſorte ejecto. poteſt hoc intelligi de naufragiis illius tempeſtatis. 15 Diſcuſſis nubibus vel noctis tenebris. 16 Cladem & damnum amiſſæ noctu claſſis. 17 Iovem uſurpat patrem. vid. Hippol. 299. quamvis Pollux & Helena Iovis editi ovo ſoli dicantur. 18 Corona triumphali. 19 Sacris adhibita. 20 Diis ſuperis debita. Oed. ỳ. 549. 21 Troades captivæ. 22 Caſſandra Phœbi vates. *Oed*. 231. 23 Oed. 628. 24 Oed. 16.

## CHORVS TROADVM. CASSANDRA.

*Chorus Iliadum Trojæ fata caſumque luget, Caſſandra furore Phœbejo correpta, quæ Agamemnoni imminent, vaticinatur.*

*HEu quam dulce malum mortalibus additum,*
*Vitæ* [1] *dirus amor: cum* [2] *pateat malis*
*Effugium, & miſeros libera mors vocet,*
*Portus æterna placidus quiete!*
*Nullus hunc terror, nec impotens.*

1 Etiam in miſeriis. 2 Per mortem, quæ Stoicis portus aliquando petendus, nunquam recuſandus. ỳ. Herc. Fu. 425.

*Procella fortunæ movet,*
*Aut* [3] *iniqui flamma Tonantis.*
[4] *Pax alta.* [5] *nullos civium cœtus*
*Timet, aut minaces victoris iras;*
*Non maria aſperis inſana* [6] *Coris:*
*Non acies feras,*
[7] *Pulvereamque nubem*
*Motam Barbaricis equitum catervis;*
*Non urbe cum tota populos cadentes:*
*Hoſtica muros populante flamma,*
*Indomitumve bellum. perrumpet omne*
*Solus contemptor* [8] *levium deorum.*
[9] *Qui vultus* [10] *Acherontis atri,*
*Qui* [10] *Styga* [11] *triſtem* [11] *non triſtis videt,*
*Audetque vitæ ponere finem,*
*Par ille regi, par ſuperis erit.*
O quam miſerum eſt neſcire [12] mori!
*Vidimus patriam ruentem nocte funeſtâ,*
*Cum Dardana tecta Dorici raperetis ignes.*
[13] *Non illa bello victa, nec armis,*
[14] *Ut quondam Herculea cecidit pharetra:*
*Quam non* [15] *Pelei Thetidiſque natus,*
[16] *Charuſque Pelidæ nimium feroci*
*Vicit, acceptis cum fulſit armis,*
*Fuditque Troas* [16] *falſus Achilles:*
*Aut cum ipſe Pelides animos feroces*
[17] *Suſtulit luctu.* [18] *celeremque ſaltu*
*Troades ſummis timuere muris.*
*Perdidit in malis extremum decus,*
*Fortiter vinci. reſtitit annis*
*Troja bis quinis,*
*Unius noctis peritura* [19] *fato.*
*Vidimus ſimulata* [20] *dona* [21] *molis immenſæ;*
*Danaumq;* [22] *fatale munus duximus noſtra*
[23] *Creduli dextra: tremuitque ſæpe*
*Limine in primo ſonipes, cavernis*
*Conditos reges bellumque geſtans:*

3 Obliquum fulmen.
4 In hoc portu ſecura tranquillitas.
5 *Non civium ardorem prava jubentium, non vultum inſtantis tyranni*, &c. Imitatio Horat. 3.3. Od. q. d. mortis contemptor omnia contemnit.
6 Ventis de Coro. Thyeſt. 576.
7 Ὅς τ' ὑπὸ ποσσὶ κονίσαλος ὤρνυτ' ἀελλής.
8 Non ultra mortem nocere potentium quæ ſapienti (Stoico ſeu Epicureo) levis. vid. Chor. ſec. Troados.
9 Ex ead. ſchola Epic. ſic ille, *ſtrepitumque Acherontis avari ſubjecit pedibus.*
10 V. 12. Agam.
11 Ἀνίθεσις πολύπτωτος.
12 Quod effugium eſt & portus ex miſeriis. ſup.
13 Sed inſidiis & dolo.
14 Sub Laomedonte. ✠. Troad. 131. & 726.
15 Achilles.
16 Patroclus Achillis armis indutus.
17 Κλαίε φίλε ἑτάρε μεμνήμενος, &c. Πατρόκλε ποθέων ἀνδρότητα.
18 Πόδας ὠκὺν, ὠνύμορον. Achillis autem ſaltus Trojæ excidio fatalis. Lycophr. & Lucian. lib. περὶ ὀρχήσεως.
19 Al. furto donis & inſidiis.
20 Minervæ pro reditu vota.
21 Equi duratei. ſive πολιορκητικὸν fuerit illud μηχάνημα, ſeu porta equi inſigni picta per proditionem Græcis aperta, ſeu mons Hippius in quo ex inſidiis Græci Trojanos interceperunt ſimulque urbem irruperunt, ſeu denique equitatus Græcorum. 22 Primo enim exciſum eſt Ilium propter equos Herculi ex pacto non datos à Laomedonte: ſecundo per equum durateum, de quo hoc in loco; tertio per equum qui valvis interceptus Romanis irruendi poteſtatem fecit, cum Ilienſes Cinnam Coſ. in urbem recipere noluerunt. 23 Sinoni fidem habentes.

*Et licuit* [24] *verſare dolos, ut ipſi*
*Fraude ſua capti caderent Pelaſgi.*
[25] *Sæpe commotæ ſonuere parmæ,*
*Tacitumque murmur percuſſit aures;*
*Et fremuit* [26] *male ſubdolo*
*Parens Pyrrhus Vlyſſi.*
[27] *Secura metus Troica pubes*
*Sacros gaudet tangere funes.*
*Hinc* [28] *æquævi gregis Aſtyanax;*
*Hinc* [29] *Æmonio deſponſa rogo,*
*Ducunt turmas: hæc fœmineas,*
*Ille viriles.*
*Feſtæ matres* [30] *votiva ferunt*
*Munera divis. feſti patres*
*Adeunt aras.* [31] *unus tota eſt*
*Vultus in urbe.*
*Et, quod nunquam* [32] *poſt Hectoreos*
*Vidimus ignes, læta eſt Hecube.*
*Quid nunc primum, dolor infelix,*
*Quidve extremum deflere paras?*
[33] *Mœnia divum fabricata manu,*
*Diruta noſtra?*
*An templa deos ſuper uſta ſuos?*
*Non vacat iſtis lacrymare malis.*
*Te,* [34] *magne parens, flent Iliades.*
*Vidi, vidi, ſenis in jugulo,*
*Telum Pyrrhi* [35] *vix exiguo*
*Sanguine tingi.*
CA. [36] *Cohibete lacrymas, omne quas tempus petit,*
*Troades, & ipſæ veſtra lamentabili*
*Lugete gemitu funera. ærumna mea*
*Socium recuſant. cladibus queſtus meis*
*Removete, noſtris ipſa ſufficiam malis.*
CHO. Lacrymas lacrymis miſcere juvat.
*Magis exurunt quos* [37] *ſecretæ*
*Lacerant curæ. juvat* [38] *in medium*
*Deflere ſuos. nec enim, quamvis*
[39] *Dura virago patienſque mali,*
*Poteris tantas flere ruinas.*
*Non quæ verno nobile carmen*
*Ramo cantat triſtis* [40] *Aëdon,*
[41] *Ityn in varios modulata ſonos;*

24 In ipſos authores ſuos vertiſſe dolos, *ſi mens non læva fuiſſet.*

25 *Atque utero ſonitum quater arma dedere.*

26 Ægre inductus, ab Vlyſſe ut dolis uteretur μισαπάτης & ſimplex Neoptolemus viribus magis quam fallaciis fretus. quod ἦθος & illi apud Vlyſſ. in Phyloctete tribuit Sophocles, ἔφυν γὰρ οὐδὲν ἐκ τέχνης πράττειν κακῆς, &c. mox, Ἀλλ᾽ εἴμ᾽ ἕτοιμος πρὸς βίαν τὸν ἄνδρ᾽ ἄγειν Καὶ μὴ δόλοισιν.

27 *Circum pueri innuptæque puellæ Sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.*

28 Puerorum.

29 Polyxena, quæ poſtea deſponſata erat rogo Achillis Theſſalici ducis. Troad. ℣. 360.

30 Pro filiorum reditu.

31 Lætitiæ.

32 Poſt redemptum rogoque datum Hectoris corpus.

33 Murorum munitiones, Trojæ mœnia. Troad. ℣. 476.

34 Priame.

35 *Exiguum ſenis Priami Jovis ara cruorem (ombiberat.* vid. ℣. 46. Troad.

36 Cohib. luctus veſtros de patre meo. meæ ſunt iſtæ ſolius partes: vos funera veſtrorum lugere.

37 Seorſim habitæ, privatæ.

38 In commune.

39 Indurata malis, virili animo fœmina.

40 Ἀηδών, luſcinia. al. *querula Edonis*, id eſt, Threicia Philomela, Daulias ales.

41 Seu Itylum, filium Terei à Procne & Philomela interfectum, patrique appoſitum in ultionem ſtupratæ ab eo Philomelæ.

Non

*Non quæ tectis* [42] *Biſtonis ales*
*Reſidens ſummis impia diri*
[43] *Furta mariti garrula deflet;*
*Lugere tuam poterit digne*
*Conqueſta domum: licet ipſe velit*
*Clarus niveos inter olores:*
[44] *Iſtrum* [45] *cygnus* [46] *Tanaimque colens*
*Extrema loqui: licet* [47] *Alcyones*
*Ceyca ſuum fluxu* [48] *leviter*
[48] *Plangente ſonent, cum tranquillo*
*Male confiſæ credunt iterum*
*Pelago audaces, fœtuſque ſuos*
*Nido pavidæ titubante fovent:*
*Non ſi* [49] *molles imitata* [49] *viros*
*Triſtis laceret brachia tecum,*
[50] *Quæ turrita turba parenti*
[51] *Pectore rauco concita, buxum*
*Ferit, ut Phrygium lugeat* [52] *Atyn.*
*Non eſt lacrymis, Caſſandra, modus,*
*Quia quæ patimur vicere modum.*
*Sed cur* [53] *ſacratas diripis capiti* [54] *infulas?*
*Miſeris colendos maxime ſuperos reor.*
CAS. [55] *Vicere noſtra jã metus omnes mala.*
*Equidem nec ulla cœlites placo prece:*
*Nec, ſi velint ſævire, quo noceant, habent.*
*Fortuna vires ipſa conſumpſit ſuas.*
*Quæ patria reſtat? quis pater? quæ jam ſoror?*
*Bibêre* [56] *tumuli ſanguinem atque* [57] *aræ meum.*
*Quid illa felix turba fraterni gregis?*
*Exhauſta nempe: regiam* [58] *miſeri ſenis*
*Vacuam* [59] *relinqui,* [60] *totque per thalamos vident,*
*Præter* [61] *Lacænam, ceteras viduas nurus.*
[62] *Tot illa regum mater, &* [63] *regimen Phrygum*

42 Hirundo, in quam iras mariti fugiens Procne (*ut alii Philomela*) verſa eſt conjux Terei regis Thraciæ, cujus Biſtonis civitas & ſtagnum. 43 Adulterium. 44 Thraciæ fluv. 45 In quem verſus eſt Cycnus, de quo Troad. 180. 46 Morti vicina ſuavius canere dicitur olor. vid. Hippol. ℣.301. 47 Aves illæ in quas mutati ſunt Ceyx rex Trachinæ in Ægæo ſubmerſus cum Alcyone uxore Neptuni filia. quibus avibus nidificantibus fœtumque intra 7, ut alii 9, alii 14, dierum ſpatium educentibus tempore hyberno, mare pacatur, quod tempus *Alcedonia* dicitur. 48 Fluctuante. 49 Gallos Cybeles ſacerdotes ſemiviros quibus (ab Atty puero Cybele dilecto quod in Nympha Sagaritide peccaſſet in furorem à deo verſo ſibique pondera acuto ſilice amputante) *venit in exemplum furor hic, molleſque miniſtri Cædunt jactatu vilia membra comis.* 50 Cybele, quæ civitatis Midæ clauſæ muros capite ſublevavit atque ita eſt ingreſſa. vel *quod primis turres urbibus illa dedit.* an quod eadem cum Veſta, id eſt, terra? 51 Lege, *Pectora rauco concita buxo Ferit*, id eſt, ferit pinu (qui Gallorum fanaticorum mos eſt. vid. Med. 806.) pectora ſua in furorem incita rauca tibia. 52 Sup. ad ℣. 680. 53 Apollini. 54 Filamenta lanea. 55 Extrema ſunt mea mala, quibus ipſi dii ulteriora ſuperaddere non poſſunt. 56 Achillis tumulus bibit ſanguinem Polyxenæ ſororis. Troad. 360. 57 Iovis Hercii ara bibit fratris Polytis ſanguinem Priamique patris mei. Troad. 25. 58 Priami. 59 Al. *Relicti.* q. d. relicti vident, &c. vel lege *videt* ſc. Hecuba. 60 *Quinquaginta intus thalami, ſpes tanta nepotum.* vid. ℣. 32. Troad. 61 Helenam, quæ Paridi, deinde Deiphobo fuerat nupta, *ſed hoc indignanter.* 62 Troad. ℣. 32. 63 Regina.

*Fœcunda* [64] *in ignes Hecuba,* [65] *fatorum novas*
*Experta leges, induit vultus* [65] *feros.*
*Circa ruinas rabida* [65] *latravit ſuas,*
*Trojæ ſuperſtes, Hectori, Priamo,* [65] *ſibi.*
CHOR. [66] *Silet repente Phœbas, &* [67] *pallor genas,*
*Creberque totum poſſidet corpus tremor.*
[68] *Stetere vittæ. mollis horreſcit coma.*
[69] *Anhela corda murmure incluſo fremunt.*
[70] *Incerta nutant lumina; &* [70] *verſi retro*
*Torquentur oculi. rurſus immites rigent.*
*Nunc levat in auras* [71] *altior ſolito caput,*
*Graditurque celſa. nunc reluctantes parat*
*Reſerare fauces; verba nunc* [72] *cluſo male*
*Cuſtodit ore,* [73] *Mænas* [74] *impatiens dei.*
CAS. *Quid me furoris incitam* [75] *ſtimulis novi,*
*Quid mentis inopem* * *ſacra Parnaſſi juga*
*Rapitis? recede, Phœbe jam* [76] *non ſum tua.*
*Extingue* [77] *flammas pectori infixas meo.*
[78] *Cui nunc vagor veſana?* [78] *cui bacchor furens?*
*Iam Troja cecidit.* [79] *falſa quid vates ago?*
*Vbi ſum? fugit lux alma, & obſcurat genas*
*Nox* [80] *alta, & æther abditus tenebris latet.*
[81] *Sed ecce gemino ſole præfulget dies;*
*Geminumque duplices Argos attollit domos.*
[82] *Idæa cerno nemora. fatalis ſedet*
*Inter potentes* [83] *arbiter paſtor deas.*
*Timete reges, moneo,* [84] *furtivum genus.*
[85] *Agreſtis ille* [85] *alumnus evertet domum.*
*Quid* [86] *iſta vecors tela fœminea manu*
*Diſtricta præfert? quem petit dextra virum*
[86] *Lacæna* [87] *cultu* [88] *ferrum Amazonio gerens?*

64 Liberos immaturis rogis crematos. alii ad Paridem referunt. vid. Troad. ℣. 36.
65 Mutata in canem. Troad. 978.
66 Caſſandra *afflata eſt numine Phœbi Iam propiore.*
67 *Non vultus, non color unus.*
68 Inhorruere. *Non comptæ manſere comæ.*
69 *Pectus anhelum Et rabie fera corda tument.*
70 *Torquet ad hæc oculos totoque vagantia cœlo Lumina.*
71 *Majorque videri Nec mortale ſonans.*
72 Murmurat.
73 Vates furibunda. Oed. 436.
74 *Vt Phœbi nondum patiens immanis in antro Bacchatur vates magnum ſi pectore poſſit Excuſſiſſe deum.* 75 Vt divina. fatidici ſpiritus impetu. *Et ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.* * Phœbo ſacra. 76 Sed Agamemnonis. 77 Divinationem. 78 In cujus nunc tandem uſum & utilitatem vaticinor. 79 Non credita. Troad. 35. 80 Al. atra. 81 *Et ſolem geminum & duplices ſe oſtendere Thebas.* Entheis a. ut & ebriis dupla ſe oſtentant objecta propter oculorum muſculos, vel ſpiritus ardore contractos vel humiditate ſolutos, unde oculus alter in ſuperna contruditur, in imum dejicitur alter, ita uterque ſua apprehendit. 82 Montis Idæ ubi Paris tulit ſententiam de malo aureo. 83 Paris. reſpicitque ad Ægiſthum quem poſtea vocat agreſtem alumnum, Agamemnoni Myceniſque non minus fatalem quàm Trojæ Paridem. 84 Furtiva Venere natum Ægiſthum. 85 Mox enim ut natus, projectus eſt, & à capris nutritus, unde nomen. 86 Clytæmneſtra. 87 More Amazonio armata. Heinſius legit, *vultu Amazon.* i. torvo, ſic Hippolyt. ℣. 655. 88 Bipennim, ſecurim.

*Quæ verſat oculos alia nunc facies meos?*
*Victor ferarum colla vexatus jacet*
[89] *Ignobilis ſub dente* [90] *Marmaricus leo,*
*Morſus cruentos paſſus audacis* [91] *leæ.*
*Quid me vocatis ſoſpitem ſolam è meis,*
*Vmbræ meorum? te ſequor, tota pater*
[92] *Troja ſepulte,* *frater,* [93] *auxilium Phrygum,*
*Terrorque Danaum,* [94] *non ego antiquum decus*
*Video,* [95] *aut calentes ratibus exuſtis manus:*
[96] *Sed lacera membra, & ſaucios vinclo gravi*
*Fortes lacertos. te ſequor* [97] *nimium cito*
*Congreſſe Achilli Troile.* [98] *incertos geris*
*Deiphobe vultus,* [99] *conjugis munus novæ.*
*Iuvat per ipſos ingredi Stygios lacus;*
*Iuvat videre Tartari ſævum canem,*
*Avidique regna Ditis. hac hodie* [1] *ratis*
*Phlegethontis atri* [2] *regias animas vehet,*
*Victamque, victricemque. vos, umbræ, precor,*
[3] *Iurata ſuperis unda te pariter precor,*
*Reſerate paulum terga* [4] *nigrantis poli,*
[5] *Levis ut Mycenas turba proſpiciat Phrygum.*
*Spectate miſeri. fata ſe* [6] *vertunt retro.*
*Inſtant* [7] *ſorores ſqualidæ.*
*Sanguinea jactant verbera.*
*Fert læva ſemuſtas faces;*
[8] *Ardentque pallentes genæ,*
*Et veſtis* [9] *atri funeris*
*Exeſa cingit ilia;*
*Strepuntque nocturni metus,*
*Et oſſa* [10] *vaſti corporis*
*Corrupta longinquo ſitu*
*Palude limoſa jacent.*
*Et ecce* [11] *defeſſus ſenex*
*Ad ora ludentes aquas*
*Non captat, oblitus ſitis.*

89 Reſpicit ad Ægiſthum ex inceſtu natum. 90 Ingens & fortis leo, quales in Marmarica regione Africæ verſus Ægyptum. *intelligit autem Agamemnona.* 91 Clytemnestræ. 92 Troad. ℣. 29. 93 Hector, quo ſtante ſtetit Ilium. Troad. 31. & columen patriæ, &c. ℣. 120. Troad. 94 Non exuvias indutum Achillis. 95 *Non Danaum Phrygios jaculantem puppibus ignes.* 96 Sed per *pedes trajectum lora tumentes Raptatum bigis.* vid. Troad. 742. 97 *Infelix puer atque impar congreſſus Achilli.* 98 Quem *lacerum crudeliter ora,* &c. *Vix adeo agnovit* Æneas 6 Æneid. 99 Helenæ, à qua, ſuprema nocte, proditus eſt Græcis. 1 Charontis cymba, *quam videre enthea ſibi videtur.* 2 Meam & Agamemnonis. 3 Styx. Herc. Fu. 606. & 11. 1103. 4 Antarctici. Herc. Fu. 606. & 1103. 5 Vt umbræ Trojanorum videant Agamemnona Mycenarum regem ab uxore cæſum, ad ſuam ſolationem, velut inferias ſibi relatas. 6 Al. *Volvunt.* 7 Furiæ. *Thyeſt.* 78. *Med.* 957. 8 Al. *turgent.* 9 Funeſti apparatus & ominis. 10 Gigantum. 11 Tantalus. *Thyeſt.* 172.

[12] *Mœſtus futuro funere.*
[13] *Exultat, & ponit gradus*
[14] *Pater decorus Dardanus.*
CH. *Iam* [15] *pervagatus ipſe ſe fregit furor,*
*Caditque; flexo qualis ante aras gradu*
*Cervice taurus vulnus inciſa gerens.*
*Relevemus artus* [16] *entheos. tandem ſuos*
[17] *Victrice lauro cinctus Agamemnon adit;*
*Conjuxque pariter obvios illi tulit*
*Greſſus: reditque juncta concordi gradu.*

12 Propter imminentem ſui pronepotis necem. 13 Lætatur Dardanus in ultionem prolis ſuæ. 14 Tritavus Caſſandræ. 15 Phœbas recedente ſpiritu exanimis cadit. 16 Oed. 628. 17 Sup. ℣. 384.

## ACTUS QUARTUS.

### AGAMEMNON. CASSANDRA.

*Agamemnoni reduci prædicit Caſſandra fatum, nec creditur.* Troad. 34.

TAndem revertor ſoſpes ad patrios lares.
[1] *O cara ſalve terra. tibi tot barbaræ*
*Dedere gentes ſpolia. tibi felix diu*
*Potentis Aſiæ Troja ſubmiſit manus.*
*Cur iſta* [2] *vates corpus effuſa, ac tremens*
*Dubia labat cervice? famuli, attollite;*
[3] *Refovete gelido latice. jam recipit* [4] *diem*
*Marcente viſu. ſuſcita ſenſus tuos.*
*Optatus ille portus ærumnis adeſt.*
*Feſtus dies eſt.* CAS. [5] *feſtus & Trojæ fuit.*
AG. *Veneremur aras.* CA. *cecidit ante* [6] *aras pater.*
AG. *Iovem precemur pariter.* CA. [6] *Herceum Iovem?*
AG. *Credis videre te Ilium?* CA. [7] *& Priamum ſimul.*
AG. *Heic Troja non eſt.* CA. [8] *Vbi Helena eſt, Trojā puto.*
AG. [9] *Ne metue dominā famula.* CA. [10] *libertas adeſt.*
AG. *Secura vive.* CA. *mors mihi eſt ſecuritas.*
AG. *Nullū eſt periculū tibimet.* CA. *at magnū tibi eſt.*
AG. *Victor timere quid poteſt?* CA. *quod non timet.*
AG. *Hanc fida famuli turba, dum excutiat* [11] *Deum,*

1 Vid. quæ ad ℣. 386. ſupra. 2 Caſſandra à furore exanimis: quam cum cæteris captivis Ag. præmiſerat dono Clytæmneſtræ. 3 Frigida enim in faciem λειποψύχοις adſperſa, ſpiritus, qui ad faciem plurimi venire ſolent, cogit, quibus congregatis redeunt ſenſibus functiones. 4 Lucem. 5 Quo periit, *tu noſtro exemplo feſtos cave.* 6 Troad. 45. 7 Te ſc. mox interficiendum, ut Priamum. 8 Vbi mala & adultera mulier eſt, *qualis uxor tua Clytæmneſtra.* namque Helena jam in Ægypto erat. 9 *Quod etiam ille de Clytæmneſtra ſubintelligens reſponaet,* non erit cur Clytæmneſt. ut dominam metuas, quæ mihi dilecta es. 10 Per mortem vicinam. 11 Phœbi numen, quo afflatur.

Reti-

*Retinete.* [12] *nequid impotens peccet furor.*
*At te pater qui ſæva torques fulmina*
*Pelliſque nubes, ſidera & terras regis,*
*Ad* [13] *quem triumphi ſpolia victores ferunt;*
*Et* [14] *te ſororem cuncta pollentis viri,*
*Argolica Iuno, pecore votivo libens*
[15] *Arabumque donis, ſupplice &* [16] *fibra colam.*

12 Ne ſibi manū inferat.
13 Iovem τροπαιοῦχον, ληΐστορα vel νικηφόροιον.
14 Sup. ỳ. 341.
15 Thure.
16 Thyeſt. ỳ. 754.

## CHORVS ARGIVARVM.

*Chorus Argivarum Herculis laudes canit nutriti ſcil Argis, cujuſque ſagittæ fato poſcebantur ad ſecundum Trojæ excidium.*

*ARgos nobilibus nobile civibus,*
*Argos* [1] *iratæ* [2] *carum novercæ,*
*Semper ingentes educas* [3] *alumnos;*
[3] *Imparem æquaſti numerum deorum:*
*Tuus ille biſſeno meruit labore*
*Allegi cælo magnus Alcides;*
*Cui lege mundi Iuppiter rupta*
*Roſcidæ noctis geminavit horas,*
*Iuſſitque Phœbum tardius celeres*
*Agitare currus, & tuas lente*
*Remeare* [4] *bigas candida Phœbe;*
*Retulitque pedem,* [5] *alternis nomen*
*Stellæ quæ mutat,* [6] *ſeque mirata eſt*
*Heſperum dici; Aurora movit*
*Ad ſolitas vices caput, & relabens*
*Impoſuit ſenis humero* [7] *mariti.*
[8] *Senſit Ortus, ſenſit Occaſus,*
*Herculem naſci.* [9] *violentus ille*
*Nocte non una poterat creari.*
[10] *Tibi concitatus ſubſtitit mundus,*
*O puer magnum ſubiture cælum!*
*Te ſenſit* [11] *Nemeæus arcto*
*Preſſus lacerto* [12] *fulmineus leo.*
*Cervaque* [13] *Parrhaſis.*
*Senſit Arcadii* [14] *populator agri.*
*Gemuitque* [15] *taurus, Dictæa linquens*
*Horridus arva.*

1 Iunoni Iovis ex pellicibus liberis infeſtæ.
2 Sup. ỳ. 34.
3 Et in his Herculem, qui Heben duxit uxorem, deorumque (non magnorum illorum qui duodecim, neque ſelectorum qui octo,) numerum prius imparem æquavit. *vel intellige* de tribus diis communibus, Marte, Bellona, Victoria, quibus additus Hercules. Poteſt & de Diis patriis intelligi qui ex Argivis ſeu Argis educati in deos relati ſunt. vid. Herc. Fu. ỳ. 24.
4 Bigas Lunæ tribuunt (ut ſoli quadrigas) quam trahunt equi, tauri, muli, vel cervi, quorum alter ater, albus alter.
5 Veneris ſtella. vid. Hippol. 748. & Med. 71.
6 Cum debuiſſet Lucifer appellari, id eſt, quod non matutinus ortus ſit ſpatio ſolito.
7 Tithoni.
8 Phœbei itineris intermiſſi deſiderio.
9 Τεχθῆναι γὰρ ἔδει μέγαν καὶ πολυάθλιον θεόν· τοῦτον οὖν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον.
10 Tibi genito.
11 Herc. Fu. 223, & 83.
12 Rapidus, impotens. quod epitheton apro magis convenit, cujus irati urunt dentes.

13 A Parrhaſia urbe Arcadiæ. vide Herc. Fu. ỳ. 221 14 Aper, ſus Erymanthius. 15 Qui Neptuni ira in Cretam miſſus trajecit in Peloponneſum, ubi ab Herc. cæſus eſt.

*Morte* [16] *fœcundum domuit draconem,*
*Vetuitque collo pereunte naſci.*
[17] *Geminoſque fratres pectore ab uno*
*Tria monſtra natos, ſtipite incuſſo*
*Fregit inſultans : duxitque ad ortus*
[18] *Heſperium pecus,*
*Geryonis ſpolium triformis.*
*Egit* [19] *Threicium gregem,*
*Quem non* [20] *Strymonii gramine fluminis,*
[20] *Hebrive ripis pavit* [21] *tyrannus ;*
*Hoſpitum dirus ſtabulis cruorem*
*Præbuit ſævis; tinxitque crudos*
*Ultimus rictus ſanguis aurigæ.*
*Vidit* [22] *Hippolyte ferox,*
*Pectore è medio rapi ſpolium & ſagittas.*
[23] *Nube percuſſa Stymphalis alto*
*Decidit cœlo,*
[24] *Arborque pomis fertilis aureis.*
*Extimuit* [25] *manus inſueta carpi,*
*Fugitque in auras leviore ramo:*
*Audivit ſonitum* [26] *crepitante lamna*
[27] *Frigidus cuſtos neſcius ſomni,*
*Linqueret cum jam nemus omne fulvo*
[28] *Plenus Alcides vacuum metallo.*
*Tractus ad cœlum* [29] *canis inferorum*
*Triplici catena, tacuit, nec ullo*
*Latravit ore ; lucis ignotæ*
*Metuens colorem.* [30] *te duce ſuccidit*
[31] *Mendax Dardaniæ domus,*
*Et ſenſit arcus* [32] *iterum timendos :*
*Te duce concidit* [33] *totidem diebus*
*Troja,* [33] *quot annis.*

16 Hydram. Herc. Fu. ℣. 240.
17 Trigeminum Geryona. Herc. Fu. 230.
18 Armenta Hiſpana.
19 Equos Diomedis regis Thraciæ. Herc. Fu. 225.
20 Thraciæ fl.
21 Ipſe Diomedes ſuis equis ab Hercule objectus.
22 Herc. Fu. ℣. 542.
23 Herc. Fu. 243.
24 Herc. Fu. 238.
25 Manus Herculis carpentis ſpoliantiſque arborem.
26 Ramo aureo. ſic Virgil. *leni crepitabat bractea vento.*
27 Venenoſus draco, pervigil Heſperidum horti cuſtos.
28 Aureis malis onuſtus.
29 Cerberus, Herc. Fu. 823.
30 Heinſius legit, *te duce dux cadit*, & verum non adeo placet propter temporis Enallagen, cum quæ præcedebant verba, præteriti fuerint temporis.
31 Perjura, perfida, promiſſis non ſtans. vid. Troad. 131, & 726.
32 Troad. ℣. 133.
33 Decem.

## ACTUS QUINTUS.

### CASSANDRA.

*Caſſandra vel illa non videns vaticinatur, vel in proſcenio ſtans, quæ intus & in* ἐξώςρᾳ *gerantur de cæde Agamemnonis narrat.*

*Res agitur intus magna,* [1] *par annis decem.*
*Eheu quid hoc eſt? anime, conſurge, & cape*

1 Cujus atrocitas decennales labores noſtros æquat aut etiam ſuperat.

2 *Pre-*

[2] *Precium furoris.* [3] *vicimus victi Phryges.*
*Bene eſt! reſurgis Troja. traxiſti jacens*
[4] *Pares Mycenas,* [5] *terga dat victor tuus.*
[6] *Tam clara nunquam provida mentis furor*
*Oſtendit oculis. video, & interſum, & fruor.*
[7] *Imago viſus dubia non fallit meos.*
*Spectamus.* [8] *epula regia inſtructa domo,*
[9] *Quales fuerunt ultima Phrygibus dapes,*
*Celebrantur. oſtro lectus* [10] *Iliaco nitet;*
*Merumque in auro* [11] *veteris Aſſaraci trahunt:*
*Et ipſe* [12] *picta veſte ſublimis jacet*
*Priami ſuperbas corpore exuvias gerens.*
*Detrahere cultus uxor* [13] *hoſtiles jubet,*
*Induere potius conjugis fida manu*
*Textos amictus. horreo, atque animo tremo.*
*Regemne perimet* [14] *exul & adulter virum?*
*Venere fata. ſanguinem* [15] *extrema dapes*
*Domini videbunt, & cruor* [16] *Baccho incidet.*
[17] *Mortifera vinctum perfida tradet neci.*
*Induta* [18] *veſtis exitum manibus negat,*
*Caputque laxi & invii cludunt ſinus.*
*Haurit trementi* [19] *ſemivir dextra latus,*
*Nec penitus adigit: vulnere in medio ſtupet.*
*At* [20] *ille, ut altis hiſpidus ſylvis aper,*
*Cum caſſe vinctus, tentat egreſſus tamen,*
*Arctatque motu vincla, & incaſſum furit:*
*Cupit fluentes undique &* [21] *cæcos ſinus*
*Diſjicere; & hoſtem quærit implicitus ſuum.*
[22] *Armat bipenni Tyndaris dextram furens.*
[23] *Qualiſque ad aras colla taurorum prius*
*Deſignat oculis, antequam ferro petat;*
*Sic huc & illuc impiam librat manum.*
[24] *Habet. peractum eſt.* [25] *pendet exigua* [25] *male*

2 Hoſtis cæde & vindicta compenſatum Phœbei numinis te fatigantis cruciatum.
3 Hoſtium imperatore cæſo.
4 Tuæ ruinæ corruentes.
5 Vincitur.
6 Tam evidentia & grata, ſic enim ipſa exponit verſu ſeq.
7 Quod in furore entheo non raro fit.
8 Interfectus enim eſt Agamemn. δ[illegible]πνίσσας, ut ipſe narrat Odyſſ. λ.
9 Sup. ỳ. 785.
10 Ex præda Ilii.
11 Regis antiqui Phrygum. ſic Virg. *Implevitque mero pateram, quam Belus & omnes A Belo ſoliti.*
12 Phrygionum opere.
13 Illos ex hoſte raptos, illas Priami exuvias. 14 Ægiſthus ſup. ỳ. 289. 15 Secundæ menſæ. 16 Poculo philoteſio, quo convivia claudere ſolebant, id eſt, ſub finem convivii interficietur. 17 Heinſius legi vult, *Mortifera vinctum perfidæ tradet neci Indutæ veſtis. exitum manibus negat, Caputque laxi, &c.* 18 Veſtis ἄπειρ-ος exitum capiti non præbens. 19 Ægiſthus mollis & meticuloſus. 20 Agamemnon. 21 Involventes nec exitum habentes. 22 *Tyndaris illa bipennim inſulſam & fatuam dextra lævaque tenebat.* 23 Ὡς τίν τε κατ' ἔκτανε βοῦν ἐπὶ φάτνῃ, &c. Agamem. de ſe apud Hom. Odyſ. λ. 24 Scil. vulnus. Formula à ludo gladiatorio ſumpta. ubi ſi gladiatorum alter vulnus accepiſſet. acclamabat adverſarius & ſpectatores. *Hoc habet.* 25 Non integre & fortiter amputatum.

*Caput amputatum parte, & hinc trunco cruor*
*Exundat, illinc ora cum fremitu jacent.*
*Nondum recedunt. ille jam exanimem petit,*
*Laceratque corpus. illa fodientem adjuvat.*
*Vterque tanto ſcelere reſpondet ſuis.*
*Hic eſt* 26 *Thyeſte natus, hæc* 27 *Helenæ ſoror.*
*Stat ecce Titan dubius* 28 *emerito die,*
29 *Suane currat an Thyeſtea via.*

26 Perfido, adultero, liberorum ſuorum helluoni, inceſto. 27 Adulteræ, & crudelis, quæ Deiphobum maritum Menelao & hoſtibus dilaniandum prodidit. 28 Finito, Sumpta Metaphora ab operariis, ſervis, militibus. 29 Procedatne curſu ſuo, an facinus hoc abominatus retrocedat, ut in Thyeſtæa cœna. *Thyeſt. act. 4, & 5.*

## ELECTRA.

*Electra fratri ſuo Oreſti ſubducto fugam ſuadet.*

*FVge,* 1 *ô paternæ mortis auxilium unicum,*
*Fuge, & ſceleſtas* 2 *hoſtium evita manus.*
*Everſa domus eſt funditus. regna occidunt.*
3 *Quis iſte celeres concitus currus agit?*
*Germane, vultus veſte* 4 *furabor tuos.*
5 *Quos anime demens, refugis? externos fugis?*
*Domus timenda eſt. pone jam trepidos metus,*
*Oreſta. amici fida præſidia intuor.*

1 Paternæ mortis ulciſcendæ ſpes unica. 2 Matris & Ægiſthi. 3 Conſpecto è longe Strophio metuit, puerumque occulit. 4 Tegam, clepam, vid. Herc. Fu. 798. 5 Suum corripit metum, quod peregrinum timeret, cum ſui timendi potius eſſent. *Lipſ. hæc ad fratrem dici vult.*

## STROPHIVS. ELECTRA. ORESTES & PYLADES, mutæ Perſonæ.

*Electra fratrem Strophio opportune occurrenti tradit abducendum; ipſa ad aram confugit.*

1 *PHocide relicta Strophius,* 2 *Elea inclytus*
*Palma revertor. cauſa veniendi fuit,*
*Gratari* 3 *amico, cujus impulſum manu*
*Cecidit decenni Marte concuſſum Ilium.*
*Quæ nam iſta lacrymis lugubrem vultum rigat,*
*Pavetque mœſta.* 4 *regium agnoſco genus.*
*Electra, luctus cauſa quæ* 5 *læta in domo eſt?*

1 Erat autem Strophius Phocidis rex Anaxibiæ ſororis Agamemnonis filius, & Pyladis pater. 2 Curuli certamine victor in ludis Olympiacis. vid. Herc. Fu. ỳ. 839. 3 Agamemnoni meo cognato. 4 Filiam regis eſſe. 5 Reverſo Agamemnone.

EL. *Pater peremptus ſcelere materno jacet.*
[6] *Comes paternæ quæritur natus neci.*
*Ægiſthus* [7] *arces Venere quæſitas tenet.*
ST. O nulla longi temporis felicitas!
EL. *Te per parentis memoriam obteſtor mei,*
*Per ſceptra* [8] *terris nota, per* [9] *dubios deos,*
*Recipe hunc Oreſten, ac pium furtum occule.*
ST. *Et ſi timendum caſus Agamemnon docet,*
*Aggrediar, & te, Oreſta,* [10] *furabor libens.*
[11] Poſcunt fidem ſecunda, at adverſa [12] exigunt.
*Cape hoc* [13] *decorum ludicri certaminis*
*Inſigne frontis. læva* [14] *victricem tenens*
[14] *Frondem, virenti protegat ramo caput.*
*Et iſta donum palma* [15] *Piſæi Iovis*
[16] *Velamen eadem præſtet atque* [17] *omen tibi.*
*Tuque ô, paternis aſſidens frenis comes,*
*Condiſce, Pylade, patris exemplo fidem.*
*Vos,* [18] *Græcia nunc teſte, veloces equi*
[19] *Infida curſu fugite precipiti* [19] *loca.*
EL. [20] *Exceſſit, abiit currus effreno impetu*
*Effugit aciem.* [21] *tuta jam operiar meos*
*Hoſtes, & ultro vulneri opponam caput.*
*Adeſt cruenta conjugis victrix ſui,*
*Et ſigna cædis veſte maculata gerit,*
*Manus recenti ſanguine etiamnum madent,*
*Vultuſque præ ſe ſcelera truculenti ferunt,*
*Concedam ad aras. patere me* [22] *vittis tuis,*
*Caſſandra, jungi* [23] *paria metuentem tibi.*

6 Oreſtes quæritur, ut interficiatur. 7 Thyeſt. 453, & 640. 8 Recenti victoria. 9 Memor idem tibi poſſe contingere. 10 Occulam, aveham. Herc. Fu. 798. 11 Gratuitam. 12 Debitam. 13 Coronam oleaginam mihi in ludis Olympicis datam. 14 Palmam mihi victori datam. 15 Olympici, vide Thyeſt. ℣. 122. 16 Ne agnoſcaris, vel adverſus Solis æſtum. 17 Victoriæ, vindictæ paternæ cædis. 18 Celebri ludorum conventu approbati victores. 19 Mycenas, ubi uxor maritum interfecit. 20 E conſpectu. 21 Decurata de fratre cura, poſtquam Oreſtis conſuluerim vitæ, de mea non ſolicita. 22 Supplicationibus tuis, quæ vittata vates confugiſti ad aras ſupplex. 23 Mortem.

## CLYTÆMNESTRA. ELECTRA. ÆGISTHVS. CASSANDRA.

*Electram ab ara detrahi & in carcerem conjici jubet Clytæmneſtra. Caſſandra jugulatur.*

HOſtis [1] *parentis, impium atque audax caput,*
*Quo more* [2] *cœtus publicos, virgo, petis?*

1 Mei, matris tuæ. 2 Reſpicit ad veterem Græcorum morem, quorum virgines raro in publicum prodibant, nec non ad originationem, τῆς παρθένȣ, παρὰ τὸ [illegible] τῇ μητρί.

3 Tui & Æ-giſthi.
4 Quæ talia loquaris.
5 Imo quæ tua ſim filia, mulieris impudicæ.
6 Emphatice, tu impia. Al. leg. Eja, tandem doces.
7 Gerere te fœminam. i. modeſtius.
8 Supplicio & cruciatu.
9 Latenter illi exprobrat bipennim qua occiderat Agamemnona.
10 An tu credis decere te eadem quæ nos?
11 Cur vero *Nobis*? quaſi jam dignus ſit adulter ille Agamemnonis locum ſupplere?
12 Obſtinatam tuam animi ferociam, quam maternum jus flectere non poteſt, ſceptrum, quatenus regina ſum, franget.
13 Alii leg. EL. *mitius interea mihi Tu vidua loquere, vir caret vita tuus.*

EL. [3] *Adulterorum virgo deſerui domum.*
CL. *Quis eſſe credat* [4] *virginem?* EL. [5] *gnatam tuam.*
CL. *Modeſtius cum matre.* EL. [6] *pietatem doces.*
CL. *Animos viriles corde tumefacto geris,*
*Sed* [7] *agere domita fœminam diſces* [8] *malo.*
EL. *Ni forte fallor,* [9] *fœminas ferrum decet.*
CL. [10] *Et eſſe, demens, te parem nobis putas?*
EL. [11] *Nobis? quis iſte eſt alter Agamemnon tuus?*
*Vt vidua loquere. vir caret vita tuus.*
CL. [12] *Indomita poſt hæc virginis verba impia*
*Regina frangam.* [13] *citius interea mihi*
*Ediſſere ubi ſit gnatus, ubi frater tuus.*
EL. *Exiit Mycenas.* CL. *redde nunc gnatum mihi.*
EL. *Et tu* [14] *parentem redde.* CL. *quo latitat loco?*
EL. *Tuto; quietus, regna non metuens* [15] *nova:*
[16] *Iuſtæ parenti ſatis, at iratæ parum.*
CL. *Morieris hodie.* EL. *dummodo* [17] *hac moriar ma-*
*Recedo ab aris. ſive te jugulo juvat* (*nu;*
*Merſiſſe ferrum; præbeo jugulo volens.*
*Seu more pecudum colla reſecari placet;*
*Intenta cervix vulnus exſpectat tuum.*
*Scelus peractum eſt: cæde reſperſam viri*
*Atque obſoletam ſanguine* [18] *hoc dextram ablue.*
CL. *Conſors pericli pariter ac regni mei,*
*Ægiſthe,* [19] *gaudes? gnata genetricem impie*
*Probris laceſſit; abditum fratrem occulit.*
ÆG. *Furibunda virgo, vocis infandæ ſonum,*
*Et* [20] *aure verba indigna materna opprime.*
EL. *Etiam monebit ſceleris infandi artifex,*
[21] *Per ſcelera nactus nomen ambiguum ſuis?*
*Idem ſororis gnatus, & patris nepos?*
CL. *Ægiſthe, ceſſas impium ferro caput*
*Demetere? fratrem reddat,* [22] *aut animam ſtatim.*
ÆG. *Abſtruſa* [23] *cæco carcere, &* [23] *ſaxo exigat,*
*Ævum, per omnes torta pœnarum modos.*

14 Agamem. quem occidiſti. 15 Adulteri tuique. 16 Sufficiat hoc reſponſum matri amanti & piæ. 17 Tua, ſi poſt conjugem etiam filiam occidere ſuſtines: non pigebit eadem manu perire, qua pater. 18 Mei, filiæ tuæ. 19 Subriſerat forte Ægiſthus per indignationem. *vel etiam* quod taceret. 20 Indigna, quæ mater audiat. 21 Quem neſcirent parentes, quo cognationis nomine vocarent; pater, filiumne an nepotem; mater, filium ne an fratrem. ſup. ℣. 35. 22 Aut animam reddat, id eſt, amittat. 23 Carcere obſcuro & ſaxeo.

Refer-

*Referre,* [24] *quem nunc occulit, forſan volet*
*Inops, egens, incluſa, pædore obſita,*
[25] *Vidua ante thalamos, exul, inviſa omnibus,*
[26] *Æthere negato. ſero ſuccumbet malis.*
EL. *Concede mortem.* ÆG. *ſi recuſares, darem.*
[27] Rudis eſt tyrannus, morte qui pœnā exigit.
EL. *Mortem aliquid ultra eſt?* ÆG. [28] *vita, ſi cupias mori;*
CLY. *Abripite, famuli, monſtrum, & avectam procul*
*Vltra Mycenas, ultimo in regni angulo*
*Vincite, ſeptam nocte tenebroſi ſpecus,*
*Vt inquietam virginem carcer domet.*
*At* [29] *iſta pœnas capite perſolvat ſuo,*
*Captiva conjux,* [30] *regii pellex tori.*
*Trahite, ut ſequatur conjugem ereptum mihi.*
CAS. *Ne trahite, veſtros ipſa præcedam gradus:*
[31] *Perferre prima nuncium Phrygibus meis*
*Propero; repletum* [32] *ratibus everſis mare;*
[33] *Captas Mycenas;* [34] *mille ductorem ducum,*
*Vt paria fata Troicis* [35] *tulerit malis,*
*Periſſe dono fœminæ, ſtupro, dolo.*
*Nihil moramur. rapite, quin grates ago.*
[36] *Iamjam juvat vixiſſe, poſt Trojam juvat.*
CLY. *Furibunda morere.* CAS. [37] *veniet & vobis furor.*

24 Fratrem Oreſtem.
25 Quem & hinc quod conjugali caruerit lecto & in virginitate conſenuerit, Ælian. 4. l. hiſt. refert. Ἠλέκτραν nominatam quæ prius Laodice fuiſſet dicta.
26 Cœli aſpectu.
27 Herc. Fu. 512. Med. ℣. 1056.
28 Οὐ γὰρ θανεῖν ἔχθιστον. ἀλλ' ὅταν θανεῖν χρήζων τὶς εἶτα μηδὲ τοῦτ' ἔχῃ λαβεῖν.
29 Caſſandra.
30 Agamemnonis, cui pellex erat conjugis loco.
31 E veterum opinione, qui animas hominum corpore ſolutas in Elyſiis ſuos agnoſcere, cumque iis ſermones ſerere credebant. 32 Græcorum in reditu naufragio 33 A tyranno adultero occupatas interfecto Agamemnone. 34 Agamem. 35 Al. lueret. 36 Prius quidem tædebat me vitæ patriæ ſuperſtitis, jam vero juvat me vivendo vidiſſe meorum vindictam. 37 Et vates & morti vicina Caſſandra ominata prædicit illis vindictam & mortem ab Oreſte, qui matre cæſa & ipſe furere cœpit.

# HERCVLES FVRENS.

## DRAMATIS PERSONÆ.

IVNO. HERCVLES.
LYCVS. AMPHITRYON.
THESEVS. CHORVS Thebanorum.

## *ARGVMENTVM.*

Lycus à Creonte Herculis ſocero rege Thebano propter ſcelera in exilium miſſus, abſente jam Hercule apud inferos, ut inde Euryſthei juſſu peteret Cerberum (ubi & Theſeum in vinculis detentum, qui cum Pirithoo deſcenderat ad rapiendam Proſerpinam liberavit) occaſionem oblatam arripit, & per ſeditionem Creonte cum duobus filiis cæſo regnum Thebanum occupat, Megaram Herculis uxorem ad nuptias ſolicitat, abnuenti vim parat. Opportune reverſus Hercules Lycum cæteroſque illius factionis interficit, hæc tam feliciter geſta Iuno non ferens immittit illi furorem, quo correptus uxorem ſuam cum liberis interficit. Quod ubi ad ſe reverſus intellexit, doloris impatientia vix Amphitryonis atque Theſei precibus detentus ne ſibi mortem inferret, cum Theſeo Athenas purgandus proficiſcitur.

## ACTVS PRIMVS.

### IVNO ſola.

*Iuno Iovis furta, pellices, nothos, Herculem autem maxime ſtomachatur. cui ab inferis reverſo furioſam machinatur perniciem.*

[1] *SOror Tonantis (hoc enim ſolum mihi*
*Nomen relictum eſt) ſemper alienum Iovem,*
*Ac templa ſummi vidua deſerui ætheris;*
*Locumque, cœlo [2] pulſa, [2] pellicibus dedi.*
*Tellus colenda eſt: pellices cœlum tenent.*
*Hinc, [3] Arctos alta parte glacialis poli*
[4] *Sublime claſſes [5] ſidus [5] Argolicas agit;*

1 *Si ſum reginaIoviſque Et ſoror & conjux, certe ſoror.*
2 Notationem pellicis innuit à pelliciendo vel pellendo, quod à παλλακὴ rectius.
3 Caliſto Lycaonis filia à Iove compreſſa, à Iunone in ἄρκτον i. urſam mutata mox à Iove una cum filio Arcade in cælum relata. alterum ſidus Helice, alterum Cynoſura vocatur.
4 Quoad nos, quibus ab Æquinoctiali Septentrionem verſus ſitis, *Hic vertex ſemper ſublimis.*
5 Helice, quam Græci primum obſervabant, ut Sidonii Cynoſuram, *Helicem Graja carina notat.* vide quæ ad ỳ. 696. Medeæ.

*[6] Hinc, [7] qua tepenti vere laxatur dies,*
*Tyriæ per undas [8] vector Europæ [9] nitet;*
*[10] Illinc, [11] timendum ratibus ac ponto gregem*
*[12] Paſſim vagantes exerunt [13] Atlantides.*
*[14] Fera coma hinc exterret [15] Orion deos:*
*Suaſque Perſeus [16] aureas ſtellas habet.*
*Hinc [17] clara gemini ſigna [17] Tyndaridæ micant:*
*[18] Quibuſque natis mobilis tellus ſtetit.*
*Nec ipſe tantum Bacchus, aut [19] Bacchi parens,*
*Adiere ſuperos: ne qua pars probro vacet,*
*[20] Mundus puellæ ſerta Cnoſſiacæ gerit.*
*Sed vetera querimur: una me [21] dira ac fera*
*Thebana [22] nuribus [22] ſparſa tellus [21] impiis,*
*[23] Quoties novercam fecit? aſcendat licet,*
*Meumque victrix teneat Alcmene locum;*
*Pariterque natus aſtra [24] promiſſa occupet,*
*[25] In cujus ortu mundus [26] impediit diem,*
*[27] Tarduſque Eoo Phœbus effulſit [27] mari,*
*Retinere merſum juſſus [27] Oceano jubar.*
*Non ſic abibunt odia. [28] Vivaces aget*
*Violentus iras animus, & ſævus dolor*
*Æterna bella pace ſublata geret.*

6 Ab Auſtrali parte. in ipſo Zodiaco. 7 Qua dies elongatur & aperitur oriente Tauro xx die Aprilis. 8 Taurus ſecundum Zodiaci ſignum, quem poëtæ fabulantur Taurum eum fuiſſe, qui Europam à Phœnice transvexit in Cretam, cujus opere Iupiter eam illi gratiam retulit, ut inter ſydera illum collocarit. 9 In ſidus converſus fulget. 10 A parte Orientali. 11 Propter tempeſtates quas ortæ denunciant. 12 Quoad noſtrum aſpectum, fixæ tamen ſunt. 13 Plejades VII ſtellæ inter os Tauri & caudam Arietis ſitæ, Atlantis ex Pleione filiæ, quarum tres Electram, Majam, Taigetem Iupiter compreſſit. 14 Quia caput ejus apparet ferum & terribile, & quando dominatur in cœlo, nubes adducuntur, & alia corpora cœleſtia teguntur. Al. leg. *Ferro minax hinc terret*, eo quod fulgenti è ſtellis ferro Plejadas inſequi videtur. 15 E Iovis, Neptuni, & Mercurii urina natus. quod zelotypam deam male urit. 16 XXVI pulchras, ſplendidas, utpote quem Iupiter in aureum imbrem converſus è Danae genuit. 17 *Lucida ſidera.* Caſtor & Pollux Iovis ex Leda Tyndari uxore filii. *eſt autem Anachroniſmos ſeu Prolepſis. necdum enim Tyndaridæ mortuæ erant.* 18 Apollo & Diana, quas Pythona ſerpentem fugiens Latona enixa eſt in Delo inſula prius erratica & fluctibus agitata, tum vero primum firmata, & *Mycone celſa Gyaroque revincta.* 19 Semele, quæ & in cœlum relata traditur. 20 Cœlum cepit in numerum Siderum coronam Ariadnes conjugis Bacchi, & filiæ Minois regis Cretæ in qua Cnoſſus urbs regia. 21 Reſpicit fab. de anguinis dentibus à Cadmo ſeminatis infra ỷ. 259. 22 Mulieribus impiis ſeu pellices Iovis, ſeu Bacchas notet. 23 Tanquam privignos mihi effundant pellices: Zethum & Amphiona Antiopa, Bacchum Semele: Herculem Alcmena. 24 A Iove. infra ỷ. 958. & à virtute in ſolitudine. 25 Ad cujus πολυαέθλου θεοῦ & τριεσπέρου λέοντος generationem continuatæ ſunt duæ noctes adjecto die intermedio. 26 Al. impendit. 27 Et Sol à Iove juſſus per duplum ſpatium vacare, poſt geminam noctem exortus eſt è mari Orientali, ſecundum opinionem vulgarem. *vel*, ſupra Horizontem, pro quo, mare uſurpant poëtæ. 28 *Memores, graves, & inexaturabile pectus.*

29 Quid

29 *Epanorthoſis indignationis plena.* ſed quid ego bella loquor, poſtquam monſtra, terreſtria, *taurum, Scorpion, gigantes*: aquatilia, *cancrum, Hydram*, &c. aëria, *Stymphalidas* debellarit?
30 Vere Hercules ut qui ex odio τῆς ἥρας κλέος aſſequatur.
* Per Euryſtheum Mycenarum regem, qui, me dictante, Herculem ad difficilima quæque obeunda adigit, infra ℣. 829.
31 Virtute ſua & victoriis probavit ſe vere natum Iovis. *Ioſ. tamen Scal. ex veteribus libris reſtituit, legitque, Patrem probavi: gloriæ feci locum: Qua ſol relucens. quaque repromens diem, Binos, &c.*

[29] *Quid bella? quidquid horridum tellus creat*
*Inimica; quicquid pontus aut aër tulit*
*Terribile, dirum, peſtilens, atrox, ferum;*
*Fractum atq; domitum eſt. ſuperat & creſcit malis;*
[30] *Iraque noſtra fruitur: in laudes ſuas*
*Mea vertit odia. dum nimis ſæva * impero,*
[31] *Patrem probavit. inde,* [32] *qua lucem premit,*
*Aperitque* [32] *Tethys,* [33] *qua ferens Titan diem*
*Binos propinqua tingit Æthiopas face,*
*Indomita virtus colitur; & toto Deus*
*Narratur orbe. monſtra jam deſunt mihi;*
*Minorque labor eſt Herculi juſſa exequi,*
*Qam mihi jubere. lætus imperia excipit.*
*Quæ fera* [34] *tyranni juſſa violento queant*
*Nocere juveni? nempe pro telis gerit,*
[35] *Quæ timuit, & quæ fudit: armatus venit*
[36] *Leone & Hydra. nec ſatis terræ patent:*
*Effregit ecce limen* [37] *inferni Iovis.*
*Et* [38] *opima victi regis ad ſuperos refert.*
*Parum eſt reverti.:* [39] *fœdus umbrarum perit.*
*Vidi ipſa, vidi nocte diſcuſſa inferum,*
*Et dite domito,* [38] *ſpolia jactantem patri*
[40] *Fraterna. Cur non vinctum & oppreſſum trahit*
[40] *Ipſum catenis parta ſortitum Iovi?*
*Ereboque capto potitur, & retegit Styga?*
[41] *Patefacta ab imis Manibus retro via eſt,*
*Et* [42] *ſacra diræ Mortis in aperto jacent.*
*At ille rupto carcere Vmbrarum, ferox*
*De me triumphat, & ſuperbifica manu*

32 Supra ℣. 25. i. e. ab ortu ad occaſum. ubi Columnæ Herc. Calpe & Abyla. 33 Qua ſol oriens calore vicino colorat Æthiopas ab orientali fl. Nigris parte Ægyptum Arabiamque, ab occidentali mare Atlanticum ſpectantes Αἰθίοπας τοι διχθὰ δεδαίαται) ἔσχατα ἀνδρῶν. οἱ μὲν δυσομένου ὑπερίονος, οἱ δ᾽ ἀνιόντος. 34 Euryſthei ſupra ℣. 35. 35 Quæ in primo congreſſu etiam timere potuit: aggreſſus vero devicit. à natura, non à conſilio & ratione. οὐ συγκατατίθεται). Etiam nôrit fortis quæ timere debeat. vide Med. 160, & 166. 36 Nemeæi leonis pelle, & ſagittis felle & ſanguine Lerneæ Hydræ tinctis. 37 Plutonis. 38 Spolia opima ipſi Diti erepta, Cerberum ſc. tricipitem, Plutonis inſigne, ut fulmen triſulcum Iovis, Neptuni tridentem. 39 Dum Her. vivus adhuc Tartara, quæ Plutoni ſortitione contigerant, penetrat, atque inde Cerberum in ſuperas auras trahit. 40 Pluton. 41 Reditus ab inferis contra ſortitionis fœdus jam vivis patefactus eſt. 42 Sacra illa & arcana umbrarum cuſtodia (Cerbero ab Hercule ſublato) in aperto eſt, & pervia deſcendere atque remigrare volentibus.

Atrum

*Atrum per urbes ducit Argolicas canem.*
*Viſo labantem Cerbero vidi diem ,*
*Pavidumque ſolem : me quoque invaſit tremor :*
*Et* [43] *tetra monſtri colla devicti intuens ,*
*Timui imperaſſe. levia ſed nimium queror ,*
*Cœlo timendum eſt ; regna ne ſumma occupet ,*
*Qui vicit ima. ſceptra præripiet patri.*
*Nec in aſtra* [44] *lenta veniet, ut Bacchus, via :*
*Iter ruina quæret : &* [45] *vacuo volet*
*Regnare mundo.* [46] *Robore expenſo tumet ,*
*Et poſſe cœlum viribus vinci ſuis*
*Didicit ferendo. ſubdidit mundo caput ,*
*Nec flexit humeros molis immenſæ labor ,*
*Mediuſque collo ſedit Herculeo polus.*
*Immota cervix ſidera & cœlum tulit ,*
*Et* [47] *me prementem. quærit ad ſuperos viam.*
[48] *Perge ira, perge, & magna meditantem opprime.*
*Congredere ; manibus ipſa jam lacera tuis.*
*Quid* [49] *tanta mandas odia ? diſcedant feræ :*
*Ipſe imperando feſſus Euriſtheus vacet.*
*Titanas auſos rumpere imperium Iovis*
*Emitte :* [50] *Siculi verticis laxa ſpecum.*
*Tellus gigante* [51] *Doris excuſſo* [52] *tremens ,*
*Suppoſita* [50] *monſtri colla terrifici levet.*
*Sublimis alias* [53] *Luna concipiat feras.*
*Sed vicit iſta. quæris Alcidæ parem ?*
*Nemo eſt, niſi ipſe.* [54] *bella jam ſecum gerat.*
*Adſint ab imo Tartari fundo excitæ*
[55] *Eumenides : ignem flammeæ ſpargant comæ ;*
*Viperea ſævæ verbera incutiant manus.*
[56] *I nunc, ſuperbe, cælitum ſedes pete ;*
*Humana temne. jam Styga & manes, ferox ,*
*Fugiſſe credis ?* [57] *heic tibi oſtendam inferos.*
*Revocabo in alta conditam caligine*

43 Al. leg. *terna monſtra colla:* Tricipitem canem Cerb.

44 Quieta *vel* morte expectata.

45 Expulſis cœlo cæteris diis.

46 Viribus ſuis (quas expendit expertuſq; eſt, dum Atlantis loco humeris cœlum ſuſtineret ) fretus confiſuſque. etiam occupare cœlum tentabit.

47 Emphatice.

48 Se Iuno ad iras excitat.

49 Magis apposite Heinſius legit *lenta mandas odia.* q. d. levia hæc & lenta odia ſunt quæ per Euryſtheum mandas: quin Herculi cœlum affectanti Titanas gigantes idem auſos opponis.

50 Solve gigantem Enceladum , cui fulmine icto injectum ferunt Ætnam Siciliæ montem.

51 *Sicula.* in Siciliam enim frequentes colonias miſerunt Græci, & in his maxime Dores.

52 *Et feſſum quoties mutat latus , intremere omnem Murmure Trinacriam.*

53 E luna enim decidiſſe credebatur leo Nemeæus. idque ex opinione Pythagoræorum, qui in orbe Lunæ reperiri cenſebant, quæcunque apud nos ſunt.

54 Ipſe furore percitus ſibi & ſuis vim paret.

55 Furiæ ardenti face ac ſerpentibus armatæ Herculem in furorem vertant.

56 Inſultat ei Iuno præſcia , quaſi peracta jam re.

57 In terris ego tibi graviora oſtendam, quam quæ apud inferos vidiſti.

*Vltra* [58] *nocentum exilia* [59] *Diſcordem deam,*
*Quam munit ingens montis oppoſiti ſpecus.*
*Educam, & ima Ditis è regno extraham*
*Quidquid relictum eſt. veniat inviſum Scelus,*
*Suumque lambens ſanguinem Impietas ferox,*
*Errorque, & in ſe ſemper armatus Furor.*
*Hoc hoc miniſtro noſter utatur dolor.*
*Incipite* [60] *famulæ Ditis; ardentem incitæ*
*Concutite* [61] *pinum: &* [62] *agmen horrendum anguibus*
*Megæra ducat; atque luctifica manu*
*Vaſtam rogo flagrante corripiat trabem.*
*Hoc agite, pœnas petite violatæ Stygis:*
[63] *Concutite pectus;* [64] *acrior mentem excoquat,*
*Quam qui caminis ignis Ætneis furit.*
*Vt poſſit animo captus Alcides agi,*
*Magno furore percitus,* [65] *nobis prius*
*Inſaniendum eſt.* [66] *Iuno cur nondum furis?*
[67] *Me me ſorores mente dejectam mea*
*Verſate primam, facere ſi quidquam apparo*
*Dignum* [68] *noverca.* [69] *Iam odia mutentur mea.*
*Natos reverſus videat incolumes, precor,*
*Manuque fortis redeat, Inveni diem,*
*Inviſa quo nos Herculis virtus juvet:*
[70] *Me pariter & ſe vincat;* [71] *& cupiat mori*
*Ab inferis reverſus. heic profit mihi,*
[72] *Iove eſſe genitum.* [73] *ſtabo, & ut certo exeant*
*Emiſſa nervo tela, librabo manum:*
*Regam furentis arma: pugnanti Herculi*
*Tandem favebo. ſcelere perfecto, licet,*
*Admittat* [74] *illas genitor in cœlum manus.*
*Movenda* [75] *jam ſunt bella; clareſcit dies,*
*Ortuque Titan lucidus croceo ſubit.*

58 Loca ſupplicii ſceleratorum.
59 Megæram comitatam ſcelere, impietate, errore, furore.
60 Furiæ, ultrices deæ.
61 Facem, *excutiens pronam flagranti vertice pinum.*
62 Sorores ὀφιοπλοκάμους. Tiſiphonem & Alecto. ℣. 75. Thyeſt.
63 *Mille nocendi artes, fœcundum concute pectus:* & de Herculis pectore intelligi poteſt. ſed prius magis placet.
64 Violentior furoris ignis mentes veſtras exagitet, quam qui Ætneis cavernis & fornacibus furit, quo majori impetu in Herculem feramini.
65 Alii leg. *vobis.*
66 Cur non & ipſa furo?
67 Heinſius exlib. miſſ. Villerii legit. *In me ſorores mente dejectam mea primam facem verſate, ſi quicquam, &c.*
68 Odio novercali.
69 In tempus illi favebo, quo gravius noceam. furens enim ſibi & ſuis hoc erit perniciosior.
70 Hic quidem facile me ab eo vinci patiar, dummodo ſe vincat, ſuos interficiens.
71 Et qui mortem apud inferos evaſit, jam præ doloris acerbitate mortem optet, cum ad ſe redierit, & uxorem filioſque à ſe furente occiſos fuiſſe viderit.
72 Vt heros fortis ſit, omniaque ſternens obvia, & ſuos perdat.
73 Propoſito huic pertinaciter inſiſtam. *vel,* illi adſiſtam dirigamque tela ne errent.
74 Tam nefario ſcelere pollutas, *Sarcaſmus.*
75 Feſtinandum & inſtanti auroræ cedendum eſt. vid. quæ ad ℣. 119. Thyeſt.

## Chorvs Thebanorvm.

*Chorus è Thebanis à deſcriptione ortus diei, magnatum curas ſtudiaque damnat, Herculem audaciæ in laboribus ſubeundis taxat, vitæ denique humilis laudat tranquillitatem optatque.*

*Iam rara micant ſidera [1] prono*
*[2] Languida 3 mundo: nox victa 3 vagos*
*Contrahit ignes: luce renata*
*4 Cogit nitidum Phoſphoros agmen:*
*Signum 5 celſi glaciale poli*
*Septem ſtellis [6] Arcades urſæ,*
*Lucem verſo temone vocant:*
*Iam 7 cæruleis vectus equis*
*[8] Titan ſummum proſpicit Oetan:*
*Iam 9 Cadmeis inclyta baccis*
*Aſperſa die dumeta rubent:*
*[10] Phœbique fugit reditura [10] ſoror.*
*Labor exoritur durus, & omneis*
*Agitat curas, aperitque domos.*
*Paſtor gelida cana pruina*
*[11] Grege dimiſſo pabula carpit.*
*Ludit prato liber aperto*
*Nondum rupta fronte juvencus.*
*[12] Vacuæ reparant ubera [12] matres.*
*Errat curſu levis incerto*
*Molli petulans hœdus in herba.*
*Pendet ſummo ſtridula ramo,*
*Pennaſque [13] novo tradere ſoli*
*Geſtit querulos inter [14] nidos*
*[15] Thracia pellex; [16] turbaque circum*
*Confuſa ſonat, murmure miſto*
*Teſtata diem. Carbaſa ventis*
*Credit, dubius navita vitæ,*
*Laxos auro complente ſinus.*
*Hic exeſis pendens ſcopulis,*
*Aut [17] deceptos inſtruit hamos;*
*Aut ſuſpenſus ſpectat [18] preſſa*
*[19] Præmia dextra. ſentit [20] tremulum*

1 In occidente cœli ſeu hemiſphærii parte.
2 A ſolis vicinitate.
3 Erranteis planetas *vel generaliter*, omnes ſtellas quæ igneę creduntur eſſe naturæ. 4 *Diffugiunt ſtellæ quarum agmina cogit Lucifer.* 5 Arctici, qui nobis ſemper ſublimis, ſupr. ỹ.6. 6 Sidera illa Borealia in quæ verſi Caliſto & Arcas plauſtro ſeptentrionali verſo velut in meta ſeu confecta via & decurſo ſpatio diem evocant.
7 Quos laviſſe creditur cæruleo Oceano. vid. ſup. ỹ.25. 8 Oriri ſol videtur ex altiſſimis montibus. eſt autem Oeta mons in finibus Theſſaliæ.
9 Baccis lauri ſylveſtris vel quibuſvis aliis in Bacchi nemore. alii leg. *Bacchis*, q.d. Dumeta Baccharum Orgus famoſa die adſperſa rubent. Quid ſi uvas intelligamus, vitium Baccas: quarum inventor fuit Bacchus Thebis à Cadmo conditis natus.
10 Luna.
11 Dimittit gregem qui carpat pabula.
12 Vaccæ, oves, capellæ, lacte evacuatæ.
13 Recens exorto.
14 Pullos, *Metonym.*
15 Luſcinia, in quam mutata eſt Philomela violata à Tereo Thracum rege & marito Prognes ſororis ipſius Philomelæ.
16 Turba avicularum miſta, &c. teſtatur diem adeſſe, 17 Eſca reparat hamos, priori à piſcibus erepta. 18 Pondere capti piſcis depreſſa. 19 Piſces captos. 20 Ex arundine appenſum.

*Linea piſcem.*
[21] *Hæc, innocuæ quibus eſt vitæ*
*Tranquilla quies, & læta ſuo*
*Parvoque domus, ſpes & in agris.*
[22] *Turbine magno ſpes ſollicitæ*
*Vrbibus errant, trepidique metus.*
[23] *Ille ſuperbos aditus regum,*
*Duraſque fores, expers ſomni,*
*Colit :* [24] *hic nullo fine beatus*
*Componit opes, gazis inhians,*
*Et* [25] *congeſto pauper in auro eſt.*
[26] *Illum populi favor attonitum,*
*Fluctuque magis mobile vulgus*
*Aura tumidum tollit inani.*
[27] *Hic clamoſi rabioſa fori*
*Iurgia vendens improbus, iras*
*Et verba locat.* [28] novit paucos
Secura quies, [29] qui velocis
Memores ævi, tempora nunquam
Reditura tenent, dum fata ſinunt,
Vivite læti. properat curſu
Vita citato, volucrique die
[30] Rota præcipitis vertitur [30] anni.
[31] Duræ peragunt penſa ſorores,
Nec ſua retro fila revolvunt.
At gens hominum fertur rapidis
Obvia fatis, incerta ſui :
Stygias ultro quærimus undas.
*Nimium, Alcide, pectore forti*
*Properas mœſtos viſere Manes.*
Certo veniunt ordine Parcæ.
Nulli [32] juſſo ceſſare licet,
Nulli ſcriptum proferre diem.
Recipit populos [33] urna citatos.
*Alium multis gloria terris*
*Tradat, & omnes fama per urbes*
*Garrula laudet, cœloque parem*
*Tollat & aſtris : alius* [34] *curru*
*Sublimis eat. me mea tellus*
*Lare ſecreto tutoque tegat.*
*Venit ad pigros cana ſenectus;*

21 Hæc ſ. agunt ii quibus.&c. In urbibus vero, &c. 22 Magno cum tumultu. Hic incipit Chorus in melioribus exemplaribus, omiſſis verſiculis antecedentibus. Alii libri hunc Chorum partiuntur in duos; & hic annotatur ſecundus Chorus. 23 Patroni (qui & Rex vocatur) veſtibulũ cliens ſummo mane colit ut eum ſalutet, cœnam hinc vel ſportulam emeriturus. 24 Avarus, nec fine quærendi ſibi præſtituto nec uſu beatus. 25 *Quærit, & inveniis miſer abſtinet, & timet uti.* 26 Ambitioſum. 27 Cauſidicus, rabula, quas ſimulat iras, & verba precio venalia exponit. 28 *Hypallage.* pauci ſecuram quietem norunt. 29 Qui memores quam velox ſit tempus, utuntur bono illo irreparabili. 30 Rota ut & ſerpens caudam vorans, Hieroglyphice annum deſignat. *namque in ſe ſua per veſtigia volvitur annus.* qui & à circuitu temporis dictus, veteres enim *an* pro *circum* dicebant, quod & in compoſitis apparet. hinc & *annulus* diminutivum.
31 Parcæ quidem, duræ ſatis, vitæ noſtræ ſtamina abſolvunt; nos tamen miſeri homines præpropera manu illa incidimus noſtra freti audacia, ita tu ô Hercules. 32 Præſtitutum.
33 Qua cineres combuſtorum conduntur. *vel* potius urna judicum infernorum. *Quæſitor Minos urnam movet* è qua *ſerius ocius Sors exitura citatos in æternum Exilium impoſitura eſt cymbæ.* vide inf. ꝟ. 730. 34 Triumphali.

*Humilique loco, ſed* [35] *certa ſedet*
*Sordida parvæ fortuna domus:*
[36] Alte virtus animoſa cadit.
[37] *Sed mœſta venit crine ſoluto*
*Megara, parvum comitata gregem:*
[38] *Tarduſq́; ſenio graditur Alcidæ parens.*

35 ἐκ βελέων, tuta, & poſita extra pericula. 36 Superne, ex alto ſuam virtus animoſa habet ruinam. 37 Sed Megara Herculis uxor crinibus ſolutis fœmineo mœrens ululatu procedit. 38 Amphytryon ſenio degravatus.

## ACTVS SECVNDVS.

### MEGARA.

*Megara abſentiam Herculis deflet enumeratis ipſius ærumnis. Lyci vim & inſolentiam conqueritur.*

*O Magne Olympi rector, & mundi arbiter,*
*Iam ſtatue tandem gravibus ærumnis modum,*
*Finemque cladi. nulla lux unquam mihi*
*Secura fulſit. finis alterius mali*
*Gradus eſt futuri.* [1] *protinus reduci novus*
*Paratur hoſtis. ante quam lætam domum*
*Contingat, aliud juſſus ad bellum* [2] *meat,*
*Nec ulla requies, tempus aut ullum datur,*
*Niſi dum jubetur. ſequitur* [3] *a primo ſtatim*
*Infeſta Iuno. nunquid immunis fuit*
*Infantis ætas? monſtra ſuperavit prius,*
*Quam noſſe poſſet.* [4] *gemina criſtati caput*
*Angues ferebant ora, quos contra obvius*
*Reptavit infans; igneos ſerpentium*
*Oculos remiſſo* [5] *pectore ac placido intuens,*
*Arctos ſerenis vultibus nodos tulit;*
*Et tumida tenera guttura elidens manu,*
[6] *Præluſit Hydræ.* [7] *Mænali pernix fera,*
*Multo decorum præferens auro caput,*
*Deprenſa curſu eſt. maximus* [8] *Nemeæ timor*
*Gemuit lacertis preſſus Herculeis leo.*

1 Herculi redeunti nova ſemper ab Euryſtheo objiciuntur monſtra. 2 P. Scriverius leg. exeat. & hæc lectio ferri queat, ea pronuntiatione, qua & occurret infra ꝟ. 526. *Euryſteus facili regnet in otio, &c.* 3 *Ita legit Lipſius*, i. à vitæ principio. *alii* apprime. i. e. principaliter infeſta: Nullum, inquit, periculum adire jubetur, quin ecce tibi adverſariam, & quidem pervicaciſſimam, Iunonem: Iunonem dico, quæ ne infantem quidem odii ſui habuit immunem. 4 Iam in cunis ſerpentes duos à Iunone immiſſos vultu interritus & cum riſu eliſit. 5 Lipſii codex pro pectore habet lumine: in uno è M. S. additur v ltu. 6 Præludium & ſpecimen dedit futuræ pugnæ & victoriæ in Hydram. Al. proluſit iræ. i.e. initium fecit iræ, quia primum incepit iraſci. 7 Cerva æripes & χρυσόκερως quam curſu comprehendit in Mænalo monte Arcadiæ. 8 Leo in Nemea ſylva Peloponneſi, inter Cleonas & Phliuntem, maximus illius regionis incolis terror, quem Hercules interfecit.

*Quid* 9 *ſtabula memorem dira Biſtonii gregis,*
10 *Suiſque regem pabulum armentis datum?*
*Solitumque denſis hiſpidum Erymanthi jugis*
*Arcadica quatere nemora Mænalium ſuem?*
*Taurumque* 11 *centum non levem populis metum?*
12 *Inter remotos gentis Heſperiæ greges*
*Paſtor triformis litoris Tarteſſii*
*Peremptus, acta eſt præda ab occaſu ultimo.*
*Notum Chyteron pavit Oceano pecus.*
*Penetrare juſſus ſolis æſtivi plagas,*
*Et aduſta medius regna quæ torret dies,*
13 *Vtrinque monteis ſolvit abrupto obice,*
*Et jam ruenti fecit Oceano viam.*
*Poſt hæc, adortus* 14 *nemoris opulenti domos*
15 *Aurifera vigilis ſpolia ſerpentis tulit.*
*Quid? ſæva* 16 *Lernæ monſtra, numeroſum malum,*
*Non igne demum vicit, & docuit mori?*
*Solitaſque pinnis condere obductis diem*
*Petiit ab ipſis nubibus* 17 *Stymphalidas?*
*Non vicit illum cælibis ſemper tori*
18 *Regina gentis vidua Thermodontiæ,*
19 *Nec ad omne clarum facinus audaces manus*
*Stabuli fugavit turpis Augiæ labor.*
*Quid iſta proſunt? orbe defenſo* 20 *caret.*
21 *Senſere terræ pacis autorem ſuæ*
*Abeſſe terris.* 22 proſperum ac felix ſcelus,
Virtus vocatur. ſontibus parent boni.
Ius eſt in armis, opprimit leges timor.
*Ante ora vidi noſtra, truculenta manu*
23 *Gnatos paterni cadere regni vindices;*

9 Quos humanis carnibus paſtos, à Diomede Thraciæ rege: Biſtonis autem ſtagnũ & regio Thraciæ.
10 Æqua veteribus viſa eſt talionis pœna, εἴκε πάθοι τὰ ἤ ἔρεξε. è lege Rhadamanti. ita Theſeus Sinin tortis pinubus diſcerpſit, Scirona è rupe præcipitavit. Procruſten ad ſui lecti modulum extendit.
11 Cretæ. 827. Aga.
12 Gerionem tricorporem Hiſpaniæ regem interemit, ejuſque armenta à Tarteſſo Hiſpaniæ Bœticæ oppido maritimo abegit in Bœotiam, in qua mons Cithæron.
13 Fingitur Herc. collibus inter Abylam & Calpen diremptis intromiſiſſe Oceanum qui Mediterraneus dicitur.
14 Hortorum Heſperidum, quorum cuſtos præter tres Atlantis filias erat Vigil draco.
15 Aurea, Medica citrea mala, ἔχσμα ἀλλ᾽ ἄβρωτα: inquit ille apud Athen. 3, l.7. *alii*, pecora nativo rutilo colore inſignia cum μῆλα hæc & illa denotent.
16 Hydram & cancrum. *vel* ſolam Excetram, quam propter amputata capita repullulantia vocat monſtra. *Vi &* numeroſum malum.
17 Aves à Stymphalo Arcadiæ palude dictas, quas ærei crotali crepitu fugavit.
18 Hippolyte regina Amazonum juxta Thermodonta fl. Cappadociæ incolentium.
19 Nec dedignatus eſt Augiæ regis Elidis bubile, in quo 3000 boum ſtabulaſſent. nec per 30 annos expurgatum fuiſſet, purgare immiſſo fl. Peneo vel Alpheo.
20 Demiſſus ipſe ad inferos.
21 Quia illo abſente Lycus interfecto Creonte & liberis regnum occupavit.
22 Vide ℣. 338 infra.
23 Filios Creontis patris mei aſſertores regni paterni, &c. Vltimos ſtirpis Cadmi.

*Iþſamque Cadmi nobilis ſtirpem ultimam*
*Occidere. vidi* [24] *regium capitis decus*
*Cum capite raptum. quis ſatis Thebas fleat?*
[25] *Ferax deorum terra* [26] *quem dominum tremit?*
*Et cujus arvis, equæ fecundo ſinu*
[27] *Stricto juventus orta cum ferro ſtetit;*
*Cujuſque muros natus* [28] *Amphion Iove*
*Struxit canoro ſaxa modulatu trahens;*
*In cujus urbem* [29] *non ſemel divum parens*
*Cælo relicto venit? hæc* [30] *quæ cælites*
*Recepit, & quæ fecit, & (fas ſit loqui)*
[31] *Fortaſſe faciet,* [32] *ſordido premitur jugo.*
[33] *Cadmea proles civitaſque* [34] *Amphionis*
*Quo decidiſtis?* [35] *tremitis ignavum exulem*
*Suis carentem finibus, noſtris gravem?*
[36] *Qui ſcelera terra, quique perſequitur mari,*
*Ac ſæva juſta ſceptra confregit manu,*
*Nunc ſervit abſens, fertque quæ ferri vetat:*
*Tenetque Thebas exul Herculeas Lycus.*
*Sed non tenebit. aderit & pœnas petet,*
*Subituſque ad aſtra* [37] *emerget: inveniet viam,*
*Aut faciet. Adſis ſoſpes & remees tuis:*
*Tandemque venias victor ad victam domum.*
*Emerge conjux, atque depulſas manu*
*Abrumpe tenebras:* [38] *ulla ſi vetita eſt via,*
*Iterque clauſum eſt,* [38] *orbe diducto redi;*
*Et quidquid atra nocte poſſeſſum latet,*
*Emitte tecum.* [39] *dirutis qualis jugis*
*Præceps citato flumini quærens iter,*
*Quondam dediſti; ſciſſa cum vaſto impetu*
*Patuere Tempe. pectore impulſus tuo*
[40] *Huc mons & illuc cecidit, & rupto aggere*

24 Diadema cum ipſo Creontis capite ablatum.
25 Quæ Bacchum, Palæmona, Leucotheam, tot deos peperit.
26 Quam ignavum, vilem, improbum? ſcilicet exulem.
27 Ex dentibus ſerpentis à Cadmo interfecti ſeminatis nati ſunt homines armati, qui mutuis vulneribus perierunt.
28 Iovis ex Antiope filius Syræ à Mercurio acceptæ modulatu ſaxa ad extruendas Thebas traxit.
29 Venit enim ad Semelen, Antiopan, Alcmenam.
30 Quæ in deorum numerum retulit Bacchum, Semelen, Dircen, &c. ſup. ℣. 258. 31 Hoc dicit propter Herculem indigetem cœlo deſtinatum. 32 Hæc urbs ſordidi hominis tyrannide opprimitur. 33 Thebana, à Cadmo conditore. 34 Multi libri leg. *atque Ophionius cinis*: quia è ſerpentis dente nata eſt gens Thebarum conditrix. vid. ℣. 259. Al. legunt *Civis atque Ophionius*. Ego ſolius P. Scriverii judicio & authoritate fretus lego: Civitaſque Amphionis: de quo vide num. 28. f. ſupra. 35 Cum tremore paretis ignavo Lyco. 36 Herc. interea qui aliis ſceleſtam vim prohibet, abſens ſervitutem & tyrannidem in ſuis fert. 37 Ab inferis quos in centro terræ credebant. 38 Dirupta terra. 39 Vt quondam divulſis Oſſa & Olympo exitum dediſti Peneo fl. in mare atque aperuiſti Tempe amœniſſima Theſſaliæ loca. 40 Mons prius contiguus diviſus eſt in duos Oſſam & Olympum.

*Nova eucurrit [41] Theſſalus torrens via.*
*Talis parentes, liberos, patriam petens.*
*Erumpe ; [42] rerum terminos tecum efferens :*
*Et quidquid avida tot per annorum gradus*
*Abſcondit ætas, redde ; & [43] oblitos ſui ,*
*[44] Luciſque pavidos ante te populos age.*
*Indigna te ſunt ſpolia, ſi tantum refers ,*
*[45] Quantum imperatū eſt. magna ſi nimium loquor,*
*Ignara noſtra ſortis, adde illum mihi ,*
*Quo te tuamque dexteram amplectar, diem ;*
*Rediturſque lentos nec mei memores querar.*
*[46] Tibi, ô deorum ductor, indomiti ferent*
*Centena tauri colla : [47] tibi frugum potens ,*
** Secreta reddam ſacra : tibi [48] multa fide*
*Longas, [49] Eleuſi, * tacita jactabo [50] faces.*
*[51] Tum reſtitutas fratribus rebor meis*
*Animas, & ipſum regna moderantem ſua*
*Florere patrem. [52] ſi qua te major tenet*
*Clauſum poteſtas ; ſequimur. aut omnes tuos*
*Defende reditu ſoſpes, aut omnes trahe.*
*Trahes, nec ullus eriget fractos deus.*

41 Peneus. 42 Cerberum tricipitem. i. e. mortem, cujus genera tria : naturale , violentum, fortuitum. 43 Mortuos, qui epota Lethe quæcunque in vivis fecerant obliti ſunt. 44 Lucem non ferentes, tenebris aſſuetos. 45 Cerberum , juſſu Euryſthei. 46 Voveo tibi ô Iupiter Hecatomben. negat tamen Servius Iovi taurum immolari , abſque piaculo aut malo omine. quod & in hoc voto locum habet , propter furorem Herculis & necem Megaræ & liberorum. *Med.* 60. 47 Tibi ô Ceres ſacra ſolvam * *myſtica quæ non niſi mitiatis revelanda ſunt*, quod Ceres tacite uſa eſt conſiliis dum Proſerpinam quæreret. 48 Abſtinendo à venereis, vino, malis Punicis ; alba veſte induta, cincta querna corona ſeu viticea , &c. 49 Ceres , ab Eleuſi civitate non longe ab Athenis , quæ Cereri ſolennia ſacra Theſmophoria inſtituerunt , infra ℣. 844. Al. Eleuſin. 50 Myſtæ ferebant lampades ſeu faces in memoriam quæſitæ à Cerere Coræ. 51 Tu ô conjux mihi redditus penſabis fratres & patrem. 52 Si qua poteſtas inferorum major, quam tua eſt, te detineat, & nos te prompte ſequimur.

## AMPHITRYON. MEGARA.

*Deſpondentem animum Megaram & deſperantem conſolatur Amphitryon.*

*[1] O Socia noſtri ſanguinis, caſta fide*
*Servans torum gnatoſq; magnanimi Herculis,*
*Meliora mente concipe, atque animum excita.*
*Aderit profecto, qualis ex omni ſolet*
*Labore, major.* ME Quod nimis miſeri volunt ,
Hoc facile credunt. AM. Immo quod metuunt nimis ,
Nunquam amoveri poſſe, nec tolli putant.

1 O conjux Herculis, filii mei.

² Pro-

[2] Prona eſt timori ſemper in pejus fides.
ME. *Demerſus, ac defoſſus, & toto inſuper*
*Oppreſſus orbe, quam viam ad ſuperos habet?*
AM. [3] *Quam tunc habebat, cum per arentem plagam*
*Et fluctuantes more turbati maris*
*Abiit arenas; biſque diſcedens fretum,*
*Et bis recurrens; cumque deſerta rate*
*Deprenſus hæſit Syrtium brevibus vadis,*
*Et* [4] *puppe fixa maria ſuperavit pedes?*
ME. Iniqua raro maximis virtutibus
Fortuna parcit: *nemo ſe tuto diu*
*Periculis offerre tam crebris poteſt.*
Quem ſæpe tranſit caſus, aliquando invenit.
*Sed ecce ſævus, ac minas vultu gerens,*
*Et* [5] *qualis animo eſt, talis inceſſu venit*
[6] *Aliena dextra ſceptra concutiens Lycus,*
*Vrbis regens opulenta Thebana loca,*
*Et omne quidquid uberi cingit ſolo*
[7] *Obliqua Phocis, quidquid* [8] *Iſmenus rigat,*
*Quidquid Cythæron vertice excelſo videt,*
*Et bina findens* [9] *Iſthmos exilis freta.*

2 Pejora facilius credimus quam meliora. Aliqui ajunt hoc Megaræ eſſe reſponſum. quæ quaſi aſſentiens dicit, ô Amphitryon, verum dixiſti, quod timor pronus eſt fidem & crudelitatem habere ſemper ad pejora, ſed vellem ſcire, cum Hercules jaceat demerſus, quam viam habeat redeundi? 3 Æque ac evaſerit Syrtes, ſinus duos in mari Lybico cumulis arenæ, qui ventorum arbitrio agitati, varie vadoſi, & fluxu refluxuque impetuoſi naves ad ſe trahunt. unde & nomen iis à σύρω traho. 4 Quamquam alii aureo poculo, alii æreo lebete tranaſſe eum fabulantur. 5 Superbus & ferox, quod vel ex inceſſu patet. 6 Vſurpata. inf. ℣. 336. 7 Regio Græciæ ad ſinuoſum litus Criſſæum. 8 Bœotia, quam rigat fluvius Iſmenus, quamque proſpicit mons Cythæron. 9 Peloponneſiacus anguſtiæ ſex millium inter Ægæum & Ionium maria, in quo Iſthmo eſt Corinthus, unde & Corinthiacus dicitur.

## LYCVS. MEGARA. AMPHITRYON.

*Lycus, Thebis à Creonte in exilium miſſus, Hercule ad inferos profecto, cæſo Creonte cum filiis, quo regnum occupatum ſibi firmet, Megaræ nuptias ambit, abnuenti vim minatur.*

NOn vetera patriæ jura poſſideo domus
*Ignavus hæres: nobiles non ſunt mihi*
*Avi, nec altis inclytum titulis genus;*
*Sed clara* [1] *virtus.* qui genus jactat ſuum,
Aliena laudat. *Rapta ſed trepida manu*
*Sceptra obtinentur:* omnis in ferro eſt ſalus.

1 Sup. ℣. 250. Proſperum ac felix ſcelus virtus vocatur.

[2] *Quod civibus tenere te invitis ſcias,*
*Strictus tuetur enſis.* [3] alieno in loco
Haud ſtabile regnum eſt. [4] *una ſed noſtras poteſt*
*Fundare vires, juncta regali face*
*Thalamiſque Megara. ducet è genere inclyto*
*Novitas colorem noſtra. Non equidem reor*
*Fore ut recuſet, ac meos ſpernat toros.*
*Quod ſi impotenti pertinax animo abnuet,*
*Stat* [5] *tollere omnem penitus Herculeam domum.*
*Invidia factum ac ſermo popularis premet?*
Ars prima regni eſt, poſſe *te* invidiam pati.
[6] *Tentemus igitur: fors dedit nobis locum.*
*Namque ipſa* [7] *triſti veſtis obtentu caput*
*Velata,* [8] *juxta præſides aſtat deos,*
*Laterique adhæret* [9] *verus Alcidæ ſator.*
ME. *Quidnam iſte, noſtri generis exitium ac lues,*
*Novi parat? quid tentat?* LY. *O clarum trahens*
*A ſtirpe nomen regia, facilis mea*
*Parumper aure verba patienti excipe.*
[10] *Si æterna ſemper odia mortales agant,*
*Nec cœptus unquam cedat ex animis furor,*
*Sed arma felix teneat, infelix paret;*
*Nihil relinquent bella: tum vaſtis ager*
*Squallebit arvis, ſubdita tectis face*
*Altus ſepultas obruet gentes cinis.*
*Pacem reduci velle, victori expedit;*
*Victo neceſſe eſt.* [11] *particeps regno veni:*
*Sociemus animos. pignus hoc fidei cape:*
*Continge* [12] *dextram. quid truci vultu ſiles?*
ME. *Egone ut parentis ſanguine aſperſam manum,*
*Fratrumque gemina cæde contingam?* [13] *prius*
*Extinguet ortus, referet occaſus diem?*
*Pax ante fida nivibus & flammis erit:*
*Et* [14] *Scylla Siculum junget Auſonio latus:*
[15] *Priuſque multo vicibus alternis fugax*

2 Malus imperii eſt cuſtos metus, Quem, enim metuunt periiſſe expetunt.
3 Regnum occupatum haudquaquam firmum eſt.
4 Mihi novo homini adderit nobilitatis colorem Megaræ nuptiæ.
5 Statutum eſt mihi ipſam cum liberis è medio tollere, & Herculeam domum radicitus exſtirpare.
6 Megaram ad nuptias.
7 Pulla, lugubri.
8 Confugit ſupplex, vel adſtat ad aras ſtatuas-ve Deorum tutelarium, *alii leg.* Præſtites, quorum aræ juxta fores poſitæ erant, ϖϱοςατηρίες.
9 Neque enim agnoſcet tyrannus Iovem eſſe Herculis patrem, quem & Alcidem vocas Alcæo avo paterno, *alii* ab ἀλκῇ, robur.
10 Si uſque maneant utrinque odia; & potentior tueatur armis quæ vicerit, victas & oppreſſus vindictam armis paret, belli faces omnia vaſtabunt. 11 In conjugium meum. 12 Fidei pignus & ſymbolum. Troad. 689. 13 Et hæ τῶν ἀδυνάτων conditiones negationis vim habent. 14 Recedet fretum, jungeturque Sicilia Italiæ, cui quondam adnexa fuiſſe dicitur. 15 Prius Euripus fretum illud reciprocum inter Bœotiæ Aulidem & Eubœam, quod ſepties die ac nocte rapide fluit refluitque, quieſcet.

*Euripus unda ſtabit Euboica piger.*
*Patrem abſtuliſti, regna, germanos, larem,*
*Patriam:* [16] *quid ultra eſt? una res ſupereſt mihi,*
*Fratre ac parente carior, regno, ac lare,*
*Odium tui: quod eſſe cum populo mihi*
*Commune doleo. pars quota ex iſto mea eſt?*
*Dominare tumidus, ſpiritus altos gere:*
Sequitur ſuperbos [17] ultor à tergo Deus.
[18] *Thebana novi regna. quid* [19] *matres loquar*
*Paſſas & auſas ſcelera? quid* [20] *geminum nefas,*
*Miſtumque nomen conjugis, nati, patris?*
*Quid bina* [21] *fratrum caſtra? quid totidem rogos?*
*Riget ſuperba* [22] *Tantalis luctu parens:*
*Mœſtuſque Phrygio manat in Sipylo lapis.*
*Quin ipſe torvum* [23] *ſubrigens criſta caput*
[24] *Illyrica Cadmus regna permenſus fuga,*
*Longas reliquit corporis tracti notas.*
*Hæc te manent exempla. dominare ut lubet;*
*Dum ſolita regni fata te noſtri vocent.*
LY. *Agedum efferatas rabida voces amove:*
*Et* [25] *diſce regum imperia ab Alcide pati.*
*Ego rapta quamvis ſceptra victrici geram*
*Dextra, regamque cuncta ſine legum metu*
*Quas arma vincunt, pauca pro cauſa loquar*
*Noſtra. cruento cecidit in bello pater?*
*Cecidere fratres?* arma non ſervant modum,
Nec temperari facile, nec reprimi poteſt
Stricti enſis ira. bella delectat cruor.
[26] *Sed ille regno pro ſuo; nos improba*
*Cupidine acti:* quæritur belli exitus,
Non cauſa. *ſed nunc* [27] *pereat omnis memoria.*

16 Vellem & eorum odium mihi ſoli eſſet, ut te abunde odiſſe poſſem, *vel*, doleo quidem populum à te oppreſſum habere cur te oderint. 17 Opt. inſolentiæ vindex, *vel* Nemeſis ſuperbiæ ultrix. Dii enim cum utriuſque ſexus ſint ſecundum Stoicos, Poëtæ Deum etiam pro Dea ponunt. 18 Novi quam malo omine regnetur Thebis: quæ ſcelera Regum, quæ pœnæ. 19 Agaven, quæ filium Pentheum interfecit: Ino, quæ ſe in mare præcipitavit; Nioben, de qua inf. ℣. 388. 20 Oedipi, qui patrem Lajum, verum non ſciens eum patrem fuiſſe, interfecit, ex matre Iocaſta, quam uxorem duxit, liberos ſuſcepit, vide ℣. 133. Theba. 21 Eteoclis & Polynicis filiorum Oedipi, qui binis exercitibus de regno decertantes, mutuis vulneribus occubuerunt, impoſitiſque eidem rogo cadaveribus eorum flamma ſe diviſit. 22 Niobe filia Tantali numeroſa prole ſuperbiens Latonæ ſe prætulit, liberis itaque XIV à Phœbo & Diana interfectis & ipſa dolore ſtupeſcens in ſaxum mutata eſt, in Sipylo monte Phrygiæ, quod perpetuo humore madet, Agamemn. 370. 23 Erigens. 24 Ipſe Cadmus Thebarum conditor regno pulſus in Illyrium receſſit, & in ſerpentem commutatus eſt una cum Hermione uxore. 25 Diſce à conjuge tuo quem adeo jactas parere mihi regi, ut ille paret Euryſtheo. 26 *Antipophora*, quod ſi objicias patrem tuum juſte, me injuſte arma cepiſſe, reſpondeo juſtitiam belli exitu, non cauſa diſcerni; *victrix cauſa Diis placuit.* 27 Sanciatur ἀμνηστία.

*Cum victor arma poſuit, & victum decet*
*Deponere odia.* 28 *non ut inflexo genu*
*Regnantem adores, petimus. hoc ipſum placet,*
*Animo ruinas quod capis magno tuas.*
*Es rege conjux digna : ſociemus toros.*
ME. *Gelidus per artus vadit exangues tremor.*
*Quod facinus aures pepulit? haud equidem horrui,*
*Cum pace rupta bellicus muros fragor*
*Circum ſonaret.* 29 *pertuli intrepide omnia :*
*Thalamos tremiſco : capta nunc videor mihi.*
*Gravent catenæ corpus, & longa fame*
*Mors protrahatur lenta,* 30 *non vincet fidem*
*Vis ulla noſtram : moriar, Alcide, tua.*
LY. *Animoſne merſus inferis conjux facit ?*
ME. *Inferna tetigit, poſſet ut* 31 *ſupera aſſequi.*
LY. *Telluris illum pondus immenſæ* 32 *premit.*
ME. *Nullo premetur onere,* 33 *qui cœlum tulit.*
LY. *Cogere.* ME. 34 Cogi qui poteſt, neſcit mori.
LY. *Effare, thalamis quod novis potius parem*
*Regale munus?* ME. *Aut tuam mortem, aut meam.*
LY. *Moriere demens?* ME. 35 *Conjugi occurram meo.*
LY. *Sceptrone noſtro potior eſt* 36 *famulus tibi ?*
ME. 37 *Quot iſte famulus tradidit reges neci !*
LY. *Cur ergo regi ſervit, & patitur jugum ?*
ME. 38 *Imperia dura tolle, quid virtus erit ?*
LY. *Obici feris monſtriſque,* 39 *virtutem putas ?*
ME. 40 Virtutis eſt domare quæ cuncti pavent.
LY. 41 *Tenebræ loquentem magna Tartareæ premunt.*
ME. Non eſt ad aſtra mollis è terris via.
LY. 42 *Quo patre genitus cœlitum penetret domos ?*
AM. *Miſeranda conjux Herculis magni ſile :*
*Partes meæ hæ ſunt, reddere Alcidæ patrem,*
*Genuſque verum. poſt tot ingentis viri*
*Memoranda facta, poſtque pacatum manu*
*Quodcunque Titan ortus & labens videt,*
*Poſt monſtra tot perdomita, poſt* 43 *Phlegram* 44 *impio*
*Sparſam cruore, poſtque* 45 *defenſos Deos ;*

28 Nolo me ut captiva adores, ſed quoniam mihi placet tua hæc magnanimitas, ut me pro marito colas.
29 Cætera belli mala æquo animo tuli. nunc tandem vere in ſervitutem redacta mihi videor, poſtquam ignavus tyrannus me de nuptiis interpellare audet.
30 Nullus cruciatus violabit fidem meam Herculi datam.
31 Cœlum.
32 Ne emergere & aſcendere poſſit.
33 Supra ℣. 69.
34 Stoice. *Qui non timet mortem, cogi nequit. Non ſumus in ullius poteſtate, cum mors in noſtra poteſtate ſit.*
35 Ab inferis redeunti.
36 Hercules Euriſtheo inſerviens.
37 Multos, Diomeden, Buſirin, Geryonem, Antæum, &c. 38 Verſatur enim virtus circa ardua, dura, formidabilia. 39 Audaciæ potius eſt & temeritatis. 40 Vincit enim vim virtus. 41 Vtut magna crepet, tenebræ tamen infernæ premunt ipſum & opprimunt. 42 Nec enim niſi diis geniti ſuperos adeunt. 43 Vallem Theſſaliæ, in qua Gigantes cum diis pugnavere. 44 Gigantum impiorum. 45 Herculis enim potiſſimum opera gigantes victos ſcribunt non pauci.

*Non-*

*Nondum liquet de patre? mentimur Iovem?*
[46] *Iunonis odio crede.* LY. *Quid violas Iovem?*
*Mortale cœlo non poteſt jungi genus.*
AM. [47] *Communis iſta pluribus cauſa eſt Deis.*
LY. *Famuline fuerant ante quam fierent Dei?*
AM. [48] *Paſtor Pheræos Delius pavit greges.*
LY. [49] *Sed non per omnes exul erravit plagas.*
AM. [50] *Quem profuga terra mater erranti edidit.*
LY. *Non monſtra, ſævas Phœbus aut timuit feras.*
AM. *Primus ſagittas imbuit* [51] *Phœbi draco.*
*Quam gravia parvus tulerit, ignoras, mala*
[52] *E matris utero fulmine ejectus puer?*
[53] *Mox fulminanti proximus patri ſtetit.*
*Quid* [54] *qui gubernat aſtra, qui nubes quatit,*
[55] *Non latuit infans rupis exeſæ ſpecu?*
*Solicita tanti precia natales habent,*
*Semperque magno conſtitit, naſci Deum.*
LY. Quemcunq; miſerũ videris hominem ſcias.
AM. Quemcunque fortem videris, miſerũ neges.
LY. *Fortem vocemus,* [56] *cujus ex humeris Leo*
*Donum puellæ factus, & clava excidit,*
*Fulſitque pictum veſte Sidonia latus?*
*Fortem vocemus, cujus horrentes coma*
*Maduere* [57] *nardo? laude qui notas manus*
*Ad non virilem tympani movit ſonum,*
[58] *Mitra ferocem* [59] *barbara frontem premens?*
AM. [60] *Non erubeſcit Bacchus effuſos tener*
*Sparſiſſe crines, nec manu molli levem*
*Vibraſſe thyrſum, cum parum forti gradu*
*Auro decorum ſyrma barbaricum trahit.*
Poſt multa virtus opera laxari ſolet.
LY. [61] *Hoc Euryti fatetur everſi domus,*

46 Quæ, niſi quod Iove genitus ſit, eum non odio proſequuta uſque exagitaret. 47 Complures Heroes miſto mortalium ac immortalium ſemine nati in deos aſciti fuerunt. 48 Hippol. 295. 49 Quod facit Hercules. 50 Et tamen in ipſa inſula erratica natus eſt. ſupra. ℣. 15. 51 Phœbus etiam puer ſagittis interfecit Pythona draconem à Iunone miſſum qui Latonam inſequeretur. 52 Bacchus è Semeles Iovis majeſtatem (quam ſubdolæ Iunonis hortatu, videre deſideraſſet) non ferentis & fœtum aborſæ utero fulmine ictus. 53 In bello adverſus Gigantes Bacchus in Leonem converſus max. erat terrori Gigantibus. 54 Ipſe Iupiter. 55 An non à matre Rhea, ne Saturnus pater, ex fœdere cum fratre Titane de maſcula prole tollenda παιδοτρώκτης vocaret, in Cretæ antrum ablegatus eſt, & enutritus à Curetibus in monte Ida. 56 Qui ſub Omphale Lydiæ regina, clava & leonis pelle exutus, muliebri ornatu purpuraque indutus & unctus colum tractavit. 57 Oleo Nardino. 58 *Hic verſus in nonnullis lib. refertur ad Amphitryon. nam & Bacchi mitra eſt propria.* 59 Phrygiis & Lydis in uſu. 60 Nec ipſi Baccho forti deo eſt rubori, ſi quando crinibus diffuſis haſtam pampinis involutam vibret, trahatque veſtem muliebrem longe caudatam, ſyrma *à trayne*, à σύρω traho. 61 Egregia ſcilicet illa virtutis opera ſunt, Eurytus Oechaliæ rex cum filiis ab Hercule interemptus ut potiretur filia ipſius Iole & — — — — — — — — — —

[62] *Pecorumque ritu virginum oppreſſi greges,*
*Hoc nulla Iuno, nullus Euryſtheus jubet:*
*Ipſius hæc ſunt opera.* AM. [63] *Non noſti omnia.*
*Ipſius opus eſt, ceſtibus fractus ſuis*
[64] *Eryx, & Eryci junctus* [65] *Antæus Libys.*
*Et* [66] *qui hoſpitali cæde manantes foci*
*Bibêre juſtum ſanguinem Buſiridis.*
[67] *Ipſius opus eſt, vulneri & ferro obvius*
*Mortem coactus ante Geryonem pati:*
*Nec unus una Geryon victus manu.*
[68] *Eris inter iſtos; qui tamen nullo ſtupro*
*Læſere thalamos.* LY. *Quod Iovi, hoc regi licet:*
[69] *Iovi dediſti conjugem, regi dabis.*
*Et te magiſtro non novum hoc diſcet nurus,*
*Etiam viro probante, meliorem ſequi.*
*Sin copulari pertinax tedis negat;*
*Vel ex coacta nobilem partum feram.*
ME. [70] *Vmbræ Creontis, & penates Labdaci,*
*Et nuptiales impii Oedipodæ faces,*
*Nunc* [71] *ſolita noſtro fata conjugio date.*
*Nunc, nunc cruentæ regis Ægypti* [72] *nurus,*
*Adeſte,* [73] *multo ſanguine infectæ manus;*
*Deeſt una* [74] *numero Danais: explebo nefas.*
LY. *Conjugia quoniam pervicax noſtra abnuis,*
*Regemque* [75] *terres; ſceptra quid poſſint ſcies.*
[76] *Complectere aras, nullus eripiet Deus*
*Te mihi: nec, orbe ſi remolito, queat*

62 Theſpii regis Athenienſis filiæ L. una nocte promiſcue ab eo compreſſæ.
63 Vitia quæ ſunt, noſti, non autem meminiſti quod tyrannos oppreſſerit.
64 Fil. Butæ ex Venere victus ceſtibus *ſuis*. i. ad quorum certamen hoſpites provocare ſolitus erat.
65 Herc. Oed. ℣. 24.
66 Buſiridis ſanguis juſta vindicta. *vid. ſup. v. 216.* effuſus in aris, quibus ipſe hoſpites immolaverat.
67 Herculis viribus occurrens Geryon interfectus eſt coram fratribus ſuis, mox & idem paſſuris, erat enim trigeminus, *ſup. v. 231.* Al. *leg. Ipſius Orthrus vulnere & ferro obvius, Mortem, &c.* Orthrus autem erat Geryonis canis biceps. 68 Te manet eadem vindicta quam illis inflixit Herc. qui tamen non tentarunt uxori ejus ſtuprum inferre; quod tu facis. 69 Iovi uſuram conjugis tuæ Alcmenæ indulſiſti, nurus tuæ Megaræ uſum mihi regi dabis. quæ tuo exemplo non hoc primum diſcet me potiorem *veluti Iovem* ſequi, marito ſuo Hercule *ut te quondam* permittente. 70 Vltrices patris mei Cr. umbræ voſque male ominati lares Labdaci Thebarum regis ex Polydoro nepotis Cadmi, & vos infauſtæ nuptiæ Oedipodis *ſupra* ℣. 386. 71 Nuptiis meis coactis date calamitates noſtro generi accidere ſolitas. 72 XLIX è filiabus Danai prima nocte maritos ſuos totidem è filiis Ægypti interfecerunt: ſola Hypermneſtra pepercit Lino. ejus vicem ego ſupplebo & Lycum interficiam. 73 *Habentes manus multo cruore pollutas.* 74 Quinquageſimo. 75 Imprecationibus tuis. 76 Non ad quas confugiſti aræ, non deorum ſtatuæ, non ipſe Alcides reverſus, &, quod mihi jactas, in deorum numerum relatus te mihi eripiet.

*Ad ſupera victor numina Alcides vehi.*
[77] *Congerite ſilvas, templa ſupplicibus ſuis*
*Injecta flagrent.* [78] *conjugem & totum gregem*
*Conſumat unus igne ſubjecto rogus.*
AM. [79] *Hoc munus a te, genitor Alcidæ, peto,*
*Rogare quod me deceat, ut* [80] *primus cadam.*
LY. *Qui morte cunctos luere ſupplicium jubet,*
*Neſcit tyrannus eſſe.* [81] *diverſa irroga:*
[81] *Miſerum veta perire; felicem jube.*
[82] *Ego, dum cremandis trabibus accreſcit rogus,*
*Sacro regentem maria votivo rogem.*
AM. *Proh numinum vis ſumma, proh cœleſtium*
*Rector parenſque; cujus excuſſis tremunt*
*Humana telis; impiam regis feri*
*Compeſce dextram. Quid Deos fruſtra precor?*
*Vbicunque es, audi* [83] *nate.* [84] *Cur ſubito labant*
*Agitata motu templa? cur mugit ſolum?*
*Infernus imo ſonuit è fundo fragor.*
*Audimur: en, en ſonitus Herculei gradus.*

77 O famuli, adſtruite ligna & ipſum templum quo ſupplices confugerunt admoto igne abſumite. 78 Megaram ux. Herc. & Amphitryonem cum natis Herc. 79 Ego Herculis (quoniam Iovem illi negas) pater hoc à te peto. 80 Ne ſenex videam meorum necem. 81 Miſericordiæ enim eſſet per citam mortem miſeris ærumnarum finem dare. 82 Dum famuli parant ligna ad hos comburendos, ego Neptuno faciam ſacra quæ illi vovi Creonte victo. 83 Tanquam numen mihi præſentiſſimum. 84 Inter preces mota terra Herculem ab inferis adventare erumpentem conjicit Amphitryon.

## CHORVS THEBANORVM.

*Actoris partes Chorus officiumque viriliter defendit, precibus Amphitryonis adſpirans Herculis reditum vovet, idque arguit Orphei exemplo.*

O Fortuna viris invida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia dividis!
[1] *Euryſtheus facili regnet in otio:*
*Alcmena genitus bella per omnia*
[2] *Monſtris exagitet* [3] *cœliferam manum:*
[4] *Serpentis reſecet colla feracia;*
[5] *Deceptis referat mala ſororibus,*
*Cum ſomno dederit pervigiles genas*
[6] *Pomis divitibus præpoſitus Draco.*
*Intravit Scythiæ* [7] *multivagas domos,*
*Et gentes patriis ſedibus hoſpitas:*

1 Quæ tam inique rem comparaſti ut Euryſth. &c. 2 Delendis monſtris vexet manum cœlif. ſup. ℣.68. 3 Illa manus, quæ tulit cœlum & deos, nunc occupatur circa naturæ pudenda. 4 Hydræ. ℣.240. 5 Sup. ℣.257. 6 Aureis, citreis. ſup. ℣. 239. 7 ἁμαξοφορήτους: plauſtris vectas; Scythiæ enim incolæ Nomades à paſcendis gregibus dicti nova quærentes paſcua mutant aſſidue loca, unde appellat *patriis ſedibus hoſpites*.

*Calcavitque freti terga [8] rigentia,*
*Et mutis [8] tacitum litoribus mare.*
*Illic dura carent æquora fluctibus;*
*Et [9] qua plena rates carbaſa tenderant,*
*[10] Intonſis teritur ſemita [10] Sarmatis.*
*Stat [9] pontus vicibus mobilis annuis,*
*[9] Navem nunc facilis, nunc equitem pati,*
*Illic [11] quæ viduis gentibus imperat,*
*Aurato religans ilia baltheo,*
*Detraxit ſpolium nobile corpori,*
*Et peltam, & nivei vincula pectoris,*
*Victorem poſito ſuſpiciens genu.*
*[12] Qua ſpe præcipites actus ad inferos,*
*Audax ire vias [13] irremeabiles,*
*Vidiſti [14] Siculæ regna Proſerpinæ?*
*[15] Illic nulla Noto, nulla Favonio*
*Conſurgunt tumidis fluctibus æquora:*
*Non illic geminum [16] Tyndaridæ genus*
*Succurrent tumidis [17] ſidera navibus:*
*Stat nigro pelagus gurgite [18] languidum;*
*Et, cum Mors avidis pallida dentibus*
*Gentes innumeras [19] Manibus intulit,*
*Vno tot populi [20] remige tranſeunt.*
*[21] Evincas utinam jura feræ Stygis,*
*[22] Parcarumque colos non revocabiles:*
*[23] Heic qui rex [24] populis pluribus imperat;*
*Bello cum peteres [25] Neſtoream Pylon,*
*Tecum conſeruit peſtiferas manus,*
*Telum [26] tergemina cuſpide præferens:*
*Effugit tenui vulnere ſaucius,*
*Et [27] mortis dominus pertimuit mori.*
*[28] Fatum rumpe manu, triſtis & [29] inferis*
*Proſpectus pateat lucis, & invius*
*Limes det faciles ad ſuperos vias.*

8 Septentrionale mare, quod Hyberno gelu concretum non agitatur fluctibus, nec litori alliſum ſonat. 9 Qua æſtate navigarant, hyeme agitant currus. 10 Tartaris & Ruſſis incultis, capillos & barbas libertatis ſuæ ſymbola alentibus. 11 Hippolyte vel Antiopa regina Amazonum ſine viris degentium in Scythia, dedit Herc. ſcutum & baltheum ſpolia, ipſum victorem flexo genu venerata. 12 Apoſtrophe ad Herculem. 13 Per quas reditus non patet. 14 In Sicilia natæ ac inde à Plutone raptæ, infra ℣. 658. 15 Apud inferos non ſunt venti, non ſtellæ. 16 Διόσκουροι. ſup. ℣. 17. 17 Exhalatio potius quam ſtella ex motu quodam interfulgens, quæ in antennis, velis aut foris gemina apparens reſidentis tempeſtatis indicium eſt nautæ, *Corpus ſanctum*, Hiſpani S. *Telmum* vocant. 18 Non fluctuans: omnium autem quæ hic ſunt, volunt apud inferos ſimulachra eſſe. Herc. Oet. 1706. 19 Ad manes inferos demiſit. 20 Charonte umbrarum vectore, portitore. infra ℣. 764. 21 Vtinam nobis ſuperſtes redeas, devicto Stygis jure, quæ novies interfuſa coercet reditumque negat. 22 Quæ vitæ ſtamina breviora aut longiora fuſis ſuis devolvunt. ſup. ℣. 180. 23 Et vincere poteris. hic enim regnat ille Pluto, quem Pyliis auxilio advenientem tu Epirotarum ultor inflicto vulnere ſuperaſti. 24 Non uni populo ſed ex pluribus imo omnibus gentibus: *vel* mortuis quorum numerus major quam viventium. 25 A Neſtore regnatum opidum in Peloponeſo occid. 26 Supra ℣. 51. 27 Pluto qui mortuis dominatur. 28 Fatum Stygis non recludendæ tu potentiori fato evince. 29 Qui triſtantur, cum vident lucem. Al. leg. *triſtibus inferis*, ſed minus recte.

*[30] Immites potuit flectere cantibus*
*Vmbrarum dominos, & prece ſupplici*
*Orpheus, Eurydicen dum repetit ſuam.*
*Quæ ſylvas, & aves ſaxaque traxerat*
*Ars, quæ præbuerat fluminibus moras;*
*Ad cujus ſonitum conſtiterant feræ;*
*Mulcet [31] non ſolitis vocibus inferos,*
*Et [32] ſurdis reſonat clarius in locis.*
*Deflent Eurydicen [33] Threiciæ nurus,*
*Deflent & lacrymis [34] difficiles Dei;*
*[35] Et qui fronte nimis crimina tetrica*
*Quærunt, ac [36] veteres excutiunt reos*
*Flentes Eurydicen Iuridici ſedent.*
*Tandem [37] mortis, ait, vincimur [37] arbiter:*
*Evade ad ſuperos; lege tamen data:*
*Tu poſt terga tui perge viri comes;*
*Tu non ante tuam reſpice conjugem,*
*Quam cum clara [38] deos obtulerit dies.*
*Spartanique aderit janua [39] Tænari.*
Odit verus amor, nec patitur, moras.
*Munus, dum properat cernere, perdidit.*
*Quæ vinci potuit regia [40] cantibus,*
*Hæc vinci poterit regia [41] viribus.*

30 Thracius poëta inſignis ad inferos deſcendens repetitum uxorem Eurydicen, à ſerpente dum Ariſtæi vim fugeret occiſam, citharæ cantu in tantum demulſit Plutona & Proſerpinam, ut illi uxorem reſtituerent, hac lege, ne illam ante intueretur quam ad ſuperos veniſſet, ille vero impatientia amoris reſpexit, receptamque amiſit. 31 Vocibus non exauditis prius inferis. 32 Vbi veræ voces non audiuntur, ſilentibus *ſacro digna Silentio Mirantur umbræ dicere.* 33 Threiciæ mulieres, quæ apud inferos. 34 Illacrymabilis Pluto & Proſerpina. 35 Quin & ipſi judices inferni, de *quibus* infra ℣.730, rigidi licet, commiſerentur Orphei. 36 Examinant ſcelera, quæ quis apud ſuperos & in vivis perpetrarit, inf. ℣.727. 37 Mortis arbitri. Pluto ait, viciſti nos ô Orpheu. 38 Superos, ſolem & ſidera, quibus dies ſacra. 39 Promontorii Laconiæ, ubi ad inferos deſcenſus patere credebatur, ut & in Averno Italiæ, *Tænareas fauces, alti oſtia Ditis.* 40 Orphei. 41 Herculis.

## ACTVS TERTIVS.

### HERCVLES.

*Solem cæteroſque Deos precatur veniam Herc. quod juſſus Cerberum ſuperis inviſum traxerit.*

*O [1] Lucis alme rector, & cœli decus,*
*Qui [2] alterna curru ſpatia flammifero ambiēs,*
*Illuſtre lætis exeris terris caput;*
*Da Phœbe veniam, ſi quid illicitum tui*
*Videre vultus. [3] juſſus in lucem extuli*
*[4] Secreta mundi. tuque [5] cœleſtum arbiter*
*Parenſque, viſus fulmine appoſito tege,*
*Et [6] tu ſecundo maria qui ſceptro regis,*

1 Sol. 2 Vtrumque hemiſphærium alternis vicibus luſtrans. 3 Ab Euryſtheo: & hoc venia magis dignus. 4 Cerberum damnatum tenebris. 5 Iupiter. 6 O Neptune, qui regis maria. quæ tibi ſecunda ſorte contigerunt.

*Imas pete undas. quiſquis ex alto aſpicit*
*Terrena,* [7] *facie pollui metuens nova,*
*Aciem reflectat, oraque in cœlum erigat,*
*Portenta fugiens. hoc nefas cernant* [8] *duo,*
*Qui advexit, & quæ juſsit.* [9] *In pœnas meas,*
*Atque in labores non ſatis terræ patent.*
[10] *Iunonis odio vidi inacceſſa omnibus,*
[11] *Ignota Phœbo;* [12] *quæque deterior polus*
*Obſcura diro ſpatia conceſsit Iovi.*
[13] *Et ſi placerent tertiæ ſortis loca,*
*Regnare potui:* [14] *noctis æternæ chaos,*
*Et nocte quiddam gravius, &* [15] *triſtes Deos,*
*Et* [16] *fata vici, morte contempta redii.*
*Quid reſtat aliud? vidi & oſtendi* [17] *inferos.*
*Da, ſi quid ultra eſt.* [18] *tam diu pateris manus*
*Ceſſare noſtras, Iuno? quid vinci jubes?*
[19] *Sed templa quare miles infeſtus tenet?*
*Limenque ſacrum terror armorum obſidet?*

7 Novo hujus monſtri aſpectu. 8 Ego & Iuno, *alii legunt* qui, *ut ſit Euryſth.* 9 Ad explendum Iunonis odium non ſufficiunt monſtra terreſtria, niſi, &c. 10 Odio infeſtæ novercæ vidi omnibus vivis invia. 11 Soli, qui cuncta vidit, inviſa. 12 Nigra regna, quæ videt Antarcticus polus deterior, quia Stygi ſubjectus, *& quem ſub pedibus nox atra videt maneſque profundi.* Sorte data conceſſi Plutoni. 13 Quod ſi me regnandi rapuiſſet tam dira libido, occupare mihi licuiſſet inferna regna, quæ tertia ſorte Diti obtigerunt. 14 Hiatum & cæcam voraginem æternæ noctis. i. mortis. 15 Plutonem & Proſerpinam. 16 Sup. ℣. 565. 17 Cerberum ad ſuperas auras tractum. 18 Sup. ℣. 206. 19 Miratur Herc. cur milites templum obſideant.

## AMPHITRYON. HERCVLES. THESEVS.

*Herculem reducem gratatur Amphitryon, illi quærenti narrat quo in loco res ſint: dum Herc. proficiſcitur ad occidendum Lycum, Theſeus rogatus ab Amphi. exponit, quæ apud inferos geſſerit Hercules.*

[1] *VTrumne viſus vota decipiunt meos?*
*An ille domitor orbis, & Grajum decus,*
*Triſti* [2] *ſilentem nubilo liquit domum?*
*Eſtne ille natus? membra lætitia ſtupent.*
*O nate! certa &* [3] *ſera Thebarum ſalus!*
[4] *Verumne cerno corpus? an fallor tua*
*Deceptus umbra? tune es?* [5] *agnoſco toros,*
*Humeroſque, & alto nobilem trunco manum,*
HER. *Vnde iſte, genitor, ſquallor, &* [6] *lugubribus*

1 Fallitne me phantaſia; an video filium reverſum? 2 Ditis domum cæcam & ſilentem. 3 Tarda, interempto Creonte & amiſſo regno. 4 *Vera ne te facies, verus mihi nuncius adfers?* Al. leg. Teneone in auras editum an vana fruor. 5 Agnoſco Herculem ex toris, humeris, & manu ingentem clavam tenenti. 6 Atratis veſtib.

*Ami-*

*Amicta conjux? unde tam fœdo obſiti*
[7] *Pædore nati? quæ domum clades gravat?*
AM. *Socer eſt peremptus: regna poſſedit Lycus;*
*Natos, parentem, conjugem leto petit.*
HER. *Ingrata tellus, nemo ad Herculeæ domus*
*Auxilia venit?* [8] *vidit hoc tantum nefas*
*Defenſus orbis? cur diem queſtu tero?*
*Mactetur hoſtis.* TH. [9] *Hanc ferat virtus notam,*
*Fiatque ſummus hoſtis Alcidæ Lycus?*
*Ad hauriendum ſanguinem inimicum feror.*
HER. *Theſeu, reſiſte: ne qua vis ſubita ingruat.*
*Me bella poſcunt.* [10] *differ amplexus parens,*
*Conjuxque differ:* [11] *nunciet Diti Lycus*
*Me jam rediſſe.* TH. *Flebilem ex oculis fuga*
[12] *Regina vultum:* [12] *tuque nato ſoſpite*
*Lacrymas cadentes reprime:* [13] *ſi novi Herculem,*
*Lycus Creonti debitas pœnas dabit:*
*Lentum eſt, dabit; dat: hoc quoq; eſt lentum; dedit.*
AM. *Votum ſecundet, qui poteſt, noſtrum Deus,*
*Rebuſque lapſis adſit. O magni comes*
*Magnanime nati, pande virtutum ordinem:*
*Quam longa mœſtos ducat ad Manes via;*
*Ut vincla tulerit dura Tartareus canis.*
TH. *Memorare cogis acta, ſecura quoque*
*Horrenda menti:* [14] *vix adhuc certa eſt fides*
*Vitalis auræ: torpet acies luminum,*
*Hebeteſque viſus vix diem inſuetum ferunt.*
AM. *Pervince, Theſeu, quidquid alto pectore*
*Remanet pavoris; neve te* [15] *fructu optimo*
*Frauda laborum.* quæ fuit durum pati,
Meminiſſe dulce eſt. *fare caſus horridos.*
TH. [16] *Fas omne mundi,* [17] *teque dominantem precor*
*Regno capaci;* [18] *teque, quam tota irrita*
*Quæſivit* [19] *Ætna mater; ut, jura abdita*

7 Illuvie & ſordibus.
8 Orbis à me defenſus vidit hoc tantum nefas, nec repulit me abſente?
9 Indignum eſt, O Herc. tuam virtutem hac infamiæ nota ſugillari, ut poſt tot egregia facinora tam ignavi hominis ſanguinem haurias. Ego potius vado interfecturus Lycum.
10 *Amphit. & Megaram ipſum amplexantes jubet differre amplexus donec Lycum ultus fuerit.*
11 Cæſus ibit nuncius Plutoni dicturus me rediiſſe ab inferis.
12 Abige, ô Megara, mœſtitiam, tuque ô Amphitryon, Hercule ſalvo ſerena vultum.
13 Si bene novi Herculis commoti vires fulmineas. 14 Non mihi certa ſatis eſt fiducia me ad vitales auras rediiſſe, caligant ex diutinis tenebris oculi, nec ferunt ſolis lucem. 15 Gloria, ſeu voluptate ex ſecura & jucunda recordatione præteriti doloris. 16 Vos ô numina ſydera, Voſque inferna numina. Pluto & Proſerpina, *Dii quibus imperium eſt animarum, umbræque ſilentes, &c. Sit mihi fas audita loqui, ſit numine veſtro Pandere res altas terra & caligine merſas.* 17 O Pluto, qui dominaris regno omnes capienti. 18 O Proſerpina, quam anxia tua mater Ceres labore caſſo quæſivit per omnem Siciliam Æthnam maxime. unde, dum flores colligeres, à Plutone rapta es. 19 *Alii legunt* Enna.

*Et operta terris, liceat impune eloqui.*
*Spartana tellus nobile attollit jugum,*
*Denſis ubi æquor* [20] *Tænarus ſilvis premit:*
*Heic* [21] *ora ſolvit Ditis inviſi domus,*
*Hiatque rupes alta, & immenſo ſpecu*
*Ingens vorago faucibus vaſtis patet,*
*Latumque pandit omnibus populis iter.*
*Non* [22] *cæca tenebris incipit primo via:*
*Tenuis relictæ lucis à tergo nitor,*
*Fulgorque dubius* [23] *ſolis afflicti cadit,*
[24] *Et ludit aciem.* [25] *nocte ſic mixta ſolet*
*Præbere lumen primus aut ſerus dies.*
*Hinc ampla* [26] *vacuis ſpatia laxantur locis;*
*In quæ omne merſum pereat humanum genus.*
[27] *Nec ire labor eſt, ipſa deducit via;*
[28] *Vt ſæpe puppes æſtus invitas rapit;*
*Sic pronus aër urget atque avidum chaos:*
[29] *Gradumque retro flectere haud unquam ſinunt*
[30] *Vmbræ tenaces. intus immenſo ſinu*
*Placido quieta labitur* [31] *Lethe vado,*
*Demitque curas: neve remeandi amplius*
*Pateat facultas, flexibus multis gravem*
*Involvit amnem. qualis incerta vagus*
[33] *Mæander unda ludit, & cedit ſibi,*
*Inſtatque; dubius, littus an fontem petat.*
[34] *Palus inertis fœda Cocyti jacet;*
*Hic* [35] *vultur, illic luctifer* [35] *bubo gemit.*
*Omenque triſte reſonat infauſtæ* [35] *ſtrigis:*
*Horrent opaca fronde nigrantes* [36] *comæ,*
[37] *Taxo imminente;* [38] *quam tenet* [39] *ſegnis Sopor,*
*Fameſque mœſta* [39] *tabido rictu jacens;*
*Pudorque* [39] *ſerus conſcios vultus tegit:*
*Metus, Pavorque, Funus, &* [39] *frendens Dolor,*

20 Supra ỷ. 586.
21 Oſtia & deſcenſum.
22 In totum tenebroſa, ut non videatur, vel quæ viſum adimit.
23 Solis tanquam nebulis vel Luna operti, deficientis.
24 Vbi viſa nec plane, nec longe diſcernuntur.
25 *Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo, Aut ubi nox abiit, nec tamen orta dies.* Alii leg. tale non dubie ſolet.
26 Nec tamen datur vacuum intra mundum.
27 *Facilis deſcenſus Averni, Noctes atque dies, &c.*
28 Veluti naves attrahit æſtus, *The ſtreame or current*, invitis nautis; ita craſſus & proclivis aër præcipites dat, inſatiatumque illud Barathrum ad ſe trahit. 29 *At revocare gradum ſuperaſque vadere ad auras, hoc opus hic labor eſt.* 30 Manes avidi, *vel* tenebræ palpabiles. 31 Fluvius τῆς λήθης, id eſt oblivionis apud inferos, cujus latex potus demit curas, i. e. facit manes obliviſci omnium rerum præteritarum. 32 Involvit amnem gravem, triſtem, id eſt Styga flexibus novem. *Novies Styx interfuſa coërcet.* 33 Celeberrimus Phrygiæ fluvius multis anfractibus ſinuoſus & flexuoſus. 34 Cocytus fluvius infernalis, ſtagnat iners Pyriphlegeronti in Acheruſia obvius *flumine languido Cocytus errans.* 35 Aves inauſpicatæ & ferales. 36 Arborum cacumina. 37 Taxo lethali & venenata arbore Cocyto imminente ſeu incumbente. 38 *Quam ſedem ſomnia vulgo vana tenere ferunt.* Virg. de ulmo apud infer, Æn. 6. 39 *Adverte nativa & ſignantia epitheta.*

[39] *Aterque Luctus ſequitur, & Morbus* [39] *tremens,*
*Et* [39] *cincta ferro Bella: in extremo abdita*
[39] *Iners Senectus adjuvat* [40] *baculo gradum.*
AM. *Eſtne aliqua tellus* [41] *Cereris aut Bacchi ferax?*
TH. *Non prata viridi læta facie germinant;*
*Nec adulta leni* [42] *fluctuat Zephyro ſeges;*
*Non ulla ramos ſilva pomiferos habet:*
*Sterilis profundi vaſtitas ſquallet ſoli,*
*Et fœda tellus torpet æterno ſitu;*
*Rerumque mœſtus finis &* [43] *mundi ultima:*
*Immotus aër hæret; & pigro ſedet*
*Nox atra mundo. cuncta mœrore horrida,*
*Ipſaque morte pejor eſt Mortis locus.*
AM. [44] *Quid, ille opaca qui regit ſceptro loca,*
*Qua ſede poſitus temperat* [45] *populos leves?*
TH. *Eſt in receſſu* [46] *Tartari obſcuro locus,*
*Quem gravibus umbris ſpiſſa caligo alligat.*
*A fonte* [47] *diſcors manat hinc uno latex:*
*Alter quieto ſimilis* [48] *(hunc jurant Dei,)*
[49] *Tacente* [49] *ſacram devehens fluvio Styga:*
*At hic tumultu rapitur ingenti ferox,*
*Et ſaxa fluctu volvit* [50] *Acheron invius*
*Renavigari. cingitur* [51] *duplici vado*
*Adverſa Ditis regia, atque ingens domus*
*Vmbrante luco tegitur. hic vaſto ſpecu*
[52] *Pendent tyranni limina: hoc umbris iter;*
*Hæc porta regni, campus hanc circa jacet,*
*In quo ſuperbo digerit vultu ſedens*
*Animas* [53] *recentes. dira majeſtas Deo,*
*Frons torva;* [54] *fratrum quæ tamen ſpeciem gerat,*
*Gentiſque tantæ: vultus eſt illi Iovis,*
[55] *Sed fulminantis.* magna pars regni trucis
Eſt ipſe dominus; *cujus aſpectum timet*

40 Scipione. 41 Frumenti aut vini ferax? 42 More undarum fluctuat à ventis agitata. 43 Res hujus mundi ultimæ & infimæ decidunt ad centrum illud, quo infernum locant poëtæ. *vel* illic mors & rerum exitus. 44 Vbi autem ponit regiam ſedem Pluto? 45 Manes, umbras. Herc. Oet. 1706. 46 Vid. Hip. ỽ. 841. 47 Duo latices diverſæ naturæ, alter quietus, alter impetuoſus. 48 Inviolabilem. *Dii cujus jurare timent & fallere numen.* Qui vero pejerat, annum unum & dies novem, *aliis, novem annos,* nectare & ambroſia interdictus, Deorum epulis arcetur. hic autem honos Stygi habitus propter auxilium quod Iovi adverſus Titanas tulerunt Stygis filiæ Vis, Robur, Victoria: vel propter indicium conſpirationis deorum: *vel* quod beati cœlites per inferni odium triſtitiamque jurantes ſe obligant ad rem eorum naturæ contrariam ſi pejerent, ςὺξ enim à ςυγέω, odi, vel quod diis & hominibus odio habentur, qui ad dejurium procliviores ſunt: *vel* quod omnibus elementis antiquior eſt aqua. 49 Sine murmure *vel* quod ipſe fluvius fere immotus eſt; *vel* quia fluit in locis ſilentibus. 50 Agamemn. ỽ. 13. 51 Vtroque fluvio Styge & Acheronte. 52 Propter ſpecum inflexum & deſcendentem. 53 Quæ de novo advectæ ſunt. 54 Iovis & Neptuni. 55 Sed Iovis irati & fulminantis.

56 Ipſi manes horridi.
57 Poſt tot annos fieri judicia de nocentibus & examinari, *Quid quis apud ſuperos furto lætatus inani Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.* ſup. ℣. 579.
58 Tribunali. *à ritu Rom.*
59 Vide Agam. ℣. 24.
60 A ritu Rom. tranſlatum. In gravibus enim & dubiis cauſis tabellæ literis, C. condemnationis, A. abſolutionis, N. L. *non liquet* Ampliationis. in ciſtam vel urnam conjectæ ſortitione dederunt reis vel ſalutem vel capitis periculum.

[56] *Quidquid timetur.* AM. *Verane eſt fama, inferis*
[57] *Tam ſera reddi jura, & oblitos ſui*
*Sceleris nocentes debitas pœnas dare?*
*Quis iſte veri rector, atque æqui arbiter?*
THE. *Non unus* [58] *alta ſede* [59] *quæſitor ſedens*
*Iudicia trepidis ſera* [60] *ſortitur reis.*
*Auditur illo* [61] *Cnoſſius* [62] *Minos foro;*
[62] *Rhadamantus illo;* [63] *Thetidis hoc audit ſocer.*
[64] *Quod quiſque fecit, patitur: autorem ſcelus*
*Repetit,* [65] *ſuoque premitur exemplo nocens.*
*Vidi cruentos carcere includi duces,*
*Et impotentis terga plebeja manu*
*Scindi tyranni.* [66] Quiſquis eſt placide potens,
Dominuſque vitæ, ſervat innocuas manus,
Et incruentum mitis imperium regit,
[67] Animoque parcit; [68] *longa permenſus diu*
*Felicis ævi ſpatia,* [69] *vel cœlum petit,*
[70] *Vel læta felix nemoris Elyſii loca,*
*Iudex futurus. ſanguine humano abſtine,*
*Quicunque regnas. ſcelera* [71] *taxantur modo*
*Majore veſtra.* AM. *Certus incluſos tenet*
*Locus nocentes? utque fert fama, impios*
*Supplicia vinclis ſæva perpetuis domant?*
THE. [72] *Rapitur volucri tortus Ixion rota.*
[73] *Cervice ſaxum grande Siſyphia ſedet.*

61 Cretenſis, à Cnoſſo Cretæ urbe. 62 Rhodamantum & Æacum Iovis filios reges juſtos umbrarum judicio præfecit Pluto, Minoa arbitrum inſtituit ſi quid difficile aut ἀπόῤῥητον incideret, *Et de te ſplendida Minos Fecerit arbitria.* 63 Æacus pater Pelei cui Thetis peperit Achillem. 64 Vide ſup. ℣. 226. 65 Sibi non imperantis, crudelis, qui vivus plebi infligere verbera gaudebat. 66 Quicunque in vivis citra inſolentiam uſus eſt ſua potentia, vel quiſquis placide ſibi ſuiſque affectibus imperavit, vitæ ſuæ æquus moderator. 67 Suo, quem non contaminat crudelitate & libidine, vel lege. *Animæque parcit*, id eſt, vitæ civium. 68 Poſt longam & felicem vitam. 69 Vel per ἀποθέωσιν, in divorum numerum refertur. 70 Vel migrat in Elyſium. vid. Troad. ℣. 942. 71 Plectuntur majore modo quam hic apud nos, *vel*, majore menſura & pœna quam ſcelera commiſſa erant, cum quiſque patiatur eodem genere quo peccarit. 72 Iunonem de adulterio interpellare auſus è nube, quam Iup. pro Iunone ſubjecit. Centauros genuit. Cum vero gloriaretur ſe cum regina Deorum rem habuiſſe, fulmine ad inferos detruſus rotæ ſerpentibus implexæ alligatus *volvitur aſſiduus, dum ſe refugitque ſequitque.* 73 Vide Hippolyt. ℣. 1226.

[74] *In amne medio faucibus ſiccis ſenex*
*Sectatur undas, abluit mentum latex;*
[75] *Fidemque cum jam ſæpe decepto dedit,*
*Perit unda in ore: poma deſtituunt famem.*
[76] *Præbet volucri Tityus æternas dapes.*
[77] *Vrnaſque fruſtra Danaides plenas ferunt.*
*Errant furentes impiæ* [78] *Cadmeides.*
*Terretque menſas avida Phineas* [79] *avis.*
AM. *Nunc ede nati nobilem pugnam mei.*
[80] *Patrui volentis munus, an ſpolium refert?*
THE. *Ferale tardis imminet ſaxum vadis,*
*Stupente ubi unda ſegne torpeſcit fretum:*
*Hunc ſervat* [81] *amnem cultu & aſpectu* [82] *horridus,*
*Pavidoſque manes ſqualidus geſtat* [83] *ſenex;*
[84] *Impexa pendet barba,* [85] *deformem ſinum*
*Nodus coercet,* [86] *concavæ lucent genæ,*
*Regit ipſe conto portitor longo ratem:*
*Hic* [87] *onere vacuam* [88] *litori puppim applicans*
[89] *Repetebat umbras; poſcit Alcides viam,*
*Cedente turba: dirus exclamat Charon;*
*Quo pergis audax? ſiſte properantem gradum.*
*Non paſſus ullas natus Alcmena moras,*
[90] *Ipſo coactum navitam conto domat,*
*Scanditque puppem* [91] *cymba populorum capax*
*Succubuit uni. ſedit, &* [92] *gravior ratis*
[93] *Vtrinque Lethen latere titubanti bibit.*

74 Tantalus. vel quod Pelopem diis epulandum appoſuiſſet; vel quod ad deorum ſecreta admiſſus ea evulgaſſet, ad inferos Eridano fl. mento tenus immerſus, *Quærit aquas in aquis & poma fugacia captat.* Vide Thyeſt. act. 1.

75 Cum jam feciſſet Tantalo ſpem ſe poſſe eam capere.

76 Vide Hippol. ℣. 1228.

77 L Danai filiæ quæ & Belides ab avo Belo, patris juſſu maritos ſuos, filios Ægypti, prima nocte peremerunt omnes ad unam, hac pœna damnatæ ut aquis pertuſis ſitulis ſeu urnis haurientes dolium item perforatum implere nitantur. 78 Cadmi neptes Agave. Ino, Autonoe &c. quæ Pentheum dilaceraverunt. 79 Harpya. vide Thyeſten. ℣. 153. 80 Accepit ne Cerb. donum à volente Plutone patris ſui Iovis fratre, an ſpolium ab invito Plutone abactum? 81 Styga. 82 Animas trementes. 83 Charon, cujus deſcriptio ex Æneid. 6. petita. 84 *Cui plurima mento Canicies inculta jacet.* 85 *Sordidus ex humeris nodo dependet amictus.* 86 *Stant lumina flamma, &c.* Vel mole pellucent genæ. 87 Oſſa atque pellis totus eſt, ita Charon macet. Al. leg. onere vacuus i. Charon levem, imo nullam habens vecturam. 88 Citeriori, ad petendas animas. 89 Cymbam evacuabat, & alias umbras tanquam novum onus repetebat. Legitur etiam *Repetebat undas*; Quod Ianus Gruterus ſic exponit; Repetebat illam vocem i ſæpius iterabat Vndas. Vndas, ſubaudito, venite ad undas ô animæ. Faceret huc illud Livii lib. X L I, una vox audiebatur ad mare vocantium, id forte temere ab uno clamatum, totis paſſim perſonabat caſtris. 90 Obſervat. Iſac. Pontanus. Ms. Cantabrigienſem legere *proprio coactum*, &c. Quod revera multo propius rem ſignificat, 91 *Gemuit ſub pondere cymba Sutilis, & multum accepit rimoſa paludem.* 92 Onerata majori pondere quam ſolebat advectis umbris.

93 Tunc

*93 Tunc vaſta trepidant monſtra, 94 Centauri truces,*
*94 Lapithæque multo ad bella ſuccenſi mero.*
*95 Stygiæ paludis ultimos quærens ſinus*
*Fecunda mergit capita Lernæus labos.*
*Poſt hæc avari Ditis apparet domus:*
*Hic ſævus umbras territat Stygius canis,*
*96 Qui trina vaſto capita concutiens ſono*
*Regnum tuetur: ſordidum tabo caput*
*Lambunt colubræ: viperis horrent jubæ:*
*Longuſque torta 97 ſibilat cauda draco;*
*98 Par ira formæ. ſenſit ut motus pedum,*
*Attollit hirtas angue vibrato comas.*
*Miſſumque captat 99 aure ſubjecta ſonum,*
*1 Sentire & umbras ſolitus. ut propior ſtetit*
*Iove natus, antro ſedit incertus canis,*
*Et uterque 2 timuit. 96 ecce, latratu gravi*
*Loca muta terret, ſibilat totos minax*
*3 Serpens per armos: vocis horrendæ fragor*
*Per ora miſſus terna felices quoque*
*Exterret umbras. ſolvit à læva ferox*
*Tunc ipſe 4 rictus, & Cleonæum caput*
*Opponit, ac ſe tegmine ingenti 5 clepit:*
*Victrice magnum dextera 6 robur gerens,*
*Huc nunc & illuc verbere aſſiduo rotat,*
*Ingeminat ictus, domitus 7 infregit minas,*
*Et 8 cuncta laſſus capita ſubmiſit canis,*
*9 Antroque toto ceſſit. extimuit ſedens*
*10 Vterque ſolio dominus; & 11 duci jubet:*
*12 Me quoque petenti munus Alcida dedit.*
*Tunc gravia monſtri colla permulcens manu*

93 Omnium rerum ſimulachra apud inferos eſſe perhibentur ſicut animæ apud ſuperos: hæc verò viſo victore tremuerunt. Herc. Oet 1706.

94 Quos Ixione è nube genuiſſe fingitur ſuperne humana forma, inferne equina: hi primi ex equis pugnabant, ut & Lapithæ frænos & ſtrata equorum inveniſſe dicuntur. Vterque Theſſaliæ populus ſuper mero ferox ut in Pirithoi nuptiis.

95 Hydra mergit ima Styge capita fœcunde repullulantia, ſup. ✠. 289.

96 *Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci perſonat.*

97 Pilos habet ſerpentinos & Draconem pro cauda. 98 Terribilis forma, terribilis ira. 99 Emendat Lipſius, *aure ſubrecta*. Canum enim id eſt proprium, & arrigere aures videmus, cum ſonum captant. 1 Etiam leves umbras auditu explorare ſolitus. 2 Sup. ✠. 45. 3 Serpentini pili, jubæ è ſerpentibus. 4 Pellem Cleonæi leonis ſiniſtro ſuo brachio obvolutam ſolvit, qua ſe tegit oppoſito capite cani. ἡρακλῆς, inquit Apollod. κρατησάμενος τοῦ λέοντος τὴν μὲν δορὰν ἠμφιάσατο, τῷ χάσματι δὲ ἐχρήσατο κόρυθι. 5 ἀ κλέπτω, quod & ipſum à καλύπτω, qui enim clam & latenter quid ſubtrahit, idem occulit tegitque. 6 Clavam. 7 Remiſit minas, depoſuit iram. 8 Tria, al. centum, *bellua centiceps*. 9 Aditum dedit Herculi. 10 Pluto & Proſerpina. 11 Addicitque canem Herculi ducendum, quo libeat. 12 Et Herculi petenti dedit me in vinculis ibi detentum, qui cum Pirithoo adveneram ad rapiendum Proſerpinam.

[13] *Adamante texto vincit; oblitus [14] ſui*
*Cuſtos opaci pervigil regni canis*
*Componit aures timidus; & patiens trahi,*
[15] *Herumque faſſus, ore ſubmiſſo obſequens*
*Vtrumque [16] cauda pulſat anguifera latus.*
*Poſtquam eſt [17] ad oras Tænari ventum, & [18] nitor*
*Percuſſit oculos lucis ignotæ, [19] novos*
*Reſumit animos vinctus, & vaſtas furens*
*Quaſſat catenas: pene victorem abſtulit.*
*Pronumque retro vexit, & movit gradu.*
*Tunc & meas [20] reſpexit Alcides manus:*
[21] *Geminus uterque viribus tractum canem*
*Ira furentem, & bella tentantem irrita,*
*Intulimus orbi. vidit ut clarum æthera,*
*Et pura nitidi ſpatia conſpexit poli,*
[22] *Oborta nox eſt, lumina in terram dedit,*
*Compreſſit oculos, & diem inviſum expulit,*
*Aciemque retro flexit, atque [23] omni petiit*
*Cervice terram: tum ſub Herculea caput*
*Abſcondit umbra. Denſa ſed læto venit*
*Clamore [24] turba, frontibus laurum gerens,*
*Magnique meritas Herculis laudes canit.*

13 Catenas ſolido ferro. ſolidas enim duraſque res appellant Poëtæ adamantinas, veluti ex adamante factas, *Quis Martem tunica tectum adamantina, &c.* Legitur etiam *Adamante texto vinxit.* 14 Suarum virium, & ſolitæ ferociæ, 15 Agnoſcens Herc. ſui domitorem & dominum. 16 Adulando in obſequium. 17 Ad extremas & ſummas portas ſpeluncæ Tartareæ. ſup. ℣. 586. 18 Poſtquam clara lux ſupera auræ ſuo fulgore Cerberi oculos hujuſmodi luci non aſſuetos perſtrinxit, reſumit priorem ferociam & indignans reluctatur. 19 Al. *bonos.* Lipſius legit, *Lucis ignotæ bono, Reſumit animos.* hoc ſenſu, poſtquam Cerberus ſupera attigit, & lucis dulcedo ac bonum objecta: Luctatur & vinci negat. 20 Profeſſus ſibi mea ope & manu auxiliari opus eſſe. 21 Herculis & meis. 22 Tenebris aſſueto caliginem induxit Sol, declinavit oculos ad terram, imo clauſit, ne lucem admitterent. 23 Vel tota cervice, id eſt, pervicaciter, vel omni, id eſt, triplici cervice. 24 Chorus è plebe Thebana lauro in lætitiæ atque victoriæ ſignum coronatus canit.

## CHORVS THEBANORVM.

*Chorus Herculis victoriam ex inferis reportatam canit, & cæteras illius laudes admiſcet.*

NAtus Euryſtheus [1] *properante partu,*
*Iuſſerat [2] mundi penetrare [2] fundum:*
*Deerat hoc ſolum numero laborum,*

1 Cum Iupiter inter Divos dixiſſet de die quo Hercules natus foret, cæteris illum dominaturum, qui eo die naſceretur: Iuno per Lucinam remorata Alcmenæ partum, uxoris Stheneli regis Mycenarum partum acceleravit, unde natus eſt Euryſtheus ſeptimo menſe. 2 Medium terræ centrum, in quo inferos plerique locabant.

*[3] Tertiæ regem ſpoliare ſortis.*
*Auſus eſt cæcos aditus inire,*
*Ducit ad manes via qua remotos*
*Triſtis, & ſilva metuenda nigra:*
*Sed [4] frequens magna comitante turba.*
*[5] Quantus incedit populus per urbes*
*Ad novi ludos avidus theatri:*
*Quantus [6] Eleum [7] coit ad Tonantem,*
*[8] Quinta cum ſacrum [9] revocavit [10] æſtas:*
*Quanta, cum longæ redit hora noctis,*
*Creſcere & ſomnos cupiens quietos*
*Libra, Phœbeos tenet æqua currus,*
*Turba [11] ſecretam Cererem frequentat.*
*Et [12] citi [13] tectis [12] properant [13] relictis*
*Attici [13] noctem celebrare myſtæ:*
*[14] Tanta per campos agitur ſilentes*
*Turba: pars tarda gradiens ſenecta,*
*Triſtis, & longa ſatiata vita:*
*[15] Pars adhuc currit melioris ævi,*
*Virgines nondum thalamis jugatæ,*
*Et [16] comis nondum poſitis ephebi,*
*[17] Matris & nomen modo doctus infans:*
*[18] His datum ſolis, minus ut timerent,*
*Igne prælato relevare noctem.*
*[19] Cæteri vadunt per opaca triſtes:*
*Qualis eſt nobis animus, remota*
*Luce, cum mœſtus ſibi quiſque ſentit*
*[20] Obrutum tota caput eſſe terra.*

3 Plutonem, cui in Saturni patris poſſeſſionum diviſione inferorum imperium ſorte obvenerat. 4 Frequentata magno deſcendentium numero. 5 Non rarior quam coit multitudo ad novos ludos theatrales. 2 ad Olympica certamina. 3 ad Cereris Sacra. 6 Ad ludos in honorem Iovis Tonantis, inſtitutos atque celebratos, prope Olympiam Elidis urbem. 7 Al. leg. *Ruit ad Tonantem.* Al. *currit ad.* ſed male. 8 Quarto quidem expleto anno, quinto ineunte; neque enim Olympias vel luſtrum quinque abſolutos annos complectitur. 9 Feſtum Iovi celebravit. 10 Annus vel æſtas confecta Autumno jam cœpto, ubi longiores noctes & ſomnos reddit Sol in Libra ab æquinoctio autumnali. *Libra die ſomnique pares ubi fecerit horas.* 11 Myſtica Cereris Eleuſinæ ſacra ſup. ℣. 300. 12 Myſtæ enim δαδοῦχοι facem accenſam tenentes currebant ad templum Cereris, prius Eleuſin. 13 Per agros celebrabantur hæc Cerealia, & noctu. Attici enim diem à ſolis occaſu auſpicabantur. 14 Tanta multitudo frequentat viam illam ad inferos. 15 Qui ſunt fortioris ætatis currere valent. 16 Ephebi, qui nondum comam (quam ut dignoſcerentur impuberes à puberibus aluerunt) detondebant, eamque pro more, numinis alicujus aræ conſecrabant. 17 Qui jam primum didicerat appellare matrem, quam modo mammam vocabat. *vel*, matris nomen pronunciare. Infantumque animæ flentes in limine primo Quos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos Abſtulit atra dies, & funere merſit acerbo. Virgil. Æneid. 6. 18 His infantibus conceſſum præferre cereum vel candelam quæ tenebras & timorem arceat; ut adultis facem. 19 Cæteri manes per loca illa obſcura deſcendunt, animo non minus triſtes, quam ſi quis noſtrum hic per tenebras præceps decideret in foveam ſeu antrum profundum. 20 Alludit hic poëta ad loca ſubterranea ſimilia Cryptæ Neapolitanæ, quam ipſemet nobis deſcripſit Epiſtola LVII. *Nihil illo carcere longius, nihil illis faucibus obſcurius, quæ nobis præſtant, non ut per tenebras videamus, ſed ut ipſas,* &c. Quæ conſulantur: ex iis enim lux petenda eſt huic loco.

[21] *Stat chaos denſum, tenebræque turpes,*
*Et* [22] *color noctis* [22] *malus, ac ſilentis*
*Otium mundi,* [23] *vacuæque nubes.*
*Sera nos illo referat ſenectus.*
Nemo ad id ſero venit, unde nunquam,
Cum ſemel venit, potuit reverti.
*Quid juvat durum* [24] *properare fatum?*
*Omnis hæc magnis vaga turba terris*
*Ibit ad manes.* [25] *facietque inerti*
*Vela Cocyto.* [26] *tibi creſcit omne,*
*Et quod Occaſus videt, & quod Ortus:*
*Parce venturis;* [26] *tibi, Mors, paramur:*
*Sis licet ſegnis, properamus ipſi.*
*Prima quæ vitam dedit hora, carpſit.*
[27] *Thebis læta dies adeſt:*
[28] *Aras tangite ſupplices,*
*Pingues cædite victimas:*
*Permiſtæ maribus nurus*
*Solemnes agitent* [29] *choros:*
[30] *Ceſſent depoſito jugo*
*Arvi fertilis incolæ.*
*Pax eſt Herculea manu*
[31] *Auroram inter & Heſperum:*
[32] *Et qua ſol medium tenens*
*Vmbras corporibus negat.*
*Quodcunque abluitur ſolum*
*Longo* [33] *Tethyos ambitu,*
*Alcidæ domuit labor.*
*Transvectus vada Tartari*
*Pacatis redit inferis.*
[34] *Iam nullus ſupereſt timor:*
*Nil ultra jacet inferos.*
[35] *Stantes* [36] *ſacrificus comas*
*Dilecta tege* [37] *populo.*

21 Non moventur confuſe illius voraginis tenebræ denſæ & quaſi palpabiles.
22 Tenebræ coloris expertes ſunt: nocti tamen Poëtæ tribuunt atrum colorem, qui doloris & luctus proprius eſt, malum appellant Romani *nigrum*.
23 Pluviæ inanes, & nubium tantum ſimulachra.
24 Non periculis objiciendo, & fatis quaſi eundo obviam. 25 Omne humanum genus Stygiam paludem trajiciet.
26 Neque aliud vita eſt quam ad mortem via, *ut enim in utero præparamur vitæ, ſic in hac vita illi loco, &c.* Senec. epiſt. 102.
27 Θήβαις ἱερὸν φῶς. Euri. Sed legitur etiam *Thebis læta dies abeſt.*
28 Sacrificate: Supplicibus enim precantibus, ſacra facientibus & jurantibus manu aras tangere moris erat. 29 Choreas, in ſacris enim ſaltare ſolitum. 30 Ferientur agricolæ à laboribus.
31 Ab Auroræ ortu ad occaſum veſperi. *ſupra* ℣. 35. i. Ab India ad mare Atlanticum.
32 Meridiem verſus ubi Sol verticalis non reddit corporibus umbram, ut in Syene civitate in confinibus Æthiopiæ atque Ægypti, directa & perpendiculari linea ſub æſtivo Tropico ſita, ſole in Cancro exiſtente, nulla de corporibus ſexta hora jactatur umbra.
33 Vxoris Oceani, pro mari. *Metonymice.* 34 Et ipſis inferis devictis non eſt quod ultra timeamus. 35 Horrentes & arrectas, ſacerdote ſc. afflato divinitus in re divina. 36 Sacrifice: Antiptoſ. 37 Herculi ſacra, qua coronatus deſcendit ad inferos. alii ferunt Herculem ex alba populo in ripa Acherontis inventa ſibi coronam contexuiſſe, Κρατὶ δ᾽ ἔχων λεύκην Ἡρακλῆος ἱερὸν ἔρνος.

## ACTVS QVARTVS.

### HERCVLES. THESEVS. AMPHITRYON. MEGARA.

*Hercules, à cæde Lyci reverſus advocatis Diis ſacra facturus, in furorem vertitur, &* ὑπὸ μανιώδους νόσου τὰς φρένας διαστραφεὶς *ſuam uxorem cum liberis occidit, deinde in ſomnum labitur.*

*VLtrice dextra fuſus adverſo Lycus*
*[1] Terram cecîdit ore : tum quiſquis comes*
*Fuerat tyranni, jacuit & pœnæ comes.*
*Nunc ſacra patri victor & ſuperis feram,*
*Caſtiſque [2] meritas victimis aras colam.*
*Te, te, laborum ſocia & adjutrix, precor,*
*3 Belligera Pallas, cujus in læva ciet*
*4 Ægis feroces ore ſaxifico minas;*
*Adſit 5 Lycurgi domitor & [6] rubri maris,*
*Tectam virenti [7] cuſpidem thyrſo gerens :*
*Geminumque numen, Phœbus & [8] Phœbi ſoror,*
*Soror ſagittis aptior. [8] Phœbus lyræ;*
*9 Fraterque quiſquis incolit cœlum meus,*
*Non ex noverca frater ; [10] huc appellite*
*Greges [11] opimos. [12] quidquid Indorum ſeges,*
*Arabeſque [13] odoris quidquid arboribus legunt,*
*Conferte in aras ; [14] pinguis exundet vapor.*
*15 Populea noſtras arbor exornet comas :*
*Te ramus oleæ fronde [16] gentili tegat,*
*Theſeu : Tonantem noſtra adorabit manus.*

1 Γᾶιαν ἔδαξ ἔλη. 2 Deorum ſic meritorum. 3 Quam belli & conſilii Deam (ut quæ clypeo & haſta armata è Iovis cerebro ſit nata) Hercules in omni certamine præſentem habuit ducem, præſidem, auxiliatricem. 4 Vide Agamem. ỷ. 524. 5 Bacchus, qui, Lycurgi Thraciæ regis vites omnes è Thracia in Bacchi odium exſcindere conantis falcem in ſua crura convertit, illique furorem immiſit, quo correptus uxorem & liberos trucidavit, ipſe denique à Pantheris in Rhodope dilaniatus eſt. 6 Quod Bacchus tranſvectus Indiam primus devicit. Thyeſt. 370. 7 Pampinis inviolatam haſtam, ſupra ỷ. 72. 8 Diana ſemper venatrix. Apollo Arcitenens & ἑκηβόλος ſed lyræ ſibi à Mercurio donatæ ſæpe vacans, Muſarum ſc. præſidio celebris. 9 Et quicunque indigetes Iovis filii ſunt, ſed non ex Iunone. 10 Admovete huc ô famuli victimas pinguiores, è quibus. 11 oves *lectæ*, porci *eximii*, boves *egregii* dicebantur vel opimi. 12 Quicquid aromatum vel thuris præbet India terra ferax & Arabia. 13 Odoriferis arboribus, Oedip. 117. 14 E victimis incenſis pinguis vapor, id eſt, κνίσος exundet, *alii leg.* exudet. *vel.* thus pingue. 15 Supra ỷ. 893. 16 Theſeus enim rex Athenarum. Olea autem ejuſdem urbis propria eſt, utpote pacis ſymbolum, nata in contentione Palladis cum Neptuno de nomine & tutela urbis.

THE. [17] *Dii* [18] *conditores urbis, & [19] ſilveſtria*
*Trucis [19] antra Zethi, nobiles [20] Dirces aquas,*
*Laremque regis advenæ Tyrium [21] colens,*
*Date thura flammis.* AM. *Nate [22] manantes prius*
*Manus cruenta cæde & hoſtili expia.*
HER. *Vtinam cruorem [23] capitis inviſi Deis*
*Libare poſſem, gratior nullus liquor*
*Tinxiſſet aras. victima haud ulla amplior*
*Poteſt, magiſque opima mactari Iovi,*
*Quam rex iniquus.* AM. [24] *Finiat genitor tuos*
*Opta labores: detur aliquando ocium,*
*Quieſque feſſis.* HER. *Ipſe concipiam preces,*
*Iove meque dignas. [25] Stet ſuo cœlum loco,*
*Tellusque & æther: aſtra inoffenſos agant*
*Æterna curſus: alta pax gentes alat:*
*[26] Ferrum omne teneat ruris innocui labor,*
*Enſeſque lateant: nulla tempeſtas fretum*
*Violenta turbet: nullus irato Iove*
*Exſiliat [27] ignis: nullus hyberna nive*
*Nutritus [28] agros amnis everſos trahat:*
*Venena ceſſent: nulla nociturо gravis*
*Succo tumeſcat herba: non ſævi ac truces*
*Regnent tyranni. Si quod etiamnum eſt ſcelus*
*Latura tellus, [29] properet; & ſi quod parat*
*Monſtrum, [29] meum ſit.* [30] *Sed quid hoc? medium diem*
*Cinxere tenebræ: [31] Phœbus obſcuro meat*
*Sine nube vultu. quis diem [32] retro fugat,*
*Agitque in ortus? [33] unde nox atrum caput*
*Ignota profert? unde tot ſtellæ polum*
*Implent diurnæ? [34] primus en noſter labor*

17 *Alii leg. Qui* &c. & poſtea. *colis, Date thura flammis.*
18 Cadme, qui Iovis monitu primus Thebas cōdidiſti, & Amphion, qui teſtudinis à Mercurio donatæ ſono ſaxa ad arcis Thebanæ conſtructionem traxiſti.
19 Speluncas Citheronis Bœotiæ montis, quo Dirces vinculis ſoluta Antiope fugiens peperit enutrivitque Zethum agreſtem, immanem, ἄμυσον cum fratre Amphione. *alii legunt, Ceti, ut ſit antrum immanis illius ſerpentis & ingentis & inſtar Ceti* à Cadmo cæſi, ſupra ℣. 259.
20 Vid. Theb. ℣. 126.

21 Et colens, id eſt, qui colis larem regis Cadmi à Tyro huc advecti quæſitum ſororem Europam. 22 Nam *ſacra manus à cæde recentes Attrectare nefas donec te flumine vivo Ablueris.* 23 Tyranni. 24 Precare ut Iupiter finem tandem ſtatuat tuis laboribus. 25 *Vota hæc concipit ac pronunciat Hercules.* Conſtans & inviolata maneat mundi machina. 26 Nullus ſit ferri uſus niſi in agro colendo, in ruſtica inſtrumenta conflentur arma omnia. 27 Fulmen. 28 Sata & agrorum proventus. 29 Me adhuc vivo, me monſtrorum domitore, qui illa deleam. 30 Arrogantiam hanc Herculis excipit furor, quo correptus, videtur quæ non ſunt videre. 31 Obſcuratur ſol, nulla tamen nube interpoſita. 32 Orientem verſus. 33 A qua cœli parte? *vel* unde fit ut media die oriatur noctis facies, ſtellæque appareant? 34 Ecce Leo Cleonæ, qui mihi à laboribus primus, jam vero in Zodiaco poſitus, minax & jubam ſtellis rutilam jactans, uno ſaltu tranſmittet tria ſigna Autumnalia, tria Hyemalia, ac duo Verna in Taurum ſignum Vernale impetum facturus.

35 Al. leg. *Et rutilat, jubam cervice jactans.*
36 Fœcundus fructibus. vel, febrium cohorte gravis.
37 Veluti caligant oculi à ſublato de ventriculo vapore: ita ubi halitus turbidi ab atra bile ſurſum feruntur concipiunturque in cerebri venis, imaginatio læditur, unde falſo judicant ſenſationes: & inſequitur θηριώδης παραφροσύνη & μελαγχολία, quæ tamen ſummis ingeniis plerunq; accidit. ſic Herculi cœlum falſum i. obſcurum apparebat cum ſudum eſſet.

*Cœli refulget parte non minima Leo,*
*Iraque totus fervet, & morſus parat;*
*Iam rapiet aliquod ſidus: ingenti minax*
*Stat ore, & ignes efflat, [35] & rutila jubam*
*Cervice jactat: quidquid autumnus [36] gravis,*
*Hyemſque gelido frigida ſpatio refert,*
*Vno impetu tranſiliet: & verni petet* ( eſt?
*Frangetq́ Tauri colla.* AM. *Quod ſubitum hoc malum*
*Quo nate vultus huc & huc acres refers;*
[37] *Acieque falſum turbida cœlum vides?*
HER. [38] *Perdomita tellus, tumida ceſſerunt freta,*
*Inferna noſtros regna ſenſere impetus:*
*Immune cœlum eſt; dignus Alcidæ labor.*
*In alta mundi ſpatia ſublimis ferar;*
*Petatur æther, [39] aſtra promittit pater.*
*Quid ſi negaret? [40] non capit terra Herculem,*
*Tandemque [41] ſuperis reddit. en ultro vocat*
*Omnis deorum cœtus, & laxat fores,*
[42] *Vna vetante.* [43] *recipis, & reſeras polum?*
*An contumacis januam mundi traho?*
*Dubitatur etiam? [44] vincla Saturno exuam,*
*Contraque [45] patris impii [46] regnum impotens*
*Avum reſolvam, bella [47] Titanes parent*
*Me duce furentes: [48] ſaxa cum ſilvis traham,*
*Rapiamque dextra [49] plena Centauris [49] juga.*
*Iam [50] monte gemino limitem ad ſuperos agam.*

38 Terra, mari, inferis devictis reſtat cœlum viribus meis intentatum, quod opus cum labore meo dignum ſit, proxime aggrediar. 39 Sup. ỳ. 23. 40 Non eſt capax mei, nihil habet amplius circa quod verſetur labor meus. Imitatur Varronis illud apud Nonium de Hercule, *Iccirco quem terra non cepit, cœlum recepit.* 41 *Vel* quia Iove genitum. *Vel*, ex diſciplina Platonicorum qui animas in cœlis prius fuiſſe cenſebant quam in corpora demitterentur. 42 Iunone. 43 Ad quam furens convertit ſermonem, inquiens; utrum reſerabis cœlum ô Iuno, meque recipies? an mavis me obſtantis indignantiſque cœli janua diffracta per vim intrare? 44 Ni facias, Saturnum avum meum vinculis illi à filio Iove injectis exuam, ut regnum à Iove occupatum repetat. 45 Patris mei, id eſt, Iovis in patrem ſuum impii. 46 Regnum inſolenter occupatum, Tyrannidem. 47 Titanis filii, qui paterni regni (quo Titanem expulerat Saturnus) recuperandi cauſa contra Iovem bella moverunt. ſup. ỳ. 79. 48 Al. leg. *Saxa cum ſylvis feram.* Et lepidius profecto dicat ſe laturum rupes ſylveſtres quam tracturum, quamvis etiam ferre dici potuit, pro auferre. 49 Montes Theſſaliæ, quos incolunt Centauri ſupra ỳ. 777. 50 Iter & aſcenſum ad cœlum ſtruam injecto Pelio Oſſæ, & huic tertium ſuperſtruam gradum Olympum, qui ſi ad cœlum non perveniat, montem ego illum in cœlum jaculabor.

*Videat ſub* [51] *Oſſa* [51] *Pelion* [52] *Chiron* [53] *ſuum :*
*In cœlum* [51] *Olympus tertio poſitus gradu*
*Perveniet, aut mittetur.* AM. *Infandos procul*
*Averte ſenſus : pectoris ſani parum,*
[54] *Magni tamen, compeſce dementem impetum.*
HER. [55] *Quid hoc? gigantes arma* [56] *peſtiferi movent:*
[57] *Profugit umbras Tityus, ac* [58] *lacerum gerens*
*Et inane pectus,* [59] *quam prope à cœlo ſtetit ?*
*Labat* [60] *Cithæron, alta* [61] *Pallene tremit.*
*Marcentque* [62] *Tempe. rapuit hic* [53] *Pindi juga.*
*Hic rapuit* [53] *Oeten. ſævit* [63] *horrendum* [64] *Mimas*
[65] *Flammifera Erynnis* [66] *verbere excuſſo ſonat,*
[67] *Rogiſque aduſtas propius ac propius ſudes*
*In ora tendit. ſæva* [68] *Tiſiphone caput*
*Serpentibus vallata, poſt raptum canem,*
*Portam vacantem clauſit oppoſita face.*
*Sed ecce* [69] *proles regis inimici latet,*
*Lyci nefandum ſemen.* [70] *inviſo patri*
*Hæc dextra jam vos reddet. excutiat leves*
[71] *Nervus ſagittas. tela* [72] *ſic mitti decet*
*Herculea.* AM. [73] *Quo ſe cæcus invergit furor ?*
*Vaſtum coactis flexit arcum cornibus,*
*Pharetramque ſolvit. ſtridet emiſſa impetu*
*Arundo. medio ſpiculum collo fugit*
*Vulnere relicto.* HER. [74] *Cæteram prolem eruam,*
*Omneſque latebras. quid moror ? majus mihi*
*Bellum Mycenis reſtat : ut* [75] *Cyclopea*
*Everſa manibus ſaxa noſtris concidant,*
*Huc eat & illuc aula dejecto obice,*
*Rumpatque poſtes. columen impulſum labet.*

51 Mons Theſſaliæ.
52 E Centauris juſtiſſimus, qui in cœlum translatus Sagittarius eſt. Thyeſt. 859.
53 Montem, quem ipſe incoluerat.
54 Vtut magni.
55 *Imaginatur ſe videre Gigantes bella Iovi inferentes.*
56 Pernicioſi, anguipedes.
57 Ruptis vinculis aufugit ex inferis Tityus de quo ſup. ℣. 755.
58 Laniatum & exeſum jecur. ℣. 1206.
59 Quam prope cœlum contigit ?
60 Bœotiæ mons.
61 Vrbs Thraciæ.
62 Sup. ℣. 285.

63 Horrende. 64 Gigas. 65 Face armata furia. 66 Flagello. 67 Intentat faces in rogis accenſas. 68 Vltrix furia anguibus crinita loco Cerberi à me rapti januam cuſtode vacantem oppoſita face defendit. 69 *Hercules filios ſuos, quos pernicioſo furore conceptus Lyci eſſe exiſtimat, interimit.* 70 Demittet vos in Orcum ad patrem à me cæſum. 71 Chorda arcus. 72 Non à ſcopo propoſito aberrantia, verum quodcunque minabuntur, ferientia. vid. Oeteum ℣. 1652. 73 *Amph. Herculem è ſcena ne pueros coram trucidet exeuntem inſequitur obſervaturus quid agat, redit, narratque, quid intus geſtum ſit.* 74 Prius hîc omnia loca abdita ſcrutabor. deinde excindam Mycenas, & ulciſcar Euryſtheum regem Mycenarum, qui mihi tot dura imperavit. 75 Mycenæ Cyclopum opus perhibentur, eorum, qui turrium conſtruendarum inventores feruntur, numero ſeptem è Lycæa ἵνα τείχεα λάινα κυκλώπων, ἐρᾶνια νέμοντ). Eurip. Troad. verum omnia magnæ molis opera Cyclopum credebantur, *Mœnia magna vides manibus fabricata Cyclopum.*

*Procumbat omnis regia,* [76] *hic video abditum*
*Gnatum ſceleſti patris.* AM. *En, blandas manus*
*Ad* [77] *genua tendens, voce miſeranda rogat.*
*Scelus nefandum, triſte, & aſpectu horridum,*
[78] *Dextra precantem rapuit, & circa furens,*
*Bis ter rotatum miſit ; aſt illi caput*
*Sonuit : cerebro tecta diſperſo madent :*
*At* [79] *miſera parvum protegens natum ſinu*
*Megara, furenti ſimilis è latebris fugit.*
HER. [80] *Licet Tonantis profuga condaris ſinu,*
*Petet undecunque temet hac dextra, & feret.*
AM. *Quo miſera pergis ? quam fugam , aut latebras*
*Nullus ſalutis Hercule infenſo eſt locus :* *(petis?*
*Amplectere ipſum potius, & blanda prece*
*Lenire tenta.* ME. *Parce jam conjux precor ,*
*Agnoſce* [81] *Megaram ; natus hic* [82] *vultus tuos ,*
*Habituſque reddit :* [83] *cernis, ut tendat manus ?*
HER. [84] *Teneo novercam :* [85] *ſequere ,* [86] *da pœnas mihi ,*
[87] *Iugoque preſſum libera turpi Iovem.*
*Sed* [88] *ante matrem parvulum hoc monſtrum auferam.*
ME. *Quo tendis amens?* [89] *ſanguinem fundes tuum ?*
AM. [90] *Pavefactus infans* [91] *igneo vultu patris*
[92] *Perit ante vulnus :* [92] *ſpiritum rapuit timor.*
*In conjugem nunc clava libratur gravis.*
*Perfregit oſſa : corpori* [93] *trunco caput*
*Abeſt,* [94] *nec uſquam eſt.* [95] *cernere hoc audes, nimis*
*Vivax ſenectus ? ſi piget luctus,* [96] *habes*
*Mortem paratam. pectus in tela indue ;*
[97] *Vel ſtipitem iſtum cæde monſtrorum illitum*

76 *Alterum è liberis ſuis comprehendit, receditque è ſcena.*
77 V. Troad. ℣. 689.
78 *Introſpiciens Amphitryon narrat quam miſeranda morte perierit puer à patre circumactus & parieti alliſus.*
79 *Megara infantem complexa fugit è penetralibus quibus latuerat, quam inſequitur Hercules, per furorem Iunonem eam eſſe putans.*
80 Confugias licet in complexum Iovis tui, ego te inſequutus inde eripiam.
81 Me uxorem tuam.
82 Filius hic facie & corpore te patrem ſuum refert, cum meæ pudicitiæ argumentum, tum cauſa ſatis digna cur & ipſi parcas. 83 Cernis ut ad te tendat manus ſupplices ? 84 *Videtur ſibi Iunonem tenere.* 85 Filios tuos ad necem *vel* me trahentem. *Amoveique è ſcena intus digna geri.* 86 Tot laborum mihi imperatorum, odiique tui in me. 87 Zelotypæ & rixoſæ conjugio. 88 *Vel* in conſpectu matris. *vel* priuſquam matrem interficiam. 89 Filium, quem ipſe genuiſti. 90 Vide quæ ad ℣. 991. & ℣. 1004. 91 Ardentibus & ſcintillantibus Herc. furioſi oculis. *Et igneo quodam ſplendore radiaſſe Herc. oculos tradidit Ion. Chius.* 92 Timore exſpiravit infans, antequam percuſſus ſit. 93 Detruncato. 94 Caput clava conciſum in minuta fruſtula & contritum periit, evanuitque *more animæ.* 95 *Cur hæc in tempora duro? Cur diu vivendo ea, quæ nolo video?* Imo cur ſuſtineo videre, aut tam triſti ſpectaculo ſuperſum ? 96 Habes mortem ad manum, portum & libertatem ab his malis. *Stoice,* ſ. p. ℣. 425. 97 Objice te clavæ iſti Herculis.

* Con-

* *Converte.* [98] *falſum ac nomini turpem tuo*
*Remove parentem, ne tua laudi obſtrepat.*
THE. *Quo te ipſe,* [99] *genitor, obvium morti ingeris?*
*Quo pergis amens?* [1] *profuge, & obtectus late.*
*Vnumque manibus aufer Herculeis ſcelus.*
HER. *Bene habet:* [2] *pudendi regis exciſa eſt domus.*
[3] *Tibi hunc dicatum, maximi conjux Iovis,*
*Gregem cecidi. vota perſolvi libens*
[4] *Te digna:* & [5] *Argos victimas alias dabit.*
AM. [6] *Nondum litaſti nate: conſumma ſacrum.*
*Stat ecce ad aras hoſtia, exſpectat manum*
*Cervice prona. præbeo, occurro, inſequor.*
*Macta.* [7] *Quid hoc eſt?* [7] *errat acies luminum,*
*Viſuſque mœror hebetat.* [8] *an video Herculis*
*Manus trementes? vultus in ſomnum cadit,*
*Et feſſa cervix capite ſummiſſo labat;*
*Flexo genu jam totus ad terram ruit:*
[9] *Vt cæſa ſilvis ornus,* [10] *aut portus mari*
*Datura moles.* [11] *vivis? an leto dedit*
*Idem, tuos qui miſit ad mortem, furor?*
[12] *Sopor eſt, reciprocos ſpiritus motus agit.*
*Detur quieti tempus,* [13] *ut ſomno gravis*
*Vis victa, morbi pectus oppreſſum levet,*
*Removete famuli* [14] *tela, ne repetat furens.*

* In me. 98 Me patrem tuum falſo habitum, cum Iup. vere ſit, & qui gloriæ tuæ ſplendorem offuſcare poſſim amove neci datum. *Et hæc dicit irritans & provocans Herculem ut & eum tollat.* 99 Lipſii liber legit, *ſenior.* Malo ego vulgatam retinere. putant quidam propter reverentiam patris nomine à Theſeo appellari, ex illo nimirum more, quo ſenes obvios patres vocamus: ſed errant. Hoc enim vult Theſeus, Tu pater, cur filio furenti ſciens volens occurris, ut parricidii ſcelus admittat? 1 Ne & te patrem occidat. 2 Lyci tyranni, ut putabat. 3 Hoc dicit in Iunonis quæ Lyco favebat irriſionem, *nimis autem vere prædicat ſe Iunoni vota ſolviſſe, neque enim quicquam Iunoni amplius in votis erat, quam ut uxorem & liberos interimeret. atque furens obliviſcitur ſe modo Iunonem voluiſſe occidere.* 4 Mihi infeſtos & malos mactavi infeſto maloque numini. *Vel,* digna te crudeli numine. 5 Argos profectus tibi & Euriſtheum mactabo. Euryſth. quidem Mycenarum rex, ſed Argos & Mycenas poëtæ confundunt. 6 *Viget Herc. Amphitryon inquiens,* nondum exſacrificaſti nate, nondum conſummaſti ſacrificium: uxori & liberis à te cæſis ego ſuperſum, ego placida ante aras hoſtia ſto mortem à te expectans, expetens. 7 *Herc. vehementi labore exagitantis furiæ defatigatus, tremebundus denique in ſomnum labitur. Sic autem Sophocles Ajacem, Euripides hunc ipſum Herculem conſopitos prius inducunt, quam menti reſtitutos.* ỳ. 1050. & 1078. 8 Fallor an video, &c? 9 *Antiquam, veluti ſummus in montibus ornum,* &c. 10 Aut pars rupis exciſæ & ruentis in mare, quæ objectu ſuo tranquillum reddat mare, portumque efficiat. 11 *Appropinquans Amphitryon* inquit, vivis-ne, an idem furor qui te tuos occidere coëgit, & te interfecit? 12 *Hoc dicit tacta arteria vel obſervatis ſpirituum meatibus.* 13 Vide quæ ad ỳ. 1041. 14 Clavam, arcum, & ſagittas ne à ſomno furens repetat.

## Chorvs Thebanorvm.

*Deos, Sidera, & elementa quæ lymphatis, lunaticis, & mente captis dominantur, in luctum, commiſerationem & auxilium Herculis Chorus advocat; ſomnum, qui furorem ſedare ſolet, precatur, ut gravi ſopore preſſum Herc. menti reſtituat, pueros denique caſos deflet.*

*Lugeat [1] æther, magnuſque parens*
*Ætheris alti, telluſque ferax,*
*Et vaga ponti mobilis unda.*
*[2] Tuque ante omnes, qui per terras*
*Tractuſque maris fundis radios,*
*Noctemque fugas ore decoro,*
*Fervide Titan. obitus pariter*
*Tecum Alcides vidit & ortus,*
*Novitque tuas utraſque domos.*
*Solvite [3] tantis animum monſtris;*
*Solvite ſuperi: rectam in melius*
*Flectite mentem. tuque ô domitor*
*Somne [4] laborum, requies animi,*
*Pars humanæ [5] melior vitæ,*
*[6] Volucer, matris genus Aſtrææ,*
*[7] Frater duræ languide Mortis,*
*[8] Veris miſcens falſa, futuri*
*Certus, & idem [9] peſſimus autor:*
*[10] Pater ô rerum, portus vitæ,*
*[11] Lucis requies, noctiſque comes,*
*Qui [12] par regi famuloque venis,*
*Placidus feſſum leniſque [13] fovens;*
*Pavidum leti genus humanum*
*Cogis longam diſcere [14] mortem:*
*[15] Preme devictum torpore gravi*

1 Cœlum cœlique creator. Cleanthes, Anaximenes aliique, cum philoſophi veteres tum poëtæ, æthera ſummum Deum nuncupabant. *Tum pater omnipotens fæcundis imbribus æther*, &c. Aliis Æther Cœli pater, Cœlum Saturni, &c. Cum vero æther ſive aër ſæpiſſime pro Iove ponatur, exponas licebit, Iupiter Ioviſque pater Saturnus calamitatem Herc. filii & nepotis lugeant.
2 O ſol ſup. ỳ. 36. & ỳ. 881.
3 Tam nefando & monſtroſo furore.
4 Al. leg. *malorum*, quæ ſomnus ut & labores domare quidem & minuere ſi non extinguere & tollere paſſim à poëtis decantatur.
5 Quæ nec agit nec cogitat malum, raro patitur. *vel*, quoniam quibuſdam magnam ſi non majorem vitæ partem abſumat, quid ſi dicamus, *major pars ut*, *at bona pars procerum* pro *magna* Perſ. 2. ſat.
6 O alate ſomne. filium autem Iuſtitiæ Aſtræi gigantis filiæ vocat, quod beneficio juſtitiæ tuto & ſecure dormitur, qui tamen pleriſque Noctis & Erebi filius dicitur. unde & addit. 7 Frater Mortis, quæ ex eadem progenie. 8 Inſomnia vera quandoque, falſa ut plurimum, ut quæ ex Eburnea porta. 9 Frequentiora enim ſomnia vera ex mentis præſagæ metu, quam læta ex ſpe. 10 Chaos & tenebræ primæ. *Vel*, qui digeſtionem juvas, alis, vireſque reparas, adeoque genitalis. 11 Laboris diurni. 12 Ex æquo, *Allone*. 13 Al. leg. *fovet*. 14 *I. Douza fil. legit* Noctem. *Nox autem longa mors eſt, cujus ſomnus imago*, & alioqui cum ſomnus cenſeatur mors brevis; haud male dicatur aſſuefacere nos longæ illi morti & perpetuo dormiendæ. 15 Tantiſper dormiat quoad concoxerit pernicioſum hunc humorem, qui furoris cauſa.

Sopor

*Sopor indomitos alliget artus ;*
*Nec torva prius pectora linquat ,*
*Quam mens repetat priſtina curſum ;*
[16] *En, fuſus humi ſæva feroci*
*Corde volutat ſomnia. nondum eſt*
*Tanti peſtis ſuperata mali :*
*Clavaque gravi laſſum ſolitus*
*Mandare caput, quærit* [17] *vacua*
[18] *Pondera dextra, motu jactans*
*Brachia vano : nec adhuc omnes*
*Expulit æſtus.* [19] *ſed, ut ingenti*
*Vexata Noto ſervat longos*
*Vnda tumultus, & jam vento*
*Ceſſante tumet. pelle inſanos*
*Fluctus animi. redeat pietas ,*
*Virtuſque viro :* [19] *vel ſit potius*
*Mens veſano concita motu ;*
*Error cæcus, qua cœpit, eat.*
[20] *Solus te jam præſtare poteſt*
*Furor inſontem.* Proxima puris
Sors eſt manibus, neſcire nefas.
*Nunc Herculeis* [21] *percuſſa ſonent*
*Pectora palmis.* [22] *mundum ſolitos*
*Ferre lacertos* [23] *verbera pulſent*
*Victrice manu :* [24] *gemitus vaſtos*
*Audiat æther, audiat* [25] *atri*
*Regina poli, vaſtiſque ferox*
*Qui colla gerit vincta catenis ,*
*Imo latitans* [26] *Cerberus antro.*
*Reſonet mœſto clamore* [27] *chaos ,*
[28] *Lateque patens unda profundi ,*
*Et, qui* [29] *melius tua tela tamen*
*Senſerat, æther.*
*Pectora* [30] *tantis obſeſſa malis*
*Non ſunt ictu ferienda levi :*
*Vno planctu* [31] *tria regna ſonent.*
[32] *Et tu collo decus ac telum*
*Suſpenſa diu fortis arundo ,*
*Pharetraque leves, date ſæva fero*
*Verbera tergo : cædant humeros*

16 Veluti, ſi quando mare ventorum vi agitatur, etiam ſi ponant venti, non tamen ſtatim ceſſat undarum æſtus : ita quamvis Herculis μελαγχολικὸν πάθος, ſomno mulceatur ac ſedetur, non tamen plane atrum atque acrem humorem expiravit. videre enim quam turbida etiam dormientem vexent inſomnia; per ſomnum enim clavam quærit, quam dormiturus capiti ſupponere ſolet.
17 Nec enim invenit, quod quærit. 18 Clavam. 19 Vel etiam furore detineatur. ita nec ipſe quod admiſerit ſcelus agnoſcet , nec crimini dabitur illi, cui furor arbitrii libertatem ademit.
20 Proxime innocentiam eſt ignorantia. quæ, ſi non ſit affectata & malæ diſpoſitionis , reddit facta invita , & peccata excuſat. maxime vero ſi ſubſequatur dolor : *Chorus itaque Herculem ad pœnitentiam adhortatur.*
21 Planctu. 22 Flagellis. 23 Gemitu teſtetur ſe dolere & pœnitere.
24 Cœlum, ſup. ỳ.68.
25 Proſerpina regina inferorum, qui polo Antarctico ſubjecti vulgo creduntur. ſup. ỳ. 606.
26 Quem ab Euryſtheo dimiſſum Pluto priſtinæ cuſtodiæ iterum præpoſuerat. 27 Rerum & elementorum confuſio, cujus imago apud inferos. 28 Mare.
29 Melius in aëra, dum inſequereris Stymphalidas miſſa quam in tuos liberos. 30 Polluta tantis malis, vel furore. ut ſupra. ỳ. 1052. 31 Cœlum, mare , infernus. 32 Et vos ô Herculis tela, arcus, ſagittæ &c.



33 Re-

*[33] Robora fortes, [33] ſtipeſque potens*
*Duris oneret pectora nodis :*
*Plangant tantos arma dolores.*
*[34] Non vos patriæ laudis comites,*
*Vlti [35] ſævo vulnere reges.*
*Non [36] Argiva membra [37] palæſtra,*
*Flectere docti, fortes [37] caſtu,*
*Forteſque manu ; jam tamen auſi*
*[38] Telum [39] Scythici leve [39] coryti*
*Miſſum certa librare manu,*
*[40] Tutoſque fuga figere cervos,*
*[41] Nondumque feræ terga jubatæ ;*
*Ite ad Stygios umbræ portus,*
*Ite innocuæ, quas in primo*
*Limine vitæ ſcelus oppreſſit*
*Patriuſque furor : ite infauſtum*
*Genus, ô pueri, [42] noti per iter*
*Triſte laboris : ite, [43] iratos*
*Viſite reges.*

33 Clava cædite & gravate pectus, humeros, tergum Herculis, exigiteque pœnas ab eo, quod vobis abuſus ſit. 34 Vos ô Herculis pueri miſere periiſtis, priuſquam paternam gloriam poſſetis per ætatem æmulari, & morte tyrannos plectere. 35 *Legitur &* ſævos, *quod non diſplicet.* 36 Synecdoche pro *Græca*, ut &. 37 Palæſtra *&* cæſtu pro *integro pentathlo.* 38 Sagittas mittere. 39 Pharetræ, qualem gerunt Scythæ *vel*, non minori dexteritate, quam Scytharum pueruli, quos ab infantia parentes ſagittis aſſuefaciebant. Eſt autem γωρυτὸς τοξοθήκη. per leve telum hic intelligit habile & pondere minus onerosum.
40 Qui pedum velocitate freti, ſalutis fiduciam in fuga ponunt. 41 Necdum auſi eſtis leonem jubatum aggredi. 42 Generaliter, vel, noti patri veſtro qua deſcendit, rediitque. 43 Plutonem & Proſerpinam patri veſtro indignatos propter vim illatam. *vel*, ut ℣. 610. triſtes deos. *vel* Tyrannos quos Herc. demiſerat.

## ACTVS QVINTVS.

### HERCVLES. AMPHITRYON. THESEVS.

*Hercules experrectus & menti reſtitutus, poſtquam ſuos à ſe interfectos comperiſſet, manus ſibi inferre parat. patris precibus victus ſibi parcit, Athenaſque Theſei conſilio purgandus proficiſcitur.*

*QVis hic locus? quæ regio? quæ mundi plaga?*
*Vbi ſum? ſub ortu Solis, an ſub [1] cardine*
*Glacialis Vrſæ? [2] nunquid Heſperii maris*
*Extrema tellus hunc dat Oceano modum?*
*[3] Quas trahimus auras? quod ſolum feſſo ſubeſt?*
*Certe rediimus. [4] unde proſtrata domo*
*Video cruenta corpora? an nondum exuit*
*Simulacra mens [5] inferna? poſt reditus quoque*

1 Polo Arctico. ſupra ℣. 6. 2 Aut in Hiſpania, ubi Oceanus terræ facit terminum. 3 Superas aut inferas? *vel* ſub quo cœlo? in qua regione? *Quia ſubdit*, quod ſolum feſſo ſubeſt. 4 *Videns cadavera humi ſtrata dubitat, an redierit ab inferis, hecne, tandem ait,* certe rediimus. 5 Qualia vidi apud inferos.

*Oberrat oculos turba [6] feralis meos.*
*Pudet fateri. paveo : neſcio quod mihi,*
*Neſcio quod animus grande præſagit malum.*
*Vbi eſt parens? ubi illa natorum grege*
*Animoſa conjux? cur latus lævum vacat*
*Spolio leonis? quonam abiit? tegimen meum,*
*Idemque ſomno mollis Herculeo thorus?*
*Vbi tela? ubi arcus? arma quis [8] vivo mihi*
*Detrahere potuit? ſpolia quis [9] tanta abſtulit?*
[10] *Ipſumque quis non Herculis ſomnum horruit?*
*Libet meum videre victorem, libet.*
[11] *Exurge victor, quem novum cœlo pater*
*Genuit relicto : cujus inceſtu ſtetit*
*Nox longior, quam noſtra. quod cerno nefas?*
*Nati cruenta cæde confecti jacent;*
*Perempta conjux.* [12] *quis Lycus regnum obtinet?*
*Quis tanta Thebis ſcelera moliri auſus eſt,*
*Hercule reverſo?* [13] *quiſquis* [14] *Iſmeni loca,*
[15] *Actæa quiſquis arva, qui* [16] *gemino mari*
[17] *Pulſata Pelopis regna Dardanii colis,*
*Succurre, ſævæ cladis autorem indica.*
*Ruat ira in hoſtes.* hoſtis eſt, quiſquis mihi
Non monſtrat hoſtem. *victor Alcidæ lates?*
*Procede :* [18] *ſeu tu vindicas* [19] *currus truces*
[18] *Thracis cruenti, ſive* [20] *Geryonis pecus,*
[21] *Libyæve dominos : nulla pugnandi mora eſt.*
*En nudus aſto, vel meis armis licet*
*Petas inermem. cur meos Theſeus fugit*
*Paterque vultus?* [22] *ora cur condunt ſua?*
[23] *Differte fletus. quis meos dederit neci*
*Omnes ſimul, profare : quid genitor ſiles?*
*At tu ede Theſeu, ſed* [24] *tua Theſeu fide.*
*Vterque tacitus ora pudibunda obtegit,*

9 Mortuorum. *feram* enim antiqui mortem dixerunt, unde quæ ad mortem ſpectant dicuntur *feralia*.
7 Leonis pellis, qua me interdiu tegere ſolebam, quæ mihi dormituro ſtrata pro lecto erat.
8 *Emphaticè*, ἐμοὶ ζῶντι καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένῳ.
9 Mihi, tam forti.
10 Etiam Herculem dormientem.
11 Si quem me fortiorem genuerit Iupiter, adulterata & vitiata aliqua fœmina per longiorem noctem, quam qua ego genitus ſum. ſupra ℣. 24.
12 Quis tyrannus Lyci ſimilis vel deterior, &c. ille enim me abſente regnum occupavit : hic autem reverſo me. 13 Aliquis ex iis qui Bœotiam, aut Peloponneſum incolit, indicet mihi hujus cladis authorem. 14 Sup. ℣. 333. 15 Attica, maritima, ab ἀκτὴ litus : aliis, ab Atthide Cranai filia. 16 Sup. ℣. 335. 17 Peloponneſum Pelopi filio Tantali regis Phrygum regnatam, à quo & nomen habuit illa Peninſula. 18 Seu tu ulciſceris interfectum à me Diomedem. ſup. ℣. 225. 19 Iugales equos, qui carne humana veſcebantur. 20 Seu Geryonis abacta pecora. ℣. 230. 21 Seu Antæum ℣. 481. & Atlantis hortos. ℣. 237. 22 Manu inter lacrymandum. *vel* præ pudore. 23 Vt ſupra, *differte amplexus*. ℣. 636. quin miſſis lacrymis dicite, quis meos, &c. 24 Emphatice, id eſt, bona, amica. Theſeus enim amicis erat fidus, utcunque uxoribus fidem non præſtaret.

*Furtimque lacrymas fundit. in tantis malis*
*Quid eſt pudendum? nunquid* [25] *Argivæ potens*
*Dominator urbis?* [26] *nunquid infeſtum Lyci*
*Pereuntis agmen clade nos tanta obruit?*
[27] *Per te, meorum facinorum laudem precor,*
*Genitor, tuique nominis ſemper mihi*
*Numen* [28] *ſecundum; fare, quis fudit domum?*
*Cui præda jacui?* AM. [29] *Tacita ſic abeant mala.*
HE. [30] *Vt inultus ego ſim?* AM. *Sæpe vindicta obfuit.*
HER. *Quiſquamne* [31] *ſegnis tanta toleravit mala?*
AM. [32] *Majora quiſquis timuit.* HE. *His etiam pater*
*Quidquam timeri majus aut gravius poteſt?*
AM. [33] *Cladis tuæ pars iſta, quam noſti, quota eſt?*
HER. *Miſerere, genitor: ſupplices tendo manus.*
*Quid hoc?* [34] *manus refugit.* [35] *hic errat ſcelus.*
*Vnde hic cruor? quid illa puerili madens*
*Arundo leto,* [36] *tincta Lernæa nece?*
*Iam tela video noſtra,* [37] *non quæro manum.*
*Quis potuit arcum flectere? aut quis dextera*
*Sinuare nervum vix recedentem mihi?*
*Ad vos revertor: genitor, hoc noſtrum eſt ſcelus?*
[38] *Tacuere, noſtrum eſt.* AM. [39] *Luctus eſt iſtic tuus;*
*Crimen novercæ caſus hic culpa caret.*
HER. *Nunc parte ab omni* [40] *genitor iratus tona,*
*Oblite* [41] *noſtri: vindica* [42] *ſera manu*
*Saltem* [43] *nepotes: ſtelliger mundus ſonet,*
*Flammas & [44] hic & ille jaculetur polus:*
[45] *Rupes ligatum* [45] *Caſpiæ corpus trahant,*
*Atque ales avida.* [46] *cur Promethei vacant*

25 Euryſth. 26 Legitur & *Nunquid infeſtum mihi Parentis agmen*; ut ſit, an factio Lyci infeſta mihi in patria mea Thebis hanc nobis cladem dedit? 27 *Ordo eſt*, precor te per laudem meorum facinorum. 28 A Iove, cujus numen mihi primum. 29 Μὴ κρῖνε, μὴ ἐξέταζε Sophoc. Al. ne inquire curioſius ea quæ neſcire præſtat. τὰ δ' ἄλλ' ἔα. 30 Itane abeant ignora, ut ego non ulciſcar? 31 Etiam ignavus? 32 Fortis tamen minora tolerabit, ut majora devitet. 33 Quam vides & noſti, cædes, minima pars eſt calamitatis tuæ, quam non vides. *innuit multo pejus eſſe, quod ab ipſo cæſi ſunt.* 34 Manus mea ſibi male conſcia refugit contractum patris. Sic infra v. 1317. *alii exponunt*, pater refugit tangere meas manus, *non placet.* 35 Scelus, cujus author me latuit, in his manibus errat. Quid ſi legas? *hinc erat ſcelus*, quandoque enim recipit Iambum quintus locus. 36 Hydræ ſanguine & felle tincta. 37 Non ambigo de manu, quæ iis uti potuerit, quod nulla valuit præter meam. 38 Φασὶ σιωπῶντες, tacent, conſentire videntur. 39 Luctus quidem cauſa tua eſt; at crimen eſt Iunonis. 40 Iupiter. 41 Qui curam non habuiſti mei filii tui à mente abalienati & nepotum tuorum à me interfectorum. vel obliviſcere me filium eſſe tuum. 42 Poſt admiſſum ſcelus, quod ante oportuit. 43 Tuos ex me nepotes à me cæſos. 44 Vterque polus. 45 Montis Caſpii, qui Tauri pars fuit. 46 Abripiar in locum Promethei, cujus Caucaſo catenis alligati jecur renaſcens aſſidue depaſcebatur aquila ob ignem Iovi ſurreptum, quem tamen jam pœna illa liberavit Iupiter præmonitus à Prometheo, ut à Thetidos connubio abſtineret.

*Scopuli?* [47] *paretur vertice immenſo feras*
*Volucreſque paſcens Caucaſi abruptum latus,*
*Nudumque ſylvis. illa, qua Pontum Scythen*
[48] *Symplegas arctat, hinc & hinc vinctas manus*
*Diſtendet alto: cumque revocata vice*
*In ſe coibunt* [49] *ſaxa, quæ in cœlum exprimunt*
*Actis utrinque rupibus medium mare;*
[49] *Ego * inquieta montium jaceam mora.*
[50] *Quin ſtructum acervans nemore congeſto aggerem,*
*Cruore corpus* [51] *impio ſparſum cremo?*
*Sic, ſic agendum eſt; inferis* [52] *reddam Herculem.*
AM. [53] *Nondum tumultu pectus attonitum caret.*
[54] *Mutavit iras: quodque habet proprium furor;*
*In ſe ipſe ſævit.* HER. [55] *Dira furiarum loca*
*Et* [55] *inferorum carcer, &* [55] *ſonti plaga*
*Decreta turbæ, & ſi quod exilium latet*
*Vlterius* [56] *Erebo, Cerbero ignotum &* [57] *mihi,*
*Huc me abde tellus: Tartari ad finem ultimum*
*Manſurus ibo. pectus* [58] *ô nimium ferum!*
*Quis vos per omnem, liberi, ſparſos domum*
*Deflere digne poterit? hic* [59] *durus malis*
*Lacrymare vultus neſcit. huc enſem date;*
*Date huc ſagittas; ſtipitem huc vaſtum date.*
[60] *Tibi tela frangam noſtra; tibi noſtros puer*
*Rumpemus arcus, ac tuis ſtipes gravis*
*Ardebit umbris: ipſa* [61] *Lernæis frequens*
*Pharetra telis in tuos ibit rogos,*
*Dent arma pœnas:* [62] *vos quoque infauſtas meis*
*Cremabo telis, ô novercales manus.*
THE. *Quis nomen unquam ſceleris errori dedit?*
HER. *Sæpe error ingens ſceleris obtinuit locum.*

47 In meum ſupplicium. 48 Symplegades vel Cyaneæ inſulæ ſunt ſcopuli in Ponti Euxini oſtio, quæ finguntur concurrentes, eo quod non multum à ſe diſtantes navigantibus modo disjungi, modo coire videantur. Optat Hercules, ut ubi hæ invicem colliduntur, manu altera ipſe utrique alligatus concutiatur. Vide Medeam ỹ. 341. 49 Moram iis injiciam, corpore: ſc. meo ne coëant, interjecto. * Ioſ. Scaliger ſejungit, & legit *inquieta* & ſic exponit, Hercules optat in illa mora, dum coëunt ſaxa, & mare in cœlum exprimunt, inter illa intercipi, & ita perire in illo quieto momento. 50 Aut cur non potius ipſe in conſtructam pyram me conjicio? *triſte de Morte ſua omen.* 51 Natorum à me impie effuſo. 52 Vt qui prius ibi fuerim. 53 Non receſſit furor ejus in totum. 54 Ab aliis in ſe. 55 Supplicii loca. 56 Infernalium fluviorum infimo. 57 Qui omnia ibi perſcrutatus ſum. 58 Quod non ſolvatur in lacrymas, ſed quis vos digne deflere poterit? &c. 59 Induratus malis. 60 (*converſus ad unum filiorum dicit*, Tibi ſagittas frangam: *ad alterum*, tibi arcum: *ad tertium converſus dicit*, tuis manibus quaſi inferiæ comburetur clava hæc; *ad quartum*, tuo rogo ardebit pharetra, atque *ita quatuor Herculem filios (quorum nomina Oxitum, Tueremachum, Demochoonta, Creontiadem ferunt) interfeciſſe vult, quos alii duos, alii octo ſtatuunt.* 61 Supra ỹ. 1194. 62 Voſque una cremabo manus meæ, quæ nimis obſequutæ eſtis odio novercæ meæ Iunonis,

THE. [63] *Nunc Hercule opus eſt. perfer hanc molem*
*(mali.*
HER. [64] *Non ſic furore ceſſit extinctus pudor,*
*Populos ut omnes impio aſpectu fugem.*
*Arma, arma, Theſeu, flagito propere mihi*
*Subtracta reddi.* [65] *ſana ſi mens eſt mihi,*
*Referte manibus tela : ſi remanet furor,*
*Pater recede,* [66] *mortis inveniam viam.*
AM. [67] *Per ſancta generis ſacra, per jus* [68] *nominis*
*Vtrumque noſtri, ſive me altorem vocas,*
*Seu tu parentem : perque venerandos piis*
*Canos, ſenectæ parce deſertæ precor,*
*Anniſque feſſis : unicum lapſæ domus*
*Firmamen,* [69] *unum columen afflicto malis*
*Temet reſerva.* [70] *Nullus ex te contigit*
*Fructus laborum. ſemper aut dubium mare,*
*Aut monſtra timui.* [71] *quiſquis in toto furit*
*Rex ſævus orbe, manibus, aut aris nocens,*
*A me timetur. ſemper abſentis pater*
*Fructum tui, tactumque & aſpectum peto.*
HER. [72] *Cur animam in iſta luce detineam amplius*
*Morerque, nihil eſt : cuncta jam amiſi bona.*
*Mentem, arma, famam, conjugem, natos,* [73] *manus;*
*Etiam* [74] *furorem. nemo polluto queat*
*Animo mederi :* [75] *morte ſanandum eſt ſcelus.*
THE. [76] *Perimes parentem?* HER. [77] *Facere ne poſ-*
*ſim, occidam.*
*(cui nefas.*
THE. [78] *Genitore coram?* HER. [79] *Cernere hunc do-*
AM. [80] *Memoranda potius omnibus facta intuens,*
*Vnius à te criminis veniam pete.*
HER. [81] *Veniam dabit ſibi ipſe qui nulli dedit?*

63 Nunc tibi opus eſt ſolita tua tolerantia. 64 Nec tamen adeo mihi pudorem excuſſit furor, ut tanto ſceleri ſupereſſe velim, & perfricta fronte occurram hominibus, qui me horrentes fugiant à conſpectu meo. 65 Quæ ſciat uti armis. *Vel* quæ ſentiat quid admiſerim, ſtatuatque pœnas ſceleris exigere. 66 Etiam abſque armis mortem inveniam. mori enim certum eſt. Aures (inquit Gruterus) radit illa repetitio ſimilis. videtur aliquanto virilius quod extat in uno codice. *Inveni viam.* 67 Per ſancta generis jura mutuaque patris precor. *Vel* per ſacrificia gentilitia. 68 Alumni & parentis. 69 Te mihi amicis deſtituto, ſoli, ſeni, malis afflicto ſolamen unicum reſerva. 70 Hactenus de te abſente ſolicitus fui: mihi jam tandem liceat tua præſentia frui. 71 Si quis alicubi terrarum ſit tyrannus in homines crudelis, in Deos impius, timui ſemper, ne tu amandareris ad eum extinguendum, alii legant, *manibus aut armis nocens*. 72 Non eſt cur diutius vivam. 73 Quondam egregia & laude digna aggreſſus, nunc dedecoroſa & ſcelerata. 74 Quo me tenente nec culpam agnovi, nec dolorem ſenſi. 75 Inſanæ menti nulla eſt niſi à morte medela. 76 An te tollendo eris mihi cauſa mortis? 77 Imo ipſe me occidam, ne quando in furorem relapſus te interficiam, ut nuper, &c. 78 An te occides coram patre? 79 Aſſuefeci eum hujuſmodi ſpectaculis, qui in conſpectu ejus interfeci uxorem & natos. 80 Cæteras tuas virtutes perpende, iiſque hanc unam condona. 81 Egone, qui ab aliis ſontibus pœnas popoſci, mihi ignoſcam?

[82] *Laudanda feci juſſus, hoc unum meum eſt.*
*Succurre genitor, ſive te* [83] *pietas movet,*
*Seu triſte fatum, ſive violata decus*
*Virtutis: Effer arma; vincatur mea*
*Fortuna dextra.* THE. *Sunt quidem patriæ preces*
*Satis efficaces. ſed tamen noſtro quoque*
*Movere fletu. ſurge, & adverſa impetu*
*Perfringe ſolito: nunc tuum* [84] *nulli imparem*
*Animum malo reſume. nunc magna tibi*
[85] *Virtute agendum eſt;* [86] *Herculem iraſci veta.*
HER. [87] *Si vivo, feci ſcelera:* [88] *ſi morior, tuli.*
*Purgare terras propero: jamdudum mihi (ferum*
[89] *Monſtrum impium, ſævumque, & immite, ac*
*Oberrat:* [90] *agedum dextra, conare aggredi*
*Ingens opus, labore biſſeno amplius.*
*Ignave ceſſas? fortis in pueros modo,*
[91] *Pavidaſque matres? arma niſi dentur mihi,*
*Aut omne* [92] *Pindi Thracis exſcindam nemus,*
[93] *Bacchique lucos, & Cithæronis juga*
*Mecum cremabo: tota cum domibus ſuis,*
*Dominiſque tecta, cum Deis templa omnibus*
*Thebana ſupra corpus excipiam meum,*
*Atque urbe verſa condar.* [94] *&, ſi fortibus*
*Leve pondus humeris mœnia * inverſa incident,*
*Septemque opertus non ſatis portis premar,*
*Onus omne media parte qua mundus ſedet,*
*Dirimitque ſuperos, in meum vertam caput.*
*Redde arma.* AM. *vox eſt digna* [95] *genitore Her- (culis,*
[96] *Hoc en peremptus ſpiculo cecidit puer:*
*Hoc, Iuno, telum manibus emiſit tuis:*
*Hoc nunc ego utar.* TH. [97] *Ecce, jam (miſerum metu*

82 Ab Eurystheo juſſus, laudanda feci, ſcelus hoc à me profectum eſt. 83 Nepotum cædis pia vindicta. *Vel*, filii tui ſibi & aliis commiſeratio. 84 Nulli malo inferiorem, imo majorem. 85 Vt te virum præbeas. 86 Dolorem tuum, iramque vince. 87 Si mihi poſt tale flagitium vitæ uſum indulſero, videbor conſulto feciſſe & approbare. 88 Si vero morte ulciſcar, credar per vim aliunde illatam & extrinſeco morbi impulſu hoc perpetraſſe. 89 Monſtroſum ſc. ſcelus hoc meum. 90 Aggredere itaque, ô dextra, hoc monſtrum extingue, cujus laboris gloria duodecim illorum à te geſtorum laudem ſuperabit. 91 *Per indignationem dixit*, pro, matrem pavidam. ut Theb. 368. Med. 1005. Agam. 192. 92 Montis in confinibus Theſſaliæ verſus Thraciam. 93 Sylvas incæduas prope Thebas, quæ Baccho conſecratæ ſacrificiis lucent. 94 Quod ſi domus, templa, mœnia, portæ ſeptem, univerſa urbs Thebarum nimis leve pondus ſit ad me opprimendum, vertam ego in caput meum omnia inter terram & cœlum ſummum. *vel.* molem ipſam terræ, quæ in medio librata ſuo interpoſitu alterum hemiſphærium, ſeu cœli faciem mediam ab altera ſeparat & occulit. * Al. leg. *immerſa*. D. Heinſius leg. *inverſa*. 95 Quæ & me tam fortis viri patrem fortitudinis admoneat, doceatque mori. *Et cum a te petit arundinem.* 96 Impia hac & novercali ſagitta, quam manu tua emiſſam direxit Iuno in natum tuum, utar ego in me. 97 Ecce, inquit Theſeus, id quod ſine horrore ipſe videre non poſſum, jam Amphitryo parens tuus ſagittam pectori aptavit, ut ſibi inferat manum.

*Cor palpitat, corpuſque ſolicitum ferit.* )
[98] *Aptata arundo eſt : ecce,* [99] *jam facies ſcelus*
[1] *Volens, ſcienſque. pande, quid fieri jubes ?*
HER. [2] *Nihil rogamus; noſter in tuto eſt dolor.*
AM. *Natum potes ſervare* [3] *tu ſolus mihi.*
TH. [4] *Sed ipſe nondum maximum evaſi metum.*
HER. [5] *Miſerum haud potes me facere, felicem potes.*
AM. *Sic ſtatue quidquid ſtatuis, ut cauſam tuam*
*Famamque in arcto ſtare & ancipiti ſcias.*
[6] *Aut vivis aut occidis. hanc animam* [7] *levem,*
*Feſſamque ſenio, nec minus quaſſam malis,*
[8] *In ore primo teneo.* [9] *tam tarde patri*
*Vitam dat aliquis? non feram ulterius moram,*
*Letale ferro pectus impreſſo induam :*
*Hic, hic jacebit Herculis* [10] *ſani ſcelus.*
HER. *Iam parce, genitor, parce; jam revoca manum.*
[11] *Succumbe virtus, perfer imperium patris.*
*Eat ad labores* [12] *hic quoque Herculeos labor ;*
[13] *Vivamus.* [14] *artus alleva afflictos ſolo*
*Theſeu parentis : dextra contactus pios* *(libens:*
*Scelerata refugit.* AM. [15] *Hanc manum amplector*
*Hac nixus ibo, pectori hanc ægro admovens*
*Pellam dolores.* HE. [16] *Quem locum profugus petam?*
*Vbi me recondam? quave tellure obruam?*
*Quis* [17] *Tanais, aut quis* [18] *Nilus, aut quis* [19] *Perſica*
*Violentus unda* [19] *Tigris, aut Rhenus* [20] *ferox,*
[21] *Taguſve Ibera turbidus* [22] *gaza fluens,*

98 Admovit gutturi ſuo arundinem pater, mori certus ſi contumax in inſtituto perſiſtas.
99 Tibi & patri mortem inferendo, idque.
1 Sanus, non per furoris errorem & ignorantiam, ut dudum.
2 Vt lubet : quantum ad me, certum eſt morte dolores finire.
3 O Theſeu.
4 Reſpicit ad ẏ. 1298. *hoc ex mente Dan. Heinſii mutare auſus ſum cum diſpliceret abſumptio diphthongi.*
5 Miſeriorem me reddere non potes tua morte, felicem, mea, modo concedas. 6 Niſi mutata ſententia vivere ſtatuas, mihi cauſa eris necis. 7 Quæ mihi jam ſeni miſero facile diſcedat. 8 ψυχὴν ἐπὶ χείλεσιν ἔχω. in primoribus labris, in extrema hac ſtatione, hinc ſigno quaſi dato facile avolaturam. 9 Tantum rogatus, cunctaris adhuc vitam, id eſt, cauſam cur in vita maneam, donare mihi patri? 10 Volentis ac ſcientis, ut modo ẏ. 1330. 11 Cedat juſtitia, quæ impietatem meam in natos vindicatura erat, pietati in patrem. 12 Quod dolorem meum vicerim, & quod, ut patrem ſervem, tantæ impietatis conſcientiæ ſuperſtes eſſe velim. *Et hæc Theſei eſſe poſſunt Herculem collaudantis.* 13 Ego, & propter me pater. 14 Tu, ô Theſeu, tolle humo patrem, manus meæ pollutæ non audent tangere. vide ſup. ẏ. 1192. 15 Hanc Herculis manum amplector potius. 16 Coegiſtis me vivere. ſed in qua orbis parte latebo, ubique notus? aut quo flumine vivo ablutus expurgabo me, cui alto infixa animo ſedet tam diræ impietatis memoria? 17 Scythiæ fl. 18 Ægypti fl. 19 Qui in Armenia majore naſcens magnam Aſiæ partem perfluens in ſinum Perſicum defertur. fl. rapidiſſimus, unde & nomen habet : ſagittam enim Perſæ Tigrin appellant. & hinc feræ nomen. 22 Ipſe fl. impetuoſus. *vel* propter feroces accolas Gallos & Germanos, quos diſterminat. 21 Fl. Luſitaniæ, quæ Iberiæ, id eſt, Hiſpaniæ pars. 22 Aureis arenis.

*Abluere dextram poterit? Arctoum licet*
[23] *Mæotis in me gelida transfundat* [24] *mare,*
*Et tota* [25] *Tethys per meas currat manus,*
*Hærebit altum facinus. in quas impius*
*Terras recedes? Ortum, an Occaſum petes?*
*Vbique notus perdidi exilio locum.*
[26] *Me refugit orbis, aſtra tranſverſos agunt*
*Obliqua curſus;* [27] *ipſe Titan Cerberum*
*Meliore vultu vidit.* [28] *ô fidum caput*
*Theſeu, latebram quære longinquam, abditam.*
[29] *Quicunque ſemper ſceleris alieni arbiter*
*Amas nocentes, gratiam* [29] *meritis refer,*
*Vicemque noſtris: redde me infernis precor*
*Vmbris reductum, meque ſubjectum tuis*
*Reſtitue vinclis. ille me abſcondet locus.*
*Sed & ille novit.* THE. [30] *Noſtra te tellus manet.*
*Illic ſolutam cæde Gradivus manum*
*Reſtituit armis. illa te, Alcide, vocat*
*Facere innocentes terra quæ ſuperos ſolet.*

23 Palus Scythiæ.
24 Septentrionale, *vel* Euxinum.
25 Vxor Oceani. *Metonym.* mare. Mari autem polluta cuncta expiari credebantur: Θάλασσα κλύζει πάντα τῶν ἀνθρώπων κακά.
26 Homines me abhorrent, dii oderunt.
27 Sol plus obſcuratur me viſo, quam Cerbero. vid. ŷ. 60.

28 Ὦ φίλη κεφαλὴ πιϛ' ἑταῖρε. Qui Pirithoo fidus extitiſti comes in rapienda Proſerpina, mihi in furore meo. 29 Ego bene de te merui, cum te catenis infernis exemerim, ſupra ŷ. 805. tu referes mihi hanc gratiam, ſi me vinclis illis reſtituas. 30 Athenas, quæ patria mea & regnum, profectus expiabere. nam & ibi Mars à Neptuno in judicium vocatus de cæde filii ſui Halirrothii omnium deorum ſententiis abſolutus eſt.

# THYESTES.

## DRAMATIS PERSONÆ.

THYESTES. ATREVS. TANTALVS.
MEGÆRA. PLISTHENES THYESTIS F.
CHORVS SENVM MYCENÆORVM.
TANTALVS THYESTIS F. } Mutæ Perſonæ.
ALIVS THYESTIS F. }
SERVVS. NVNCIVS.

## *ARGVMENTVM.*

Alternis annis regnandi vices pacti Atreus & Thyeſtes, Pelopis ex Hippodamia filii, Argis imperabant. Thyeſtes, adjuvante Ærope fratris uxore, quam in adulterium pellexerat, aureum arietem, in cujus poſſeſſione erat fatum regni, amovet, & male conſcius in exilium abit. Atreus evaſiſſe dolens, miſſis ſuis filiis velle ſe in gratiam redire ſimulat, oblata regni parte reditum illi ſuadet & perſuadet. tres Thyeſtis liberos, quos obſides acceperat, ad aras immolatos, partim aſſos, partim elixos patri neſcienti epulandos apponit, miſtumque vino cruorem illi præbet. ſub finem nefandi convivii (quod Sol, ne videret, refugit) capita illi & manus filiorum oſtendit, quaſque dapes abſumpſerit, narrat, inſultans fratris luctui, dolori, & imprecationibus.

## ACTVS PRIMVS.

### TANTALI VMBRA. MEGÆRA.

*Adducitur ab inferis Tantalus à furia, cogiturque miſcere nefaria odia inter ſuos ex Pelope nepotes Atreum & Thyeſtem.*

[1] *QVis me furor nunc ſede ab infauſta extrahit,*
*Avido fugaces ore captantem cibos?*
*Quis [2] male deorum Tantalo vivas domos*
*Oſtendit iterum? [3] pejus inventum eſt ſiti*
*Arente in undis aliquid, & pejus fame*
*Hiante ſemper? [4] Siſyphi numquid lapis*

1 Al. legunt, *Quis me inferorum ſede ab infauſta abſtrahit.*
2 Diis tam mala quam bona imputare poëtis ſolenne. *vel pro* malum, interjectione execrantis, *Hiſpanice, en hora mala.* D. Heinſius geminam emendat labem, legitque, *Quiſnam acorum Tantalo antiquas domos, &c.*
3 An graviorem aliquem mihi excogitaverunt cruciatum, quam, qui mihi jam addictus eſt?
4 Hippol. ℣. 1226.

*Geſtandus humeris lubricus noſtris venit?*
*Aut* [5] *membra celeri differens curſu rota?*
[6] *Aut pœna Tityi: qui* [7] *ſpecu vaſto patens*
*Viſceribus atras paſcit effoſſis aves;*
*Et nocte reparans quidquid amiſit die,*
*Plenum recenti pabulum monſtro jacet.*
*In quod malum* [8] *tranſcribor? ô quiſquis nova*
*Supplicia functis durus umbrarum arbiter*
*Diſponis! adde, ſi quid ad pœnas potes,*
*Quod ipſe* [9] *cuſtos carceris diri horreat,*
*Quod mœſtus Acheron paveat; ad cujus metum*
[10] *Nos quoque tremamus. quære: jam noſtra ſubit*
*E* [11] *ſtirpe* [12] *turba, quæ* [13] *ſuum vincat genus,*
*Ac me* [14] *innocentem faciat, &* [15] *inauſa audeat.*
[16] *Regione quidquid impia ceſſat loci,*
*Complebo.* [17] *nunquam, ſtante Pelopeja domo,*
*Minos vacabit.* ME. *Perge deteſtabilis*
*Umbra, & penates impios furiis age.*
*Certetur omni ſcelere, & alterna vice*
*Stringantur enſes. ne ſit irarum modus*
*Pudorve. mentes cæcus inſtiget furor;*
*Rabies* [18] *parentum duret, & longum nefas*
*Eat in nepotes. nec vacet cuiquam vetus*
*Odiſſe crimen, ſemper* [19] *oriatur novum;*
*Nec unum in uno:* [19] *dumque punitur ſcelus,*
*Creſcat.* [20] *ſuperbis fratribus regna excidant,*
*Repetatque profugos dubia violenta domus*
*Fortuna reges: inter incertos labet.*
*Miſer ex potente fiat, ex miſero potens;*
*Fluctuque regnum caſus aſſiduo ferat,*
[21] *Ob ſcelera pulſi, cum dabit patriam deus,*
*In ſcelera redeant: ſintque tam inviſi omnibus,*

5 Herc. Fu. 749.
6 Hippolyt. 1228. Quibuſdam placet hæc lectio, nec ſine autoritate librorum mſſ. *Aut pœna Tityi ſemper accreſcens jecur, &c.*
7 Illa ſcilic. parte corporis qua admittebat aves rapaces.
8 Tranſlatum ab iis, qui in novas colonias ſcripti deducuntur.
9 Cerberus.
10 *Emphatice.* malis indurati, qui in vivis dira fecimus, apud inferos miſerrima patimur.
11 Pelope.
12 Atreus & Thyeſtes.
13 Me progenitorem infando ſcelere ſuperet.
14 Reſpectu & comparatione ipſorum.
15 Quæ nec ego, nec alius

quiſpiam auſus eſt. 16 Vacua omnia ſupplicii apud inferos loca progenies mea complebit. 17 Quamdiu quiſquam ſupereſt è noſtra familia, & *ſæva Pelopis domo* nullo non ſcelere contaminata, habebunt quæ torqueant crimina inferni judices. 18 Tantali & Pelopis, *vel indignanter* *pro* parentis, id eſt, avi. ſcilicet tui ô Tantale, ut Herc. Fur. ℣. 1283. *pavidas matres.* 19 Ita dum Atreus ulciſcebatur adulterium Thyeſtæ cum Æropa ux. ſua, filios ipſius illi epulandos appoſuit. Thyeſtes ut hoc vindicaret, conſulto oraculo, ex inceſto ſuæ filiæ Pelopejæ ſtupro Ægiſthum genuit, qui Atreum interfecit & Agamemnonem. 20 Atreo & Thyeſtæ alternis vicibus regnantibus regnum excidat, uti Thyeſtæ, qui corrupta fratris uxore in exilum ivit, à quo ſimulata conciliatione revocatus eſt. *Vide Argument.* 21 Uterque pulſus, ſimul ac revocatus fuerit, in ſcelera redeat.

*Quam ſibi. nihil ſit, ira quod vetitum putet.*
[22] *Fratrem expaveſcat frater,* [23] *& natum parens,*
*Natuſque * patrem : liberi* [24] *pereant male ;*
[25] *Pejus tamen naſcantur : immineat* [26] *viro*
*Infeſta conjux.* [27] *bella trans pontum vehant :*
*Effuſus omnes irriget terras cruor ;*
[28] *Supraque magnos gentium exultet duces*
*Libido victrix. impia ſtuprum in domo*
*Leviſſimum ſit. fratris & fas, & fides ,*
*Iuſque omne pereat. non ſit a veſtris malis*
*Immune cœlum. cum micant ſtellæ polo ,*
*Flammæque ſervant debitum mundo decus ;*
*Nox atra fiat,* [29] *excidat cœlo dies.*
*Miſce penates : odia, cædes, funera*
*Arceſſe, & imple* [30] *ſcelere Tantaleam domum,*
[31] *Ornetur altum columen, & lauro fores*
*Lætæ vireſcant ; dignus adventu tuo*
*Splendeſcat ignis.* [32] *Thracium fiat nefas*
[33] *Majore numero. dextra cur* [34] *patrui vacat ?*
*Nondum Thyeſtes liberos deflet ſuos ?*
*Ecquando tollet ignibus jam ſubditis*
*Spumante aheno ? membra per partes eant*
*Diſcerpta : patrios polluat ſanguis focos.*
*Epulæ inſtruantur.* [35] *non novi ſceleris tibi*
*Conviva venies ;* [36] *liberum dedimus diem,*
*Tuamque ad iſtas ſolvimus menſas famem,*
*Iejunia exple.* [37] *miſtus in Bacchum cruor*
*Spectante te potetur. inveni dapes ,*
*Quas* [38] *ipſe fugeres. Siſte, quo præceps ruis ?*
THY. *Ad ſtagna, & amnes, & recedentes aquas,*
*Labriſque ab ipſis* [39] *arboris plenæ fugas ,*

22 Atreus Thyeſtem & è contrario. 23 Clytemnæſtra Oreſtem. * Matrem *rectius lege.* ſic Oreſtes Clytemnæſtram, quam fugiens latuit, tandem reverſus interfecit. 24 Thyeſtæ filii, quos patruus occidit, voravit pater. 25 Ex inceſtu leviri cum glore, patris cum filia. 26 Clytemnæſtra Agamemnoni. 27 Agamemnon & Menelaus repetitum Helenam ad Trojanum bellum profecti. 28 Ita Agamemnon magnus dux Græciæ Chryſeida & Caſſandram deperiit. 29 Menſæ enim Thyeſteæ atrocitatem ſol videre non ſuſtinens ortus retroceſſit. 30 Per promiſcuos inceſtus & ſtupra. 31 Inſimulata conciliatione, quod in feſtis ſolet, ornentur poſtes floribus, frondibus, lauri ramis , lucernis, foco ſed crudeli, qui inceſtum Thyeſtæ vindicet. 32 Quale admiſerunt Progne & Philomela in vindicta Terei regis Thraciæ. vid. Herc. Fu. ỷ. 145. 33 Sed illæ unum Terei peremere filium Ityn : tu ô Atreu , duos Thyeſtæ , *imo tres.* 34 Atrei. *& inſtat furia feſtinare jubens , ut ipſe famelicus cruentis his dapibus exſatiet.* Sarcaſ. 35 Qui filium tuum Pelopem coctum olim diis epulandum appoſuiſti. 36 Hunc diem à fame tibi vacuum permiſi , ut apud tuos ad ſatietatem uſque convivareris. 37 Vinum cruore puerorum Thyeſtæ miſtum. 38 Emphatice tu, quem cæteræ dapes fugiunt, namque hoc audito, Tantalus refugit, repetitque inferas potius fame pœnas, quam tales accedat menſas. *furia itaque* ſiſte *ait*, quo præceps ruis? 39 Arborem fugientem ab ipſis labris.

*Abire in atrum carceris liceat mei*
*Cubile :* [40] *liceat, ſi parum videor miſer,*
*Mutare ripas : alveo medius tuo*
[41] *Phlegethon relinquar, igneo cinctus freto.*
*Quicunque pœnas lege fatorum datas*
*Pati juberis : quiſquis exeſo jaces*
*Pavidus ſub antro, quique venturi times*
*Montis ruinam : quiſquis avidorum feros*
*Rictus leonum, & dira* [42] *Furiarum agmina*
*Implicitus horres :* [43] *quiſquis immiſſas faces*
*Semiuſtus abigis, Tantali vocem excipe*
[44] *Properantis ad vos : credite* [45] *experto mihi,*
[46] *Amate pœnas. quando continget mihi*
*Effugere ſuperos?* ME. [47] *ante perturba domum,*
*Inferque tecum prælia, & ferri malum*
*Regibus amorem : concute inſano ferum*
*Pectus tumultu.* TAN. *Me pati pœnas decet,*
[48] *Non eſſe pœnam : mittor, ut dirus* [49] *vapor*
*Tellure rupta, vel gravem populis luem*
*Sparſura peſtis ducam in horrendum nefas*
*Avus nepotes.* [50] *Magne divorum parens,*
*Noſterque, quamvis pudeat ; ingenti licet*
[51] *Taxata pœna lingua crucietur, loquar ;*
*Nec hoc tacebo :* [52] *moneo, ne* [53] *ſacra manus*
*Violata cæde, neve furiali malo*
*Aſpergat* [54] *aras. ſtabo, & arcebo ſcelus.*
[55] *Quid ora terres verbere, & tortos ferox*
*Minaris angues? quid famem infixam intimis*
*Agitas medullis? flagrat incenſum ſiti*
*Cor, & peruſtis flamma viſceribus micat.*
*Sequor.*
ME. *Hunc, ô, furorem divide in totam domum.*
[56] *Sic, ſic feratur, & ſuum infenſi invicem*

40 Si in ſolita ripa non ſatis miſer videar, in magis diras ſævaſq; me tranſmitte, modo ne ad has epulas cogar.
41 *Qui rapidis flammis ambit torrentibus amnis Tartareus Phlegethon à φλέγω.*
42 Trium, ut in Herc. Fur. ℣. 101. quas ab impetu, furore & aſſiduitate ſupplicii vocat *agmina ſæva ſororum.*
43 Qui manu repellis à facie intentatas ab ultricibus furiis, & dæmoniis faces.
44 Feſtinanter revertentis ad vos.
45 Qui tuli pœnas inferorum, & ab inferis excitus vidi ſcelera vivorum.
46 Contenti ſitis & amate pœnas, quas datis apud inferos, potius quam rever-
tamini ad ſuperos. 47 Non reverteris priuſquam domum tuam pertur-
baveris, diſſidiique faces nepotibus tuis admoveris. 48 Non aliis pœ-
nas faceſſere. 49 Exhalatio peſtifera. 50 Quamvis te pudeat, ô Iu-
piter, genuiſſe hominem tam ſceleratum. 51 Vide Herc. Fu. 753. ἀκό-
λαςον ἔχει γλῶσσαν. 52 Monebo nepotem Atreum & repellam à tanto
ſcelere. *Lipſius è vet. codicibus legit,* violate & Aſpergite, *è formula imperan-*
di. Al. violenta. 53 Execranda. Sacra cædes dictum ut ſacra fames.
54 Ad aras enim filios Thyeſtæ Atreus mactavit. 55 *Talia dicenti Megæ-
ra flagello inſonat, vipereas arrecta comas minitatur ſe omnes illi injecturam an-
gues, & famem ſitimque auget.* 56 Quantum tu aquam, tantum illi ſitiant
cruorem. *vel* ita ut facis, ſparge furoris & odii ſemina.

Sitiant

*Sitiant cruorem : ſenſit introitus tuos*
*Domus, & nefando tota contactu horruit.*
[57] *Actum eſt abunde. gradere ad infernos ſpecus*
*Amnemque notum : jam* [58] *tuo mœſta pede*
*Terra gravantur.* [59] *cernis, ut fontes liquor*
*Introrſus actus linquat ; ut ripæ vacent ;*
*Ventuſque* [60] *raras igneus nubes ferat ?*
*Palleſcit omnis arbor, ac nudus ſtetit*
*Fugiente pomo ramus ; &* [61] *qui fluctibus*
*Illinc propinquis Iſthmos atque illinc fremit,*
*Vicina gracili dividens terra vada,*
*Longe remotos latus exaudit ſonos.*
*Iam* [62] *Lerna retro ceſſit, &* [63] *Phoronides*
*Latuere venæ : nec ſuas profert* [64] *ſacras*
[65] *Alpheus undas, &* [66] *Cithæronis juga*
*Stant parte nulla cana depoſita nive,*
*Timentque* [67] *veterem nobiles Argi ſitim.*
*En* [68] *ipſe Titan dubitat, an jubeat ſequi,*
*Cogatque habenis ire periturum diem.*

57 Satis ſuperque flammas concitaſti, jam redi ad locum ſupplicii.
58 Lipſius leg. *tuum mœſtæ pedem terræ gravantur.* Verum haud ſcio an quadret hæc lectio, ſi reſpicias ad *gravantur.*
59 Cernis ut omnes aquæ ſubſidant tuo conſpectu, arboreſque veluti ſideratione tactæ areſcant ?
60 Sine pluvia, quas in Herc. Fu. ℣. 862. vocabat *vacuas*, *vel*, paucas. 61 Binaque maria Ægæum & Ionium, quæ Iſthmon Corinthiacum utrinque alluunt, recedunt à litore longiuſque remotis exaudiuntur ipſorum fremitus. Sic exponunt qui *littus* legunt. Lipſius emendat *latus*, approbat Delrius. Sed lectio in contextu eſt ſana, neque indiga obelo Ariſtarchi. Vult auctor ita inhorruiſſe pelagus adventu Tantali, ut ſe ſubduxerit utroque latere aquis ſuis nudato. 62 Palus in agro Argivorum. 63 Vnde fl. Inachi filii Phoronei regis Argiv. 64 Nullus fons numine vacare credebatur, propter perennem æternamque ſcaturiginem, unde & filii deorum dicti fluvii. *vel* quod huic fl. tanquam Deo & Iovis amico (cujus quippe ſolius aqua aram Iovis Olympici dilui ſancitum) Elei honores habuerunt, ſignumque in templo Iovi dedicato poſuerunt. 65 Fl. Elidis in Arcadia Piſas alluens. 66 E Cithæronis jugis ſolutæ evanuerunt nives. 67 Qua laborabant Argi in loco arido poſiti, ante inventos puteos à Danao, vel Danai filiabus Ἀργος ἄνυδρον ἐὸν Δανάαι θέσαν Ἀργος ἔνυδρον. & hinc fab. de pœna Danaidum locus. 68 Sol dubitat an curru quadrijugo vectus jubeat diem procedere. per te periturum, id eſt, obſcurum futurum ; adeoque deſcende. neque enim luceſcente die dæmoniis, furiis, umbriſve vagari permiſſum. ſic Anchiſæ umbra Æneid. 5. *Et me ſævus equis oriens afflavit anhelis.* & Tireſiæ 2, l. 5. Sat. Horat. *ſed me Imperioſa trahit Proſerpina, vive, valeque.*

CHO-

## CHORUS.

*Chorus ex ſenibus Mycenæis vel Argivis conſtans (Argos enim Mycenis confundunt poëtæ) deos urbium in Peloponneſo præſides, ut mala & ſcelera in domo Pelopis concepta & imminentia prohibeant avertantque, precatur, & Tantali impium facinus ac pœnam canit.*

*Argos de ſuperis ſi quis* [1] *Achaicum,*
[2] *Piſeaſque domos turribus inclytas:*
*Iſthmi ſi quis amat regna Corinthii,*
*Et portus* [3] *geminos, & mare* [4] *diſſidens:*
*Si quis* [5] *Taygeti conſpicuas nives,*
[6] *Quas, cum Sarmaticus tempore frigido*
*In ſummis Boreas compoſuit jugis,*
*Æſtas* [7] *veliferis ſolvit* [7] *Eteſiis:*
*Quem tangit gelido flumine lucidus*
[8] *Alpheus* [9] *ſtadio notus Olympico:*
*Advertat placidum numen, & arceat*
*Alternas ſcelerum, ne redeant, vices;*
*Neu ſuccedat avo deterior nepos;*
[10] *Majorum & placeat culpa minoribus.*
*Tandem laſſa feros exuat impetus*
*Sicci progenies impia Tantali.*
*Peccatum ſatis eſt. fas valuit nihil,*
*Aut commune nefas.* [11] *proditus occidit*
*Deceptor domina Myrtilus, & fide*
*Vectus qua tulerat nobile reddidit*
*Mutato pelagus nomine. notior*
*Nulla eſt* [12] *Ioniis fabula* [12] *navibus.*
[13] *Exceptus gladio parvulus impio*

1 Ad differentiam aliorum, qui decem. huic autem Iuno præeſt.
2 Piſæ civitatis in Elide, quæ Iovi curæ propter Olympia, quæ juxta hanc celebrantur. 3 Ab utraque parte Iſthmi, de quo in Herc. Fu. ℣. 335.
4 Iſthmo interjecto dividente Ionium & Ægæum.
5 Montis prope Lacedæmona. 6 Quas Boreas à Septentrione ubi Sarmatæ pop. flans hyeme congelavit, Eteſiæ venti æſtivi ab alia atque alia cœli parte ſpirantes ſolvunt.
7 Stati enim venti ſunt, & conſtantes. unde eos Varro *Navales* appellat.
8 Sup. ℣. 116. 9 Certaminibus quæ celebrantur in honorem Iovis apud Olympum in ſtadio pedibus ſuis 600 metatus eſt Hercul. vel quod 125 paſſibus uno ſpiritu confectis ſtetiſſet, ſtadiumq; ἀπὸ τῆς ςάσεως nominavit. 10 Ne poſteri ſequantur vitia majorum. Nimirum obviam it decreto Megæræ ſupra, *Rabies parentum duret, & longum nefas eat in nepotes.* Optant igitur ſenes Argivi ne id accidat. Al. leg. *Et major placeat culpa minoribus.* 11 Oenomaus oraculo monitus ſibi à genero imminere mortem, ſuorum equorum velocitati confiſus filiam uxorem procis propoſuit ea lege, ut certans curru auferret Hippodamiam, & pater à tergo lancea inſequutus eum ſi aſſequeretur conficeret. Pelops Myrtilum, cui primam noctem *vel ut alii partem regni* promiſerat, corrupit, ut ſublata fibula, qua modiolus axis affigitur, currum everteret. Oenomao ab equis diſcerpto, Pelops Hippodamia & regno potitus eſt. Myrtilus autem eadem fide, quam domino præſtiterat, id eſt, falſa deceptus à Pelope in mare è Geræſto præcipitatus dedit nomen mari Myrtoo. quod tamen à Myrto puella dictum tradit Pauſanias in Arcadicis. 12 Navigantibus Ionium mare. 13 Pelopem filium errentem ad patrium oſculum Tantalus pater interfecit, coctumque diis epulandum appoſuit, abſtinuerunt omnes præter Cererem, &c.

Dum

*Dum currit patrium natus ad oſculum,*
*Immatura focis victima concidit:*
*Diviſuſque tua eſt, Tantale, dextera,*
*Menſas ut ſtrueres hoſpitibus deis:*
[14] *Hos æterna fames proſequitur cibos,*
*Hos æterna ſitis: nec dapibus feris*
*Decerni potuit pœna decentior.*
[14] *Stat luſus vacuo gutture Tantalus,*
*Impendet capiti plurima noxio*
[15] *Phineis avibus præda* [16] *fugacior:*
*Hinc illinc gravidis frondibus incubat*
*Incurvata ſuis fœtibus, ac tremens*
[17] *Alludit patulis arbor hiatibus:*
*Nec, quamvis avidus, nec patiens moræ,*
*Deceptus toties tangere negligit,*
[18] *Obliquatq; oculos* [19] *oraque comprimit,*
*Incluſiſque famem dentibus alligat:*
*Sed tunc* [20] *divitias omne nemus ſuas*
*Demittit propius, pomaque deſuper*
*Inſultant foliis mitia languidis,*
*Accenduntque famem; quæ jubet irritas*
*Exercere manus: has ubi prætulit,*
*Et* [21] *falli libuit; totus in arduum*
[22] *Autumnus rapitur, ſilvaque mobilis.*
*Inſtat deinde ſitis non levior fame;*
*Qua cum percaluit ſanguis, & igneis*
*Exarſit* [23] *facibus, ſtat miſer obvios*
*Fluctus ore* [24] *vocans, quos profugus latex*
*Avertit, ſterili deficiens vado,*
*Conantemque ſequi, deſerit.* [25] *hic bibit*
*Altum de rapido gurgite pulverem.* [26]

14 Vide Herc. Fu. ℣. 751.
15 Harpyis. Phineus Arcadiæ rex filios ſuos ex priore uxore, ſuaſu Harpalices ſuperinductæ iis novercæ, excœcavit. quam impietatem dii ulti & ipſam oculis privarunt immiſſis tetris his volatilibus ore virgineo, manibus aduncis, quæ cibos ejus fœdarent.
16 *celerique fuga ſub ſidera lapſæ. &c.*
17 Al. leg. *illudit*, id eſt, cibum ſperatum detrahit.
18 Demittit, ne videat. vel limis ocellis aſpicit.
19 Ore clauſo famem coercet.
20 Omnis arbor poma demittit ad labra, illumque allicit.
21 Nec enim ſperabat ſe poſſe prehendere: tantum experiri voluit.
22 Pomorum maturi fructus copia, ramique fugaces.
23 Sitis.
24 Lipſius habet, *petens*: id eſt, captans.
25 Arenas capit pro aqua quæ fugit.
26 Deeſt huic Choro finis.

## ACTVS SECVNDVS.

### ATREVS. SERVVS.

*Atreus ulciſcendi fratrem certus, de vindictæ ratione cum ſervo deliberat, quem ad honeſta conſulentem non audit, impiam tandem & infandam ultionis rationem excogitat.*

*IGnave, iners, enervis, & (quod maximum*
*Probrum tyranno* [1] *rebus in ſummis reor)*
*Inulte, poſt tot ſcelera, poſt fratris dolos,*

1 In magna potentia & rerum ſumma.

*Faſque*

*Faſque omne ruptum, queſtibus vanis agis*
*Iras? at* [2] *Argos fremere jam totum tuis*
*Debebat armis, omnis &* [3] *geminum mare*
*Innare claſsis: jam tuis flammis agros*
*Lucere & urbes decuit; ac ſtrictum undique*
*Micare ferrum. tota ſub noſtro ſonet*
*Argolica tellus* [4] *equite: non ſylvæ tegant*
[5] *Hoſtem, nec altis montium ſtructæ jugis*
*Arces. relictis bellicum totus canat*
*Populus Mycenis. quiſquis inviſum caput*
*Tegit ac tuetur, clade funeſta occidat.*
*Hæc ipſa pollens inclyti Pelopis domus*
*Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.*
*Age anime, fac quod nulla poſteritas probet;*
*Sed nulla taceat. aliquod audendum eſt nefas*
*Atrox, cruentum;* [6] *tale, quod frater meus*
*Suum eſſe malit. ſcelera non ulciſceris*
[7] *Niſi vincis.* [8] *& quid eſſe tam ſævum poteſt,*
*Quod ſuperet illum? numquid abjectus jacet?*
*Numquid ſecundis patitur in rebus modum,*
*Feſſis quietem? novi ego ingenium viri*
[9] *Indocile: flecti non poteſt, frangi poteſt.*
*Proin* [10] *antequam ſe firmet, aut vires paret,*
*Petatur ultro; ne quieſcentem petat.*
*Aut perdet, aut peribit.* [11] *in medio eſt ſcelus*
*Poſitum occupanti.* SER. *fama te populi nihil* (eſt,
*Adverſa terret?* AT. maximũ hoc regni bonum
Quod facta domini cogitur populus ſui
Quã ferre, tam laudare. SER. quos cogit metus
Laudare, eoſdem reddit inimicos metus.
At qui favoris gloriam veri petit,
Animo magis quam voce laudari volet.
AT. [12] Laus vera, & humili ſæpe contingit viro:
*Non niſi potenti falſa.* [13] *quod nolunt velint.*
SER. Rex [14] velit honeſta; nemo non eadem volet. (cent,
AT. Vbicunque tantum honeſta dominanti li-
[15] Precario regnatur. SER. Vbi non eſt pudor,

2 *Hic Argos confundi cum Mycenis vides.*
3 Ionium & Ægæum, quæ Peloponneſum utrinque alluunt.
4 Equitatu, equitibus.
5 Thyeſtem, quem nominare non dignatur.
6 Quale mallet frater ſe in me feciſſe quam me in illum.
7 Niſi majora ſcelera facis.
8 Nec tamen video, qua ratione illum vincam, quem nulla domat fortuna aut ſui memorem reddit, in adverſis enim rebus non deprimitur: in proſperis ſupra modum inſoleſcit, neque in laboribus admittit quietem, etiam exul modò machinatur mihi malum.
9 Indomitum.
10 Prius ipſum invadam, quam ille me.
11 Vterque noſtrum meditatur ſcelus, qui autem prior cœperit, melius perficiet.
12 Infimo cuique ex merito præbetur laus: potenti etiam immerito.
13 Etiam inviti cogantur laudare.
14 Fac velit, dic regem velle.
15 Non abſolute, ſed ex alieno arbitrio.

Nec

Nec cura juris, ſanctitas, pietas, fides; ( des;
Inſtabile regnum eſt. AT. Sanctitas, pietas, fi-
[16] Privata bona ſunt: [17] qua juvat, reges eant.
SER. *Nefas nocere* [18] *vel malo fratri puta.*
ATR. *Fas eſt in illo, quidquid in fratre eſt nefas.*
*Quod enim reliquit crimen intactum? aut ubi*
*Sceleri pepercit? conjugem ſtupro abſtulit,*
[20] *Regnumque furto: ſpecimen antiquum imperî*
*Fraude eſt adeptus; fraude turbavit domum.*
*Eſt Pelopis altis nobile in ſtabulis pecus,*
*Arcanus aries, ductor opulenti gregis;*
*Hujus per omne corpus infuſo coma*
*Dependet auro, cujus è tergo novi*
[21] *Aurata reges ſceptra Tantalici gerunt;*
*Poſſeſſor hujus regnat: hunc tantæ domus*
*Fortuna ſequitur. tuta ſepoſita* [22] *ſacer*
*In parte carpit prata, quæ claudit lapis*
*Fatale ſacro paſcuum muro tegens;*
*Hunc, facinus ingens auſus, aſſumpta in ſcelus*
[23] *Conſorte noſtri perfidus thalami avehit;*
*Hinc omne cladis* [24] *mutuæ fluxit malum.*
*Per regna trepidus exul erravit mea:*
*Pars nulla noſtri tuta ab inſidiis vacat.*
*Corrupta conjux, imperii quaſſa eſt* [25] *fides,*
*Domus ægra,* [26] *dubius ſanguis: eſt certi nihil,*
*Niſi frater hoſtis.* [27] *quid ſtupes? tandem incipe,*
*Animoſque ſume;* [28] *Tantalum & Pelopem aſpice:*
*Ad hæc manus exempla poſcuntur meæ,*
*Profare, dirum qua caput mactem via.*
SER. *Ferro peremptus ſpiritum inimicum exſpuat.*
ATR. [29] *De fine pœnæ loqueris, ego pœnam volo.*
[30] *Perimat tyrannus lenis. in regno meo*

16 Privatorum propria ſunt bona.
17 Qua placet, pro lubidine ſua.
18 Etiamſi ſcelerato.
19 Tam egregie impio.
20 Iudicium, argumentum, omen regni. arietem ſc. aurei velleris, cum fatale eſſet illum regnaturum apud quem ille aries eſſet, hunc prius adeptus eſt Atreus interfecto Chryſippo fratre. Codex Cruſerianus legit *ſpecimen antiqui imperii*: ut videre eſt infra Thebaid. ℣. 184. *Non te ut reducam veteris ad ſpecimen domus.* Vbi *veteris domus ſpecimen*; quod hic *antiqui imperii ſpecimen.*
21 Tantali nepotes Peloponneſiaci reges ſceptrum aurea hujus arietis lana ornare ſolent. *Purpureæ enim oves vel inſolito colore indutæ regnum & felicitatem portendere credebantur.* Phialam autem fuiſſe in cujus medio inſculptus prominebat caper, tradit Herodotus Heracleotes apud Athenæum l.6, c.4. 22 Propter fatum & oſtentum imperii. 23 Ordo. Ille perfidus auſus ingens facinus avehit hunc arietem, conſorte mei thalami, i.e. uxore mea Ærope in ſcelus aſſumpta & a'ociata. 24 Quam uterque noſtrum in alterum molimur. 25 Qua inter nos conveniebat de viciſſitudine regnandi per alternos annos. 26 Incerti filii & hæredes. 27 *Se ad vindictam excitat.* 28 Aude aliquid immane & nefarium, & propone tibi exemplum Tantali, qui Pelopem interfecit, & Pelopis qui &c. ſupra ℣. 138. 29 Tu de morte reſpondes, ego de genere mortis & cruciatu quæro. 30 Mors cita gratiæ & beneficii loco indulgetur. vide ℣. 510. Herc. Fu.

*Mors impetratur.* SER. *nulla te pietas movet?*
ATR. *Excede pietas; (ſi modo noſtra in domo*
*Vnquam fuiſti,) dira Furiarum cohors,*
*Diſcorſque Erinnys veniat, &* [31] *geminas faces*
*Megæra quatiens, non ſatis magno meum*
*Ardet furore pectus: impleri juvat*
*Majore monſtro.* SER. *Quid novi rabidus ſtruis?*
ATR. *Nil quod doloris capiat aſſueti modum.*
*Nullum relinquam facinus; & nullum eſt ſatis.*
SER. *Ferrum?* ATR. *parum eſt.* SER. *Quid ignis?*
ATR. *Etiamnum parum eſt.*
SER. *Quonam ergo telo tantus utetur dolor?*
ATR. [32] *Ipſo Thyeſte.* SER. *majus eſt ira hoc malum.*
ATR. *Fateor. tumultus pectora attonitus quatit,*
*Penituſque volvit: rapior, & quo neſcio;*
*Sed rapior,* [33] *imo mugit è fundo ſolum;*
*Tonat dies* [34] *ſerenus; ac totis domus*
*Vt fracta tectis crepuit; & moti* [35] *lares*
*Vertêre vultum: fiat hoc, fiat nefas,*
*Quod Dii timetis.* SER. *Facere quid tandem parat?*
ATR. *Neſcio quid animus majus, & ſolito amplius,*
*Supraque fines moris humani* [36] *timet,*
*Inſtatque pigris manibus: haud, quid ſit, ſcio:*
*Sed grande quiddam eſt. ita ſit; hoc anime incipe.*
*Dignum eſt Thyeſte facinus, & dignum Atreo.*
[37] *Vterque faciat. vidit infandas domus*
[38] *Odryſia menſas. fateor; immane eſt ſcelus,*
[39] *Sed occupatum: majus hoc aliquid dolor*
*Inveniat.* [40] *animum filio inſpira parens,*
*Sororque. cauſa eſt ſimilis, aſſiſte, & manum*
*Impelle noſtram: liberos avidus parens,*
*Gaudenſque laceret, & ſuos artus edat.*
*Bene eſt. abunde eſt. hic placet pœnæ modus*

31 Quæ gemineut mihi furorem.

32 Ipſius Thyeſtis in ſe & ſuos ſævitia.

33 *Hæc forte propter Tantalum a Megæra excitum, ipſumque ad furorem ira & vindicta incitantem.*

34 Quod malum omen. *Fulgura fallaci micuerunt crebra ſereno.*

35 Dii domeſtici, præſtites, domus tutelares, Mercurii & Laræ filii.

36 Al. leg. tumet.

37 Ego interficiendo fratris natos, ille comedendo ſuos.

38 Domus Terei regis Thraciæ, cujus Odryſii incolæ ab Abderis ad Euxinum. ℣. 145. Herc. Fu.

39 Ab aliis inventum, & factum, ego novum velim.

40 Ioſ. Scaliger fateri non dubitat locum hunc eſſe inexplicabilem. Dan. Heinſius legit (idque miro judicio & ingenii ſagacitate) *Animum filio inſpira parens, furorque.* Parens proculdubio eſt Tantalus qui tamen avus erat Atrei, à quo hæc dicuntur: quemadmodum Medea. ℣. 32. Solem avum ſuum, patrem & genitorem vocat. *cauſa eſt ſimilis.* Alter enim Pelopem filium ſuum, alter fratris ſui liberos mactat, uterque ſanguinem ſuum. Cum autem ſibi exemplum Thracium proponat, quidam malunt in emendationem Delrii ire, *animum ſimilem inſpira parens ſoror que*, id eſt, animum æque crudelem & impie vindicem inſpirate Procne & Philomela. namque & cauſa ſimilis eſt, illa mariti adulterium ulta in ſorore, ego fratris in uxore.

[41] *Tantiſper. ubinam eſt?* [42] *tam diu cur innocens*
*Verſatur Atreus?* *tota jam ante oculos meos*
[43] *Imago cædis* [44] *errat;* [45] *ingeſta orbitas*
*In ora patris. anime, quid rurſus times?*
*Et ante rem* [46] *ſubſidis? audendum eſt, age:*
*Quod eſt in iſto ſcelere præcipuum nefas,*
*Hoc* [47] *ipſe faciet.* SER. *Sed quibus captus dolis,*
*Noſtros dabit perductus in laqueos pedem?*
*Inimica credit cuncta.* ATR. [48] *Non poterat capi,*
*Niſi capere vellet. regna nunc ſperat mea:*
*Hac ſpe minanti fulmen occurret Iovi;*
*Hac ſpe ſubibit* [49] *gurgitis tumidi minas;*
*Dubiumque* [50] *Libycæ Syrtis intrabit fretum;*
*Hac ſpe, quod eſſe maximum retur malum,*
[51] *Fratrem videbit.* SER [52] *Quis fidem pacis dabit?*
*Cui tanta credet?* AT. credula eſt ſpes improba.
*Gnatis tamen mandata, quæ patruo ferant,*
*Dabimus: relictis exul hoſpitiis, vagus,*
*Regno ut miſerias mutet, atque Argos regat*
[53] *Ex parte dominus. ſi nimis durus preces*
*Spernet Thyeſtes; liberos ejus rudes,*
*Maliſque feſſos gravibus, & faciles capi,*
[54] *Preces movebunt. hinc vetus* [55] *regni furor,*
*Illinc egeſtas triſtis, hinc durus labor,*
*Quamvis* [56] *rigentem tot malis ſubigent virum.*
SER. *Iam tempus illi fecit ærumnas leves.*
ATR. *Erras:* malorum ſenſus accreſcit die.
Leve eſt miſerias ferre [57] perferre eſt grave.
SER. *Alios miniſtros* [58] *conſiliis iſtis lege;*
Pejora juvenes facile præcepta audiunt:
*In patre facient, quidquid in patruo doces.*
Sæpe in magiſtrum ſcelera redierunt ſua.
AT. [59] Vt nemo doceat fraudis & ſceleris vias,
Regnum docebit. *ni mali fiant, times?*
[60] *Naſcuntur iſtud. quod vocas ſævum, aſperum,*

41 Sed interea ubinam eſt Thyeſtes? qua ratione illum inventum adducam, ut partes ſuas agat in hoc ſcelere?
42 Cur à nocendo tamdiu moror?
43 *Theplot, deſeigne.*
44 Vt *oberrat.* ℣. 1145. in Herc. Fu. pro *obverſatur.*
45 Ipſe ſuos liberos, quibus jam orbatus fuerit, vorabit.
46 Deficis, labaſcis?
47 Comedet ſc. ſuos.
48 Inhiat regno. quod captans ipſe ut piſcis eſcam dum capit, capietur.
49 Adriatici maris tempeſtatibus maxime obnoxii: ſic infra ℣. 362.
50 Vide Herc. Fu. ℣. 320.
51 Me. *Emphaſ.*
52 Quis faciet ut credat?
53 In regni ſocietatem aſſumptus.

54 Ioſ. Scal. legit. *Præcommovebunt. hinc vetus,* &c. id eſt, προθεραπεύουσι: hi pellicient patrueles, qui deinde patris ſui obſtinatum animum labefactent. 55 Inſatiata & immenſa regnandi cupiditas. 56 Induratum. 57 Gnaviter, & ad exitum perferre. ſic Martialis: *Nam vigilare leve eſt, pervigilare grave.* 58 *Ioſ. Scal. emendat*, conſili triſtis lege, *ne ſit pes quatuor temporum in quarta ſede.* 59 Et ſi nemo doceat. 60 Sive ex me nati, ſive ex illius adulterio, mali naſcuntur. non ad hoc duce vel magiſtro opus eſt.

*Agique*

*Agique dire credis, & nimium impie,*
*Fortaſſe &* [61] *illic agitur.* SER. *Hanc fraudem ſcient*
*Gnati parari: tacita tam rudibus fides*
*Non eſt in annis, detegent forſan dolos.*
ATR. Tacere multis diſcitur vitæ malis.
SER. *Ipſosne, per quos fallere alium cogitas,*
[62] *Falles?* ATR. *At ipſi crimine & culpa vacent.*
*Quid enim eſt neceſſe liberos ſceleri meo*
*Inſerere? per nos odia ſe noſtra explicent:*
*Male agis,* [63] *recedis anime: ſi parcis tuis,*
*Parces & illi: conſili* [64] *Agamemnon mei*
*Sciens miniſter fiat & patris cliens*
[64] *Menelaus adſit.* [65] *prolis incertæ fides*
*Ex hoc paratur ſcelere. ſi bella abnuunt,*
*Et gerere nolunt odia; ſi patruum vocant;*
*Pater eſt.* [66] *eatur:* [66] multa *ſed* trepidus ſolet
Detegere vultus; magna nolentem quoque
Conſilia produnt: *neſciant quantæ rei*
*Fiant miniſtri. noſtra tu cœpta occule.*
SER. *Haud ſum monendus. iſta noſtro in pectore*
*Fides, timorque; ſed magis claudet fides.*

61 Apud Thyeſtem, id eſt, forte & ipſe Thyeſtes idem in me ſcelus meditatur.
62 Latebis, celabis, ut λήσῃς, participabis filiis quos mittes, conſilia?
63 Qui dubitas & filios corrumpere. quibus ſi parcas, parces & fratri.
64 Fil. Atrei.
65 Etiam hinc experiar, filii ne mei ſint, an Thyeſtis qui uxorem meam corrupit.
66 Ibunt. 67 Et tamen in dubio ſum, an expediat, eos conſilii mei eſſe conſcios, ne forte non bene diſſimulent, ſed vultu etiam inviti conſilium prodant. Codex Lipſianus leg. *multa turbatus ſolet.*

## CHORUS.

*A diſſidiis fratrum, qui ad tempus minas componunt, ſumpta occaſione, chorus regum ambitionem taxat, quis vere rex ſit docet, vitam denique latentem collaudat.*

TAndem regia nobilis,
*Antiqui* [1] *genus Inachi,*
*Fratrum* [2] *compoſuit minas.*
*Quis* [3] *vos exagitat furor,*
*Alternis dare ſanguinem,*
*Et ſceptrum ſcelere aggredi?*
*Neſcitis cupidi* [4] *arcium,*
*Regnum quo jaceat loco.*
Regem non faciunt opes,
Non veſtis [5] Tyriæ color,

1 Nec tamen de genere Inachi fuerunt Tantalidæ, ſed ſucceſſores ejus in regno Argivorum. ſup. ỳ. 138. 2 *Adſpirat ſcenæ chorus, videturque pacem ſperare miſſis Agamemnone & Menelao ad Thyeſtem cum mandatis de conciliatione.* 3 O fratres Atr. & Thyeſt. *vel* ô reges *generaliter.* 4 Dominationis, quam quo tueantur & pro ſua lubidine exerceant tyranni, arces in urbibus extructas colunt. 5 Purpureæ. quo colore claret Tyros in Phœnicia, ubi piſcium, quorum ſucco tingitur, piſcatus uberrimus.

Non frontis [6] nota regiæ.
Non [7] auro nitidæ trabes.
[8] Rex eſt, qui poſuit metus,
Et diri mala pectoris;
Quem non ambitio impotens,
Et nunquam ſtabilis favor
Vulgi præcipitis movet.
[9] *Non quidquid fodit Occidens*
*Aut unda* [10] *Tagus aurea*
*Claro devehit alveo:*
*Non quidquid* [11] *Libycis terit*
[12] *Fervens area meſſibus.*
*Quem non concutiet cadens*
[13] *Obliqui via fulminis:*
*Non Eurus rapiens mare:*
*Aut ſævo rapidus freto*
*Ventoſi tumor* [14] *Adriæ,*
*Quem non lancea militis,*
*Non ſtrictus domuit* [15] *chalybs:*
*Qui tuto poſitus loco,*
[16] *Infra ſe videt omnia:*
[17] *Occurritque ſuo libens*
*Fato: nec queritur mori.*
*Reges conveniant licet*
*Qui ſparſos agitant* [17] *Dacas;*
*Qui* [18] *rubri vada litoris;*
*Et gemmis mare lucidum*
*Late* [19] *ſanguineum tenent:*
[20] *Aut qui Caſpia fortibus*
*Recludunt juga* [21] *Sarmatis:*
[22] *Certet Danubium licet*
*Audet qui pedes ingredi;*
*Et quocunque loco jacent*
[23] *Seres vellere nobiles;*
Mens regnum bona poſſidet.
[24] *Nil ullis opus eſt equis;*

6 Diademá, faſcia ſeu pannus quo reges caput redimire ſoliti. vid. ỳ. 523. 7 Auratæ.
8 Rex eſt qui non ſervit perturbationibus.
9 Non aurum & argentum quod foditur in Hiſpania. 10 Luſitaniæ fl. aureas volvens arenas.
11 Libya frumenti feraciſſima eſt. 12 Nativum epitheton. eſt enim area in qua frumenta teruntur & areſcunt. fervens à pedibus boum qui exterunt, ἀλοῶσι, qui priſcis triturandi mos erat. ut & hodie pleriſque. 13 In obliquum delati. 14 Maris Adriatici procellis obnoxii, utpote ventis, maxime Noto expoſiti. 15 Gladius e chalybe. 16 Quia magnanimus & humanis caſibus ſuperior ſub pedibus fortunam videt captivam, omniaque minoris æſtimat quam ſe & conſcientiam rectam.
17 *Ex Stoica illa Nænia quam ubivis in Epiſtolis ingerit Seneca*, Mortem portum eſſe nunquam recuſandum, aliquando petendum. 18 Populum trans Danubium, qui nunc *Walachi.* 19 Conveniant licet reges, mari rubri accolæ, quod cum Ἐρυθραῖον diceretur Græcis ab Erythra filio Perſei & Andromedæ qui ibi regnavit, Latini Rubrum verterunt, cujus coloris vel arenas vel undas eſſe credebant. Heb. סוּף. id eſt, papyroſum. 20 Et licet conveniant Armenii qui portas, id eſt, iter per juga Caſpia non claudunt adverſus Sarmatas, eorum incurſus non timentes. 21 Vide Herc. Fu. ỳ. 538. 22 Licet illi conveniant ac certent, qui Danubium Germaniæ fluvium hiberna glacie concretum pedibus calcare non metuunt. 23 Pop. Scythiæ Aſiaticæ, qui ex arboribus crebra aquarum aſpergine mollitis lanuginem depectunt, unde ſericum conficiunt. 24 Ad regnum verum, quod bonæ mentis eſt, nil equis, telis, &c. opus erit.

*Nil armis, & [25] inertibus*
*Telis, quæ procul ingerit*
*Parthus, cum ſimulat fugas:*
*Admotis nihil eſt opus*
*Vrbes ſternere [26] machinis,*
*Longe ſaxa rotantibus.*
Rex eſt, qui metuit nihil.
[27] Rex eſt, quique cupit nihil.
Hoc regnum ſibi quiſque dat.
*Stet quicunque volet potens*
*Aulæ culmine lubrico:*
*Me dulcis ſaturet quies.*
*Obſcuro poſitus loco,*
*Leni perfruar otio.*
[28] *Nullis nota Quiritibus*
*Ætas per tacitum fluat.*
*Sic cum tranſierint mei*
*Nullo cum ſtrepitu dies,*
*Plebejus moriar ſenex.*
Illi mors gravis incubat,
[29] Qui notus nimis omnibus,
Ignotus moritur ſibi.

25 Quæ ignaviæ & timiditatis ſpeciem ferant: cum Parthi fugam ſimulantes *mittant poſt terga ſagittas.* 26 Baliſtis è quibus πολιοϱκήτῃ ſaxa mittunt ad labefactanda & demolienda mœnia.

27 Al. leg. Rex eſt, qui cupiet nihil. Alii verſum hunc prorſus delent, ſed neceſſario eſt inſerendus. Ad abſolutam enim ſententiæ periodum ſpectat: nec aliter vere hoc regnum conſtat, niſi duplicem affectum adimas, Spem & Metum.

28 Vita à populari aura publiciſque muneribus remota, non nota civibus. *Prolepſis, nondum enim erant Romani, Quirites dicti, vel à Curibus, id eſt, Sabinis in partem urbis receptis, vel à Romulo Quirino cognominato, quod haſtam, quæ Sabinis Quiris eſt, geſtare ſolebat, vel à* κύϱιος *ut alii volunt.*

29 Aliis conſpiciendus propter potentiam: ſibi ignotus, utpote, felici fortuna ebrius & ignorantia ſtupidus, cum ſapiens ſe primum noſſe debeat.

## ACTVS TERTIVS.

THYESTES. PLISTHENES.
TANTALVS Iunior & FRATER tertius } Mutæ Perſonæ.

*Thyeſti, à fratre Atreo per filios Atrei revocato, redeuntique in patriam non ſine diffidentia ac mente malum præſagiente, revertendi fiduciam addunt filii ſui.*

*OPtata patriæ tecta, & Argolicas opes,*
*Miſeriſq; ſummum ac maximũ [1] exulibus bonum,*
*Tactum ſoli natalis, & patrios deos*
*([2] Si ſunt tamen dii) cerno; [3] Cyclopum ſacras*
*Turres, labore majus humano decus,*

1 Patria omnibus chara: exulibus maxime, quibus interdicitur, quippe *Nitimur in vetitum ſemper cupimuſque negata.* 2 Si modo vel iſti, vel alii omnino Dii ſunt, qui me in exilium & tot miſerias incidere ſunt paſſi. 3 Vide Herc. Fu. ℣. 996.



Cele-

*Celebrata* [4] *juveni* [5] *ſtadia, per quæ nobilis*
*Palmam paterno non ſemel curru tuli.*
[6] *Occurret Argos, populus occurret frequens;*
*Sed nempe &* [7] *Atreus. repete ſilveſtres fugas,*
*Saltuſque denſos potius, & mixtam feris*
*Similemque vitam.* [8] *clarus hic regni nitor*
*Fulgore non eſt quod oculos falſo auferat.*
*Cum quid datur ſpectabis, & dantem aſpice.*
*Modo inter* [9] *illa, quæ putant cuncti aſpera,*
*Fortis fui, lætuſque:* * *nunc contra in metus*
*Revolvor. animus hæret, ac retro cupit*
*Corpus referre: moveo nolentem gradum.*
PL. *Pigro (quid hoc eſt?) genitor inceſſu ſtupet,*
*Vultumque verſat, ſeque in incerto tenet.*
TH. *Quid anime pendes? quidve conſilium diu*
*Tam facile torques?* [10] *rebus incertiſſimis,*
*Fratri atque regno credis? ac metuis* [11] *mala*
*Iam victa, jam manſueta, & ærumnas fugis*
[12] *Bene collocatas? eſſe jam miſerum juvat.*
*Reflecte greſſum, dum licet, teque eripe.*
PL. *Quæ cauſa cogit, genitor, a patria gradum*
*Referre viſa? cur bonis tantis* [13] *ſinum*
*Subducis? ira frater abjecta* [14] *redit;*
*Partemque regni* [14] *reddit; & laceræ domus*
*Componit artus, teque reſtituit* [15] *tibi.*
TH. *Cauſam timoris, ipſe quam ignoro, exigis.*
*Nihil timendum video; ſed timeo tamen.*
*Placet ire: pigris membra ſed genubus labant,*
*Alioque, quam quo nitor, adductus feror.*
*Sic concitatam remige & velo ratem*
*Æſtus, reſiſtens remigi & vento, refert.*
PL. *Pervince quidquid obſtat & mentem impedit;*
*Reducemque quanta præmia exſpectent, vide.*
*Pater, potes regnare.* TH. [16] *cum poſſim mori.*
PL. *Summa eſt poteſtas.* TH. [17] *nulla ſi cupias nihil.*

4 Mihi juveni.
5 Sup. ℣. 130.
6 Vrbs viſui occurret. *vel* populus.
7 Quem nollem. Revertar itaque.
8 Non eſt cur hic clarus regni nitor animi mei oculos perſtringat mentemque auferat, ut ſpe regnandi occæcatus adeo in pernicioſas fortaſſis inſidias ruam. nec tam munus, quam dantem aſpice, ἐχθρῶν γὰρ ἄδωρα δῶρα καὶ οὐκ ὀνήσιμα.
9 Exilium & pauperiem.
* In regni partem accitus.
10 Fratri inimico & regno, quibus nil magis metuendum.
11 Exilium & pauperiem quæ jam aſſuefaciendo ac ferendo reddidi mollia.
12 Quæ me docuerunt æquanimitatem & animi magnitudinem.
13 Metaph. ab iis qui ſinum vel gremium pandunt captantes miſſilia, vel quæ decidunt.
14 In gratiam redit, Paronomaſ. ad *reddit.*
15 Dignitati priſtinæ.
16 Atque adeo jam regno, quamdiu mortis arbitrium penes me eſt. *Stoice & ab inexvectato eſt.* Quis enim eſt rex Stoicorum? Qui mori poteſt.
17 Neque enim ulla eſt poteſtas nullam cupienti. vel lege *Summum* q. d. ſumma hæc poteſtas eſt nil cupere.

PL. *Gna-*

PL. *Gnatis relinques.* TH. [18] non capit regnũ duos.
PL. [19] *Miſer eſſe mavult, eſſe qui felix poteſt?*
TH. *Mihi crede, falſis magna nominibus placent.*
*Fruſtra timentur dura. dum excelſus ſteti,*
*Nunquam pavere deſtiti, atque ipſum* [20] *mei*
*Ferrum timere* [20] *lateris.* ô quantum bonum eſt,
Obſtare nulli! capere ſecuras dapes
Humi jacentem! ſcelera non intrant caſas,
Tutuſque menſa capitur anguſta cibus.
[21] Venenum in auro bibitur. [22] *expertus loquor,*
*Malam bonæ præferre fortunam licet.*
[23] *Non* [24] *vertice alti montis impoſitam domum,*
*Et eminentem civitas humilis tremit;*
*Nec fulget altis ſplendidum tectis* [25] *ebur;*
*Somnoſque non defendit excubitor meos:*
*Non* [26] *claſſibus piſcamur;* & [27] *retro mare*
*Iacta fugamus mole; non* [28] *ventrem improbum*
*Alimus tributo gentium; nullus mihi*
*Vltra Getas metatur & Parthos ager:*
[29] *Non thure colimur; nec meæ, excluſo Iove,*
*Ornantur aræ;* [30] *nulla culminibus meis*
*Impoſita nutat ſilva,* [31] *nec fumant manu*
*Succenſa multa ſtagna:* [31] *nec ſomno dies,*
*Bacchoque nox ducenda pervigili datur.*
*Sed non timemus.* tuta ſine telo eſt domus:
[33] Rebuſque parvis alta præſtatur quies.
[34] Immane regnum eſt, poſſe ſine regno pati.
PL. *Nec abnuendum eſt, ſi dat imperium deus.*
TH. *Nec appetendum.* PL. [35] *frater, ut regnes, rogat.*
TH. *Rogat? timendum eſt: errat hic aliquis dolus.*

18 Neque nos fratres capit, neque vos capiet. *Nulla fides regni ſociis, omniſque poteſtas Impatiens conſortis erit.* μία λόχμη οὐ τρέφει δύο ἐριθάκους. Non capit mundus duos ſoles. 19 Al. leg. *Miſer eſſe mavis, eſſe qui fœlix poteſt?* & hæc lectio placet. 20 Vel etiam ſatellitum, qui latus meum ſtipabant. 21 *Nulla aconita bibuntur Fictilibus, tunc illa time cum pocula ſumes Gemmata.* 22 Vtramque fortunam expertus, adverſam & ſecundam. 23 Scena Argiva eſt. Cum vero Romæ agatur tragœdia, taxatur luxus Romanorum in ædificiis, piſcinis, balneis, agris, &c. & quæ ſequuntur ſtudio quodam deſumuntur è Senecæ epiſt. 60. 89. 90. 123. 24 Hic, in humili fortuna cives non coërcentur arcibus in ſublimi poſitis. inf. ỽ. 640. 25 Eburneum lacunar. 26 *Dum gula ſævit Retibus aſſiduis penitus ſcrutante macello Proxima.* 27 Fundamentis in mare jactis quæ ipſum mare anguſtent & *contracta piſces æquora ſentiant.* 28 Gulam inſatiatam & delicatam. 29 Non uſurpamus divinos Diis honores veris negatos. *Caligulam autem Domitianum alioſque imperatores Rom. taxare videtur Rom. poeta.* 30 Non ſerimus hortos & pomaria in ſummis tectorum faſtigiis. 31 Non balnea thermæque vaſtiſſimæ inſtar ſtagnorum (quas Oceanos appellabant) multo labore calefiunt. *Neronis ſtagnum innuit.* 32 Non contra naturam viventes diem ſomno, noctem compotationibus tranſigimus Epiſt. Sen. 122. 33 Humili fortunæ. 34 Maximum imperium eſt poſſe regno ſine difficultate carere. ſic Lucan. *Non poſſunt ſine rege pati.* Idiomate noſtro. *To abite without a Kingdome.* 35 Neque enim ut appetas opus eſt, cum frater ut regnes roget.

PL. *Redire pietas, unde ſummota eſt, ſolet.*
*Reparatque vires* [36] *juſtus amiſſas amor.*
THY. *Amat Thyeſtem frater?* [37] *æthereas prius*
*Perfundet* [38] *Arctos pontus; &* [39] *Siculi rapax*
*Conſiſtet æſtus unda, & Ionio ſeges*
*Matura pelago ſurget; & lucem dabit*
*Nox atra terris; ante cum flammis aquæ,*
*Cum morte vita, cum mari ventus fidem*
*Fœduſque jungent.* PL. *Quam tamen fraudem times?*
THY. *Omnem. timori quem meo ſtatuam modum?*
*Quantum poteſt, tantum odit.* PL. *In te quid poteſt?*
THY. [40] *Pro me nihil jam metuo: vos facitis mihi*
*Atrea timendum.* PL. *decipi captus times?*
[41] Serum eſt cavendi tempus in mediis malis.
THY. [42] *Eatur: unum, genitor, hoc teſtor tamen;*
*Ego vos ſequor, non duco.* PL. *Reſpiciat deus*
*Bene cogitata. perge non dubio gradu.*

36 Neceſſarius. ut amor, fratrum poſt iras firmius reſarcitur. 37 Nunquam fiet ut amet. *impoſſibilis conditio negat.* 38 Vrſæ autem ſidera arctico circulo incluſæ non deſcendunt ſub Horizontem noſtrum, non itaque tingi videntur in æquore, ut ceteræ ſtellæ. 39 Fretum illud rapidiſſimum inter Italiam & Siciliam prius quieſcet. 40 De me, qui mortem contemno, ſecurus: de vobis ſolicitus ſum. 41 Cum vero nimis appropinquaris, ſerum eſt jam reverſum tibi conſulere, perge itaque. 42 Al. volunt verbum illud *Eatur* eſſe Pliſth. & Thyeſt. incipere. *Vnum genitor, hoc teſtor tamen;* Sed continenter hæc Thyeſtes dicit, evictus tandem ſuadela ſive precibus liberorum, Age, inquit, eamus. tamen ego hoc pater vobis teſtor, ſequi me, non ducere.

## ATREVS. THYESTES.

TANTALVS. F. Tertius frater. } Mutæ Perſonæ.

*Tacite ſibi applaudit Atreus irretitum fratrem, cui obviam procedit, & ſimulata in gratiam reditione eum circumvenit.*

*Plagis tenetur cluſa diſpoſitis* [1] *fera.*
*Et ipſum, & una* [2] *generis inviſi indolem*
*Iunctam parenti cerno. jam tuto in loco*
*Verſantur odia: venit in noſtras manus*
*Tandem Thyeſtes; venit, &* [3] *totus quidem.*
*Vix tempero animo, vix dolor frenos capit.*
*Sic, cum feras veſtigat, & longo ſagax*
[4] *Loro tenetur* [5] *Vmber, ac* [6] *preſſo vias*
*Scrutatur ore; dum procul lento ſuem*

1 Thyeſtes. 2 Filios patrem malum vultu & indole referentes. 3 Cum filiis. 4 *In a leash.* 5 Etſi Argivæ Scenæ magis conveniſſet Spartanus aut Moloſſus, cum tamen Romæ agatur, non multum refert, ſi Vmbrum ut notæ ſagacitatis canem citet. 6 In terram inclinato.

Odore

*Odore ſentit, paret, & tacito locum*
[7] *Roſtro pererrat: præda cum propior fuit;*
*Cervice tota pugnat, & geſtu vocat*
*Dominum morantem, ſeque retinenti eripit.*
*Cum* [8] *ſpirat ira ſanguinem, neſcit tegi;*
*Tamen tegatur.* [9] *aſpice, ut multo gravis*
*Squallore vultus obruat mœſtos coma:*
*Quam fœda jaceat barba.* [10] *præſtatur fides.*
*Fratrem juvat videre: complexus mihi*
*Redde expetitos, quidquid irarum fuit,*
*Tranſierit. ex hoc* [11] *ſanguis ac pietas die*
*Colantur: animis odia damnata excidant.*
THY. [12] *Diluere poſſem cuncta, niſi talis fores.*
*Sed fateor, Atreu, fateor, admiſi omnia*
*Quæ credidiſti;* [13] *peſſimam cauſam meam*
*Hodierna pietas fecit: eſt prorſus nocens,*
*Quicunque viſus tam bono fratri eſt nocens.*
*Lacrymis agendum eſt: ſupplices primus vides.*
*Hæ te precantur* [14] *pedibus intactæ manus.*
*Ponatur omnis ira, & ex animo tumor*
*Eraſus abeat: obſides fidei accipe*
*Hos innocentes.* ATR. *Frater, a genubus manus*
*Aufer, meoſque potius amplexus pete.*
*Vos quoque, ſenum præſidia,* [15] *vos juvenes, meo*
*Pendete collo. ſquallidam veſtem exue,*
[16] *Oculiſque noſtris parce, & ornatus cape,*
*Pares meis, lætuſque fraterni imperii*
*Capeſſe partem. major hæc laus eſt mea,*
*Fratri* [17] *paternum reddere incolumi* [17] *decus.*
Habere regnum, caſus eſt: virtus, dare.
THY. *Dii paria, frater, pretia pro tantis tibi*
*Meritis rependant.* [18] *regiam capitis notam*
*Squallor* [19] *recuſat noſter; & ſceptrum manus*
*Infauſta* [19] *refugit, licet in media mihi*
*Latere* [20] *turba.* ATR. *Recipit hoc regnum duos.*
THY. *Meum eſt credo, quidquid eſt, frater, tuum.*
ATR. *Quis influentis dona Fortunæ abnuit?*

7 Vſitatius de avibus dicitur, ſed & de quadrupedibus, cum à *Rodo* deſcendat & de ipſo homine, quod etiamdum in Hiſpanica *noſtra* manet.
8 Affectat.
9 *Superiora apud ſe, quæ ſequuntur, converſus ad fratrem loquitur.*
10 Præſto tibi fidem, quam nunciarunt tibi filii mei.
11 Neceſſitudo ſanguinis.
12 Excuſare quidem admiſſa mea conarer; ſi te adeo placabilem & ad veniam facilem non cernerem, jam itaque fateor.
13 Tua in me pietas quanto major, tanto mea in te ſcelera ſunt graviora.
14 Quæ ſupplices hucuſque nullius pedes tetigere; tu enim primus me ſupplicem vides. 15 Alii leg. tot juvenes. i. Tres: Pliſthenes qui loquebatur, Tantalus, & natu minimus, mutæ perſonæ, ℣. 715. 723. & 737. inf. 16 Ne videant, non ſine lacrymis, ſqualorem tuum. 17 Regnum. 18 Regni inſigne diadema. inf. ℣. 543. 19 Vide Herc. Fu. ℣. 1192. & 137. 20 Plebe.

THY. *Expertus eſt quicunque quam facile effluant.*
ATR. *Fratrem potiri* [21] *gloria ingenti vetas?*
THY. *Tua jam peracta gloria eſt, reſtat mea.*
[22] *Reſpuere certum eſt regna conſilium mihi.*
ATR. *Meam relinquam, niſi tuam partem accipis.*
THY. *Accipio. regni nomen impoſiti feram:*
*Sed* [23] *jura & arma ſervient mecum tibi.*
ATR. *Impoſita capiti* [24] *vincla venerando gere.*
*Ego deſtinatas victimas ſuperis dabo.*

22 Certum eſt mihi conſilium, regna quamvis oblata renuere.
23 Quæcunque ad pacem ſive ad bellum ſpectant, illa omnia ut & ego ipſe tibi inſerviemus. 24 Redimiculum ſive faſciam ex panno precioſiſſimo, ſic & Græce διάδημα à διαδέω revincio.

## CHORVS.

*Inſerviens actui præcedenti Chorus Atrei collaudat pietatem, qua ſimultates & diſſidia fratrum compoſuit, non ſecus ac ſerenitas tempeſtatem ſequuta.*

*Credat hoc quiſquã? ferus ille & acer,*
[1] *Nec potens mentis, truculentus Atreus,*
*Fratris aſpectu ſtupefactus hæſit.*
Nulla vis major pietate vera eſt.
Iurgia externis inimica durant,
Quos amor verus tenuit, tenebit.
[2] *Ira cum magnis agitata cauſis*
*Gratiam rupit, cecinitque bellum,*
*Cum leves frenis ſonuere turmæ,*
*Fulſit hinc illinc agitatus enſis;*
[3] *Quem movet crebro furibundus ictu*
*Sanguinem Mavors cupiens recentem,*
*Opprimit ferrum, manibuſque junctis*
*Ducit ad pacem pietas negantes.*
*Otium tanto ſubitum è tumultu*
*Quis deus fecit? modo per Mycenas*
*Arma civilis crepuere belli.*
*Pallidæ matres* [4] *timuere natis;*
*Vxor armato timuit marito,*
*Cum manum* [5] *invitus ſequeretur enſis,*
[6] *Sordidus pacis vitio quietæ.*
*Ille labentes renovare muros;*
*Hic ſitu quaſſas ſtabilire turres;*
*Ferreis portas cohibere clauſtris*
*Ille*

1 Affectibus non rationi parens.
2 Conſanguineos, etſi ad tempus acerrime diſſideant, pietas tamen & verus amor in gratiam reducit: alios non item.
3 Quem enſem ſtrinxit vibravitque ira belli, hunc in vaginam recondit & comprimit pietas.
4 Legunt alii *tremuere*. alii *tenuere*, *natos*, ne irent ad bellum.
5 Civilem ſcilicet hauſturus ſanguinem.
6 Rubiginoſus.

*Ille certabat; paviduſque [7] pinnis*
*Anxia nocti vigil incubabat.*
Pejor eſt bello timor ipſe belli.
*Iam minæ ſævi cecidere ferri;*
*Iam ſilet murmur grave [8] claſſicorum;*
*Iam tacet ſtridor litui ſtrepentis;*
*Alta pax urbi revocata læta eſt.*
*Sic ubi ex alto tumuere fluctus,*
*Brutium [9] Coro feriente pontum;*
*[10] Scylla pulſatis reſonat cavernis,*
*Ac mare [11] in portu timuere nautæ,*
*Quod rapax [12] Auſter revomit Charybdis;*
*Et ferus [13] Cyclops metuit parentem*
*Rupe ferventis reſidens in Ætnæ,*
*Ne ſuperfuſis violetur undis*
*Ignis æternis reſonans caminis;*
*Et [14] putat mergi ſua poſſe pauper*
*Regna Laërtes, Ithaca tremente;*
*Si ſuæ ventis cecidere vires,*
*Mitius ſtagno pelagus recumbit;*
*[15] Alta quæ navis timuit ſecare*
*Hinc & hinc fuſis ſpacioſa velis,*
*Strata ludenti patuere cymbæ:*
*Et vacat merſos numerare piſces;*
*Hic ubi ingenti modo ſub procella*
*[16] Cyclades pontum timuere motæ.*
Nulla ſors longa eſt. dolor ac voluptas
Invicem cedunt: brevior voluptas.
Ima permutat brevis hora ſummis.
*Ille qui donat diadema [17] fronti,*
*[18] Quem genu nixæ tremuere gentes,*

7 Murorum minis. 8 Cornuum ſeu buccinarum, quibus convocantur milites ad ſigna & claſſes, unde & nomen habere videntur, etſi pleriſque à Calando dictæ. Tuba autem conſerendi prælii ſignum dabat. 9 Vento ab Occaſu ſolſtitiali flante, adverſus Aquilonem, excitante jam mare quod Brutios alluit Italiæ extremos juxta fretum Siculum. 10 Saxum in freto Siculo quod fluctuum concurſu & illiſione in ſcopulos reſonans dedit locum fabulæ de Scylla Phorci filia in monſtrum hoc converſa, canibus pube tenus ſuccincta. 11 Al. leg. *mare intortum* al. *in totum*. Ego ſolius Lipſii authoritatem & judicium ſequutus leg. *mare in portu*. Quam lectionem, ſi penitus rimeris, veram eſſe fateberis. Senſus hic eſt. Cum Scylla ſævit, & tempeſtas ubique atrox: nautæ vix in portu ſecuros ſe putant, illic etiam timent. at cum ſerenum rediit, non ſolum naves ſed & cymbæ (ut infra ſequitur) perſultant, & ludunt in illo ipſo freto. 12 Per *Auſtrum Charybdis* intelligit violentiam illam Charybdis, maxime regnan-
tem flante Auſtro: reſpexitque ad illa, quæ ſcripſit ipſemet cap. XVII. ad
Marciam: *videbis illam fabuloſam Charybdin, quamdiu ab Auſtro vacat quie-*
*tam, at ſi quis inde ventus ſpiravit, hiatu magno profundoque navigia ſorbentem.*
P. Scriverius leg. *Quod rapax hauſtum revomit Charybdis.* 13 Polyphe-
mus timet ne pater ſuus Neptunus, id eſt, mare extinguat ſemper ardentes
fornaces Ætnæ. 14 Timetque ſuæ inſulæ ne mergatur, Laertes, ſeu quis
alius Rex Ithacæ, eſt enim *Prolepſis ex perſona poëtæ, necdum enim erat Laer-*
*tes.* 15 Maria quæ, modo procelloſa, non auſa eſt tentare valida & ve-
livola navis; modo pacata, etiam cymbæ pervia facta ſunt. 16 Inſulæ
illæ in cycli formam diſpoſitæ in mari Ægæo ventis moto timuere, ne
abſorberentur. 17 Suæ. *vel* qui aliis regna diſtribuit. 18 Cujus arbi-
trio & Imperio parent remotiſſimæ gentes, Medi, Perſæ, Parthi, Indi di-
rectis Solis radiis viciniores, *reſpicit autem Poëta imperatores Romanos, ma-*
*xime Neronem quocum fœdus percuſſerunt reges externi, & à quo Tiridates*
*diadema accepit.*

*Cujus ad nutum poſuere bella*
*Medus, & Phœbi propioris Indus;*
*Et* [19] *Dacæ Parthis* [20] *equitem minati;*
*Anxius ſceptrum tenet, & moventes*
*Cuncta* [21] *divinat; metuitque caſus*
*Mobiles rerum, dubiumque tempus.*
*Vos, quibus rector maris atque terræ*
[22] *Ius dedit magnum necis atque vitæ,*
*Ponite inflatos tumidoſque vultus:*
*Quidquid à vobis minor extimeſcit,*
[23] *Major hoc vobis dominus minatur.* (eſt.
[24] Omne ſub regno graviore regnum
Quem dies vidit [25] veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit [26] fugiens jacentem.
Nemo confidat nimium ſecundis;
Nemo deſperet [27] meliora lapſis, (tho
Miſcet [28] hæc illis, prohibetq; [29] Clo-
[30] Stare fortunam. rotat omne fatum.
Nemo tam divos habuit faventes,
Craſtinum ut poſſit ſibi polliceri.
Res Deus noſtras celeri citatas
[31] Turbine verſat.

19 Non pudebit fateri cum egregio viro Ioſepho Scaligero me non intelligere quomodo Dacæ ſup. ℣. 369. Parthis in tantum diſſitis minentur equitem, *quæ & dura eſt locutio.* Quid ſi legamus cum Dan. Heinſio & Dacæ, Parthique equitem minati. 20 Minari equitem dicuntur Parthi, quia eorum equitatus maxime Romanis formidabilis; propter τὸ πολυθρύλλητον Parthici equitatus ſtratagema: qui cum terga daret, hoſtem invadebat. 21 Alii contra verſus adeoque ſenſus rationem legunt *Divitias.* ego Lipſium & Scaligerum fil. ſecutus eoſque non ſine authoritate M. S. librorum emendavi *divinat*, ut ſit ſenſus: Rex ille vel imper. utcunque in præſenti potens & felix, tenet tamen ſceptrum anxius, animo præſagit caſus moventes cuncta, id eſt, varietatem rerum humanarum τὴν τῶν ἀνθρωπείων παλιμβολίαν ὅστε. 22 Deus. 23 Imperium. 24 *Regum timendorum in proprios greges, reges in ipſos imperium eſt Iovis.* 25 Oriens. 26 Occidens. 27 In rebus adverſis. Neſcio an debeat inſuper haberi lectio, quam ſuggerit Cruſerianus: *Nemo deſperet meliora lapſus.* 28 Adverſa ſecundis. 29 Vna è Parcis. Herc. Fu. 558. 30 Diu in eodem ſtatu manere. 31 Volubilitate.

## ACTVS QVARTVS.

### NVNCIVS. CHORVS.

*Crudele Atrei facinus & epulas nefandas, in quibus apponebantur Thyeſtæ ſui liberi, digna quæ ex oculis ſpectatorum ſublata intus gererentur, narrat nuncii facundia præſens.*

*QVis me per auras turbo præcipitem vehet,*
*Atraque nube involvet, ut tantum nefas*
*Eripiat oculis? ô domus* [1] *Pelopi quoque*
*Et Tantalo pudenda!* CH. *Quid portas novi?*
NV. [2] *Quænam iſta regio eſt, Argos & Sparte impios*
*Sortita fratres? &* 3 *maris gemini premens*

1 Vel ipſis crudelibus tyrannis erubeſcenda. 2 Civiliſne Græcia an barbara Scythia? 3 Corinthus ſita in Iſthmo, i. in anguſtiis inter Ægæum & Ionium maria?

*Fauces*

*Fauces [3] Corinthus? [4] an feris Iſter fugam*
*Præbens Alanis? [5] an ſub æterna nive*
*Hyrcana tellus? an [6] vagi paſſim Scythæ?*
CH. *Quis hic nefandi eſt conſcius monſtri locus?*
*Effare: & iſtud pande, quodcunque eſt malum.*
NV. [7] *Si ſteterit animus, ſi metu corpus rigens*
*Remittet artus;* [8] *hæret in vultu trucis*
*Imago facti. ferte me inſanæ procul*
[9] *Illo procellæ, ferte, quo fertur dies*
*Hinc raptus.* CH. [10] *Animos gravius incertos tenes.*
*Quid ſit, quod horres, effer; auctorem indica.*
[11] *Non quæro quis ſit, ſed uter. effare ocyus.*
NV. *In arce ſumma Pelopeæ pars eſt domus*
*Converſa ad Auſtros; cujus extremum latus*
*Æquale monti creſcit, atque* [12] *urbem premit,*
*Et contumacem regibus populum ſuis*
[13] *Habet ſub ictu: fulget hic* [14] *turbæ capax*
*Immane tectum, cujus auratas trabes*
*Variis columnæ nobiles maculis ferunt.*
*Poſt iſta vulgo nota, quæ populi colunt,*
*In multa dives ſpacia diſcedit domus.*
[15] *Arcana in imo regio ſeceſſu* [15] *patet,*
*Alta vetuſtum valle compeſcens nemus,*
[16] *Penetrale regni. nulla qua lætos ſolet*
*Præbere ramos arbor, aut* [17] *ferro coli:*
*Sed taxus, & cupreſſus, &* [18] *nigra ilice*
*Obſcura nutat ſylva; quam ſupra eminens*
*Deſpectat alte quercus, &* [19] *vincit nemus.*
*Hinc* [20] *auſpicari regna Tantalidæ ſolent,*
*Hinc petere lapſis rebus & dubiis opem.*
*Affixa inhærent* [21] *dona; vocales tubæ;*
[22] *Fractique currus; ſpolia Myrtoi maris;*

4 An Danubius ſup. 375. qui fuga celeri fluit per Alanos crudeliſſimos Scythiæ populos.
5 An perenni nive vexata adeoque inculta & fera Hyrcania, pardis & tigribus famoſa?
6 Vide Herc. Fu. ℣. 532.
7 Si animus ſe collegerit & firmarit, corporis jam metu ſtupidi organis & membris reſolutis.
8 Etiamdum ante oculos verſatur trucis imago facti.
9 Ad Antipodas, ad alterum Hemiſphærium.
10 Morando & refugiendo, in graviori metu animos noſtros ſuſpendis.
11 Procul dubio alter eſt è fratribus. ſed uter?
12 Vrbi imminet, quam vi reprimit metuque coërcet rebelles.
13 ἐπὶ ξυρȣ̃ ἀκμῆς. unde telis cogant feriantque cives. ſup. ℣. 453.
14 Huc enim populus convenire ſolebat ad munia publica.
15 Si arcana (inquit Lipſius) quomodo patet? Patet. ſc. in amplitudinem & ſpatium, non quod omnes ingrediantur.
16 Lararium, in quo Dii Penates.
17 Falce putari; ut ſolent fructiferæ.
18 Propter frondes opacas, *vel* medullam nigram unde & *μελάνδρυον* dicitur Theophraſto i. l. 9. c.
19 Altitudine ſuperat.
20 Per auguria & auſpicia ſortiri & inire regna.
21 Ἀναθήματα, votiva donaria & monumenta Diis conſecrata affixa huic quercui pendent.
22 Currus Oenomai fractus & Pelopis quo Hippodamiam abſtulit, uſus fraude Myrtili quem petentem mercedem in mare præcipitavit, unde Myrtoum dictum, ſup. ℣. 138.

*Victæque* [23] *falſis axibus pendent rotæ ;*
*Et* [24] *omne gentis facinus. hoc Phrygius loco*
*Fixus* [25] *tiaras Pelopis : hic præda hoſtium ;*
*Et* [26] *de triumpho picta barbarico chlamys.*
*Fons* [27] *ſtat ſub umbra triſtis, & nigra piger*
*Hæret palude. talis eſt diræ* [28] *Stygis*
*Deformis unda,* [28] *quæ facit cœlo fidem.*
*Hic nocte tota gemere* [29] *ferales deos*
*Fama eſt : catenis lucus excuſſis ſonat,*
*Ululantque Manes. Quidquid audire eſt metus,*
*Illic videtur. errat antiquis vetus*
*Emiſſa buſtis turba, & inſultant loco*
[30] *Majora notis monſtra. Quin tota ſolet*
*Micare flamma ſylva, & excelſæ trabes*
*Ardent ſine igni. ſæpe latratu nemus*
[31] *Trino remugit : ſæpe ſimulacris domus*
*Attonita* [30] *magnis.* [32] *nec dies ſedat metum.*
[33] *Nox propria luco eſt,* [34] *ſuperſtitio inferûm*
*In luce media regnat. Hinc orantibus*
*Reſponſa dantur certa, cum ingenti ſono*
[35] *Laxantur adyto fata, & immugit ſpecus*
*Vocem Deo ſolvente. Quo poſtquam furens*
*Intravit Atreus liberos fratris trahens,*
*Ornantur aræ. quis queat digne eloqui ?*
*Poſt terga juvenum nobiles religat manus,*
*Et mœſta* [36] *vitta capita purpurea ligat :*
*Non thura deſunt, non* [37] *ſacer Bacchi liquor,*
*Tangenſve ſalſa victimam culter* [38] *mola.*
*Servatur omnis ordo, ne tantum nefas*
*Non rite fiat.* CH. [39] *Quis manum ferro admovet ?*
NUN. *Ipſe eſt ſacerdos. ipſe funeſta prece*
*Letale carmen ore violento canit.*
*Stat ipſe ad aras. ipſe devotos neci*
*Contrectat, & componit, &* [40] *ferro admovet.*

23 Sublata modiolis fibula, *vel* fibula, ſeu axe ſecundum alios, plumbea affixa.
24 Tantaleæ gentis facinorum omne monumentum.
25 Inſula Phrygibus in uſu, cujus lobi ſub mento connectebantur. & ipſe Pelops è Phrygia Elidem advenerat.
26 Acu picta chlamys, ſpolium Phrygibus ademptum.
27 Stagnat inſtar Stygis.
28 Vid. Hercul. Fu. ℣. 711.
29 Infernales. Her. Fu. ℣. 145.
30 Majora quam quæ nos vidimus monſtra. *Vel* apparent umbræ majores humano corpore & auguſtiores.
31 Velut Cerberi trifaucis latr.
32 Etiam interdiu hæc videntur & audiuntur.
33 Lucus tenebroſus eſt.
34 Et vana inferorum apparitio hic dominatur mediæ diei luci.
35 Panduntur, emittuntur.
36 Et vitta purpurea obnubit regalium victimarum capita.
37 Vinum capitibus victimarum aſperſum.
38 Vide Hippol. ℣. 497.
39 Quis feriebat victimas ?
40 Cultros ſuppoſitos impellit. *Supponunt alii cultros.* Virgil. 6 Æneid. & 3 Georg. *Suppoſiti tinguntur ſanguine cultri.*

41 *At-*

[41] *Attendit ipſe.* [42] *nulla pars ſacri perit.*
*Lucus tremiſcit. tota* [43] *ſuccuſſo ſolo*
*Nutavit aula, dubia* [44] *quo pondus daret,*
*At fluctuanti ſimilis.* [45] *è lævo æthere*
*Atrum cucurrit limitem* [46] *ſidus trahens.*
*Libata in ignes vina* [47] *mutato fluunt*
[47] *Cruenta Baccho.* [48] *regium capiti decus*
*Bis terque lapſum eſt. flevit in templis* [49] *ebur.*
[50] *Movere cunctos monſtra: ſed ſolus ſibi*
*Immotus Atreus conſtat, atque ultro deos*
*Terret* [51] *minantes. jamque demiſſa mora*
*Aſſiluit oris, torvum & obliquum intuens.*
*Iejuna ſylvis qualis in* [52] *Gangeticis*
*Inter juvencos tigris erravit duos;*
[53] *Vtriuſque prædæ cupida, quo primos ferat*
*Incerta morſus, flectit huc rictus ſuos,*
*Illo reflectit, & famem dubiam tenet;*
*Sic dirus Atreus capita devota impiæ*
*Speculatur iræ. quem prius mactet ſibi,*
*Dubitat; ſecunda deinde quem cæde immolet.*
*Nec intereſt: ſed dubitat. & tantum ſcelus*
*Iuvat ordinare.* CH. *Quem tamen ferro occupat?*
NVN. *Primus locus,* [54] *(ne deeſſe pietatem putes,)*
[55] *Avo dicatur;* [55] *Tantalus prima hoſtia eſt.*
CH. *Quo juvenis animo, quo tulit vultu necem?*
NVN. *Stetit ſui ſecurus, & non eſt preces*
*Perire fruſtra paſſus: aſt illi ferus*
*In vulnere enſem abſcondit, & penitus premens*
[56] *Iugulo manum commiſit. educto ſtetit*
*Ferro cadaver: cumque dubitaſſet diu*
*Hac parte an illa caderet, in patruum cadit.*
*Tunc ille ad aras* [57] *Pliſthenem ſævus trahit,*
[58] *Adicitque fratri: colla percuſſa amputat.*
*Cervice cæſa truncus in pronum ruit:*

41 *Hoc agit*: obſervat, pro ritu extiſpicii, motus geſtuſque hoſtiarum ad aras. vide Oedip. ỳ. 352. In ſacris enim dicebatur *hoc age*. id eſt attende. Ipſe præcone aut monitore opus non habet. ipſemet *hoc agit*.
42 Nullius ſacrificii ritus omittitur.
43 Commoto.
44 In quam partem caderet.
45 E ſiniſtra parte cœli. quod Græcis omen malum, ut quibus auguria capientibus antica pars ſeptentrio: ut Romanis contra bonum omen, quibus in auſpiciis pars antica Meridies, cum utriſque conveniat Orientem eſſe dextram cœli partem, Occidentem ſiniſtram.
46 Βολὶς, Lampas prodigioſa trahens veſtigium atrum mortis ſceleriſque imminentis ſignum.
47 Vino in ſanguinem mutato.
48 Diadema non ſemel è capite Atrei decidit.
49 Eburneæ ſtatuæ flevere.
50 Prodigia hæc terruerunt omnes qui ea in cœlo vel templis animadverterant.
51 Illi exitium, & his oſtentis ab inſtituto ſcelere deterrentes.
52 Indiæ ſylvis per quam fluit Ganges.
53 *Neſcit utro ruat & ruere ardet utroque.*
54 Ironice.
55 Sup. ỳ. 522. fil. Thyeſtæ qui avi nomen tulit.
56 In Iugulo Tantali *capulo tenus abdidit enſem.*
57 Secundum Thyeſtæ filium.
58 Adjicit, addit, fratri comitem necis.

*Querulum cucurrit murmure incerto caput.*
CH. *Quid deinde* [59] *gemina cæde perfunctus facit?*
*Puerone parcit? an ſcelus ſceleri ingerit?*
NVN. *Sylva jubatus qualis Armenia leo,*
*In cæde multa victor armento incubat,*
*Cruore rictus madidus, & pulſa fame*
*Non ponit iras; hinc & hinc tauros premens*
*Vitulis minatur, dente jam laſſo piger:*
*Non aliter Atreus ſævit, atque ira tumet,*
*Ferrumque gemina cæde perfuſum tenens,*
*Oblitus in quem rueret; infeſta manu*
*Exegit ultra corpus. at pueri ſtatim*
*Pectore receptus enſis, in tergo* [60] *exſtitit.*
*Cadit ille, & aras ſanguine extinguens ſuo,*
*Per* [61] *utrumq; vulnus moritur.* CH. *O ſævum ſcelus!*
NVN. *Exhorruiſtis?* [62] *hactenus non ſtat nefas.*
*Plus eſt.* CH. *An ultra majus aut atrocius*
*Natura recipit?* NVN. *Sceleris hunc finem putas?*
*Gradus eſt.* CH. *Quid ultra potuit? abjecit feris*
*Lanianda forſan corpora, atque* [63] *igne arcuit.*
NVN. *Vtinam arcuiſſet!* [64] *ne tegat functos humus,*
*Ne ſolvat ignis, avibus epulandos licet*
*Feriſque triſte pabulum ſævis trahat;*
*Votum eſt ſub hoc quod eſſe ſupplicium ſolet.*
[65] *Pater inſepultos ſpectet. ô nullo ſcelus*
*Credibile in ævo, quodque poſteritas* [66] *neget!*
*Erepta vivis exta pectoribus tremunt,*
*Spirantque* [67] *venæ, corque adhuc pavidum ſalit.*
*At ille* [68] *fibras tractat, ac* [69] *fata inſpicit;*
*Et adhuc calentes viſcerum venas notat.*
*Poſtquam hoſtiæ placuere, ſecurus* [70] *vacat*
*Iam fratris epulis. ipſe diviſum ſecat*
*In membra corpus; amputat trunco tenus*
*Humeros patentes, &* [71] *lacertorum moras;*
*Denudat artus dirus, atque oſſa amputat:*
*Tantum ora ſervat, &* [72] *datas fidei manus.*

59 Tantali & Pliſthenis.

60 Alii leg. ſtetit, alii exiit, id eſt, emerſit.

61 Pectoris & tergi.

62 Nondum attigi nefas.

63 Rogo illis interdixit. Græci, Romani & Barbari cadavera comburebant, igne ea purgari credentes.

64 Non optamus ut ſepeliſſet, non ut combuſſiſſet, utinam avibus & feris abjeciſſet, neque, &c. & hoc voto dignum eſt. i. e. optandum quod alibi eſt ſupplicium, ut inſepultum parentes & amici videant.

65 Ianus Gruterus horum verborum trigam *Pater inſepultos ſpectet*, Choro adſcriptam vult, ut interruperit ſermonem Nuncii; conjectante coactum patrem id ſpectare hanc lanienam filiorum: ſubjiciatque ſtatim Nuncius: Non, non; nemo conjecturis ullis aſſequetur ſcelus illud, adeo eſt inuſitatum, ſupraque omnem fidem. 66 Neget factum eſſe, non credat. 67 Arteriæ, in quibus ſpiritus. 68 Iecinorum venas radices. 69 Per extiſpicia diſquirit futura. 70 Parandis fratri epulis vacat. 71 Pulpas. 72 Quas dederant, ubi eos fratri obſides Thyeſtes fratri tradidit.

[73] *Hæc verubus hærent viſcera, & lentis data*
*Stillant caminis: illa* [74] *flammatus latex,*
[75] *Querente aheno, jactat: impoſitas dapes*
[76] *Tranſiliit ignis, inque crepitantes focos*
[77] *Bis ter regeſtus, & pati juſſus moram,*
*Invitus ardet. ſtridet in verubus jecur.*
*Nec facile dicam, corpora an flammæ magis*
*Gemuere. piceus ignis in fumos abit:*
*Et ipſe fumus triſtis, ac nebula gravis*
[78] *Non rectus exit, ſeque in excelſum levans,*
*Ipſos* [79] *penates nube deformi obſidet.*
[80] *O Phœbe patiens, fugeris retro licet,*
*Medioque ruptum merſeris cœlo diem,*
*Sero occidiſti.* [81] *lancinat gnatos pater,*
*Artuſque mandit ore funeſto ſuos.*
*Nitet fluente madidus unguento comam,*
*Graviſque vino: ſæpe* [82] *præcluſæ cibum*
*Tenuere fauces. in malis unum hoc tuis*
*Bonum eſt, Thyeſta, quod mala ignoras tua.*
[83] *Sed & hoc peribit. verterit currus licet*
[84] *Sibi ipſe Titan obvium ducens iter;*
*Tenebriſque facinus obruat tetrum* [85] *novis,*
[86] *Nox miſſa ab ortu* [87] *tempore alieno gravis;*
*Tamen videndum eſt.* [88] *tota patefient mala.*

73 Hæc pulpamenta e denudatis artubus partim torret, partim coquit, nam *viſcera* propriè interiora ſunt pulmo, jecur, cor, ilia, præcordia, & in his *Exta* quæ extant eminentque vel quæ exſecantur: Aruſpicibus inſpicienda.
74 Aqua calida.
75 Sibilo inter coquendum veluti condolentiam teſtante. *Pathos ut & de igne qui ---*
76 Officio tam nefario defungi abhorruit, ne & ipſe, qui alia purgat, contaminaretur. 77 Vi ſubactus aheno; ne tranſiliret. 78 Non in altum rectus aſcendit. *quia gravis neb.* 79 Deos domeſticos qui prope focum. Penatibus enim cura æterni ignis credita, qui vitæ ſymbolum. Sunt enim Penates per quos penitus ſpiramus & animæ rationem habemus. *al.* penes nos nati. 80 O Sol, qui alia compluꝛima videre ſcelera ſuſtines, hoc tamen in tantum horrebas, ut etſi propere refugeres, ſero tamen occideris. 81 Alii *lacerat.* alii *laniat.* 82 Etiam naturæ præſagio non deglutivere hos cibos. 83 Sed & hoc bonum, ſcilicet quod ignoras quas voraveris dapes, tandem peribit, reſcies enim. 84 Itineri conſueto contrarium Orientem ſcilicet repetens. 85 Inſolitis. 86 Occidente ſole, unde ortus. 87 Meridie. 88 Innoteſcit tibi qualibus dapibus veſcebaris.

## CHORVS.

*Videns Chorus ſolem retrocedere obſtupeſcit, veritus ne diſſoluta mundi machina omnia in antiquum Chaos recidant.*

QVo [1] *terrarum ſuperumque parens,*
[2] *Cujus ad ortus noctis opacæ*
*Decus omne fugit, quo vertis iter,*

1 Sol calore tuo quæ in terris ipſoſque homines generans.
2 Quo oriente ſtellæ fugiunt, id eſt, non apparent.

*Medio-*

*Medioque diem perdis Olympo?*
*Cur Phœbe tuos rapis aſpectus?*
[3] *Nondum ſeræ nuncius horæ*
*Nocturna vocat lumina veſper:*
[4] *Nondum Heſperiæ flexura rotæ*
*Iubet emeritos ſolvere currus:*
[5] *Nondum in noctem vergente die*
*Tertia miſit buccina ſignum:*
*Stupet ad ſubitæ tempora cœnæ*
*Nondum feſſis bubus arator.*
[6] *Quid te ætherio pepulit curſu?*
*Quæ cauſa tuo limite certo*
*Dejecit equos? numquid* [7] *aperto*
*Carcere Ditis* [8] *victi tentant*
*Bella gigantes? numquid* [9] *Tityus*
*Pectore feſſo renovat veteres*
*Saucius* [10] *iras? num rejecto*
*Latus explicuit* [11] *monte Typhoëus?*
*Numquid ſtruitur via* [12] *Phlegræos*
*Alta per hoſtes? & Theſſalicum*
[13] *Threſſa premitur Pelion Oſſa?*
*Solitæ mundi periere vices:*
*Nihil occaſus, nihil Ortus erit.*
[14] *Stupet Eoos aſſueta deo*
*Tradere frenos, genitrix primæ*
*Roſcida lucis, perverſa ſui*
*Lumina regni. neſcit feſſos*
[15] *Tingere currus, nec fumantes*
*Sudore jubas mergere ponto.*
*Ipſe inſueto* [16] *novus hoſpitio*
*Sol auroram videt occiduus,*
*Tenebraſque jubet ſurgere, nondum*
*Nocte parata non ſuccedunt*
*Aſtra, nec nullo micat igne polus.*
*Nec Luna* [17] *graves digerit umbras.*
*Sed quidquid id eſt,* [18] *utinam nox ſit.*
*Trepidant, trepidant pectora magno*
*Perculſa metu,* [19] *ne fatali*
*Cuncta ruina quaſſata labent,*
*Iterumque deos, homineſque premat*

3 Veſper noctis prænuncius nondum evocavit ſtellas lucere ſolitas.
4 Inclinatio currus cui ad occaſum vergentis nondum jubet te ſolvere equos diurnum iter emenſos. 5 Buccina non dedit ſignum ultimæ partis diei, id eſt, nondum eſt hora nona. Græci diem in ſtationes tres quaternis horis emenſi noctem in vigilias totidem diviſerunt. Hebræi autem & Romani in quatuor, quarum diſtinctiones buccinæ vel tubæ ſonitus indicabat. 6 Quod horrendum facinus vidiſti ô Sol ut refugeres?
7 Diffracto. 8 Gigantes quondam à Diis victi: *vel, Ditis victi*, id eſt, quem jam Gigantes vicerunt, adeoque è vinculis evaſerunt.
9 Herc. Fu. ℣. 755.
10 Bella in Deos.
11 Ætna ſecundum Pindarum & Ovidium: Virgilio, quem ſecuti ceteri Latini poëtæ, Inarime ab Homeri εἰν ἀρίμοις inſula in ſinu Puteolano, quam Typhoeo unì è gigantibus ſuperjectam, quod flammas quandoque vomat, ferunt.
12 Herc. Fu. ℣. 448.
13 Oſſa quæ in Traciam prominet. Herc. Fu. 970.
14 Aurora ſolita inſtruere ſolis orientalis equos ſtupet ſole retrocedente.
15 Herc. Fu. ℣. 26.
16 Indis exceptus, qui ſolitus eſt occidere apud Iberos. 17 Tenebras denſas vel graves, id eſt, noxias nec ſalubres. Poëtæ enim umbram poſitivum quiddam eſſe volunt. 18 Et non defectio naturæ rerumque diſſolutio. 19 Ne confuſa illa, quæ ab initio, unitas vel Inanitas omnia, cœlum, & elementa miſceat.

Defor-

*Deforme chaos: iterum terras,*
*Et mare & ignes, &* [20] *vaga picti*
*Sidera mundi Natura tegat.*
*Non æternæ facis exortu*
[21] *Dux aſtrorum ſecula ducens*
*Dabit æſtatis Brumæque notas.*
[22] *Non Phœbeis obvia flammis*
*Demet nocti Luna timores,*
[23] *Vincetque ſui fratris habenas,*
[24] *Curvo* [25] *brevius limite currens.*
[25] *Ibit in unum congeſta ſinum*
*Turba deorum.*
[26] *Hic, qui ſacris pervius aſtris*
*Secat* [27] *obliquo tramite* [28] *zonas,*
[29] *Flectens longos Signifer annos,*
*Lapſa videbit ſidera labens.*
[30] *Hic, qui nondum vere benigno*
*Reddit Zephyro vela tepenti,*
*Aries* [31] *præceps ibit in undas,*
*Per quas pavidam vexerat Hellen.*
[32] *Hic, qui nitido Taurus cornu*
*Præfert* [33] Hyadas, *ſecum* [34] *Geminos*
*Trahet, &* [35] *curvi brachia Cancri.*
*Leo flammiferis æſtibus ardens*
[36] *Iterum è cœlo cadet* [37] *Herculeus.*
*Cadet in terras* [38] *Virgo relictas;*
[39] *Iuſtæque cadent pondera Libræ;*
[40] *Secumque trahent* [41] *Scorpion acrem.*
*Et, qui* [42] *nervo tenet* [43] *Æmonio*
*Pennata ſenex ſpicula* [43] *Chiron,*
[44] *Rupto perdet ſpicula nervo.*

20 Cœli ſtellati errantes nec non fixas ſtellas.
21 Sol anni tempeſtates & ſecula dimenſus.
22 Nec Luna Soli oppoſita per totam noctem lucens tollet terrores noctis, quos inducunt tenebræ.
23 Nec luna curſu celeri, utpote 29 diebus, 12 horis. 44 min. conſequetur ſolem. 24 Per Zodiaci obliquum limitem.
25 Celerius, ſc. 27 diebus 8 horis (vide Theb. ỷ. 536.) curſum ſuum peraget quam Sol, qui 365 D. 8 S. H. 49 M. 25 Confundentur ſidera & elementa, quæ Stoicis Dii.
26 Zodiacus, ſub quo Sol & Luna decurrunt. *vel* in quo ſigna duodecim Deorum totidem præſidio. *Manil.* 2 lib. 27 Ab utroque tropico per Æquinoctialem tranſverſo. unde obliqui anguli. nec non ſigna oblique oriuntur & occidunt. 28 Geminas mediæ Zonæ partes quæ ab utroque Æquinoctialis latere Tropicis terminantur.
29 Varians anni longitudinem ad motum ſolis per Zodiac. *vel* annum longum 3600 ſolarium perficiens ſuper ſuos polos. 30 Aries ſub ortu ſolis inducit Zephyrum,
quo flante tempus navigationis aperitur. 31 De Zodiaco cadet in mare,
&c. alludit autem ad fab. Arietis aurei velleris. vide Troad. 1032.
32 Hippol. ỷ. 202. 33 Suculas ſtellas 7 Atlantis filias à fratre Hyante
(quem deplorantes in cœlum tranſlatæ ſunt) denominatæ. 34 Signum
tertium ſive Caſtora & Pollucem, ſeu Iaſonem & Triptolemum. 35 Chelas incurvi Cancri, à Iunone inter aſtra poſiti quod Hydræ averſus Herc.
ſubſidiarius fuerit. 36 Semel enim deciderat ex Lunari globo. vide
Herc. Fu. ỷ. 83. 37 Ab Herc. victus & à Iunone in cœlum tranſlatus. 38 Erigone ſeu Aſtræa Iovis & Themidos filia jam recidet in terras quas *cæde madentes* olim reliquerat. 39 Quæ juſte ponderat, *vel*
quæ noctes diebus æquat. 40 Ineſt enim Libræ ſpatio pars Scorpii
prior. 41 Quod Orionem tentarat interimere, in aſtra relatum. 42 Arcu Theſſalo. 43 Centaurus, Herculis ſagitta quæ forte deciderat ſupra pedem vulneratus, Iovis miſeratione in cœlum relatus, dictuſque Sagittarius. 44 Cadente ipſo Chirone.

45 Pigram

[45] *Pigram referens hiemem gelidus*
*Cadet* [46] *Ægoceros, frangetque tuam,*
[47] *Quiſquis es, Vrnam. tecum excedent*
[48] *Vltima cœli ſidera Piſces.*
[49] *Monſtraque nunquam perfuſa mari*
*Merget condens omnia* [50] *Gurges,*
[51] *Et qui medias dividit Vrſas,*
*Fluminis inſtar, lubricus Anguis:*
*Magnoque* [52] *minor juncta Draconi*
[53] *Frigida duro Cynoſura gelu:*
*Cuſtoſque ſui* [54] *tardus plauſtri*
*Iam non* [55] *ſtabilis ruet* [56] *Arctophylax.*
*Nos è* [57] *tanto viſi populo*
*Digni, premeret quos everſo*
*Cardine mundus.*
*In nos ætas ultima venit.*
*O nos dura ſorte creatos,*
*Seu perdidimus ſolem* [58] *miſeri,*
*Sive* [59] *expulimus! abeant queſtus.*
*Diſcede timor.* vitæ eſt avidus,
Quiſquis non vult, mundo ſecum
Pereunte, mori.

45 Primum ſignum Hyemale. 46 Capricornus qui cœlum meruit quod Pan hujus ſpecie indutus Gigantes terruerat. ab ἀιξ ἀιγὸς capra & κέρας cornu. 47 Neque enim conſtat de Aquario, an fuerit Deucalion, Cecrops, Hylas, an Ganymedes. 48 Vlt. Zodiaci, in anni ordine ſignum. 49 Arctos, ſup. ℣. 376. 50. Mare. 51 Ruet anguis ille maximus, &c. Heſperidum quondàm cuſtos ab Herc. interfectus. 52 Scil. Vrſa. 53 Ad polum poſita. 54 Qui polo poſitus gyrum minorem lentius oberrat. 55 Prope polum qui ſtabilis. 56 Cuſtos plauſtri Bootes, Arcton enim quæ plauſtrum dicitur inſequutus agitare videtur. 57 Qui hucuſque fuerit. 58 Non noſtra culpa, *merita nec morte perimus, ſed miſeri ante diem.* 59 Per ſcelus noſtrum, culpa noſtra.

# ACTVS QVINTVS.

## ATREVS.

*Exultans impius Atreus nefariam de fratre vindictam ſibi gratulatur, diriſque appoſitis dapibus de natorum ſanguine prœbendo deliberat.*

*Æqualis aſtris gradior, & cunctos ſuper*
*Altum ſuperbo vertice attingens polum.*
*Nunc* [1] *decora regni teneo, nunc ſolium patris.*
[2] *Dimitto ſuperos: ſumma votorum attigi.*
*Bene eſt; abunde eſt; jam ſat eſt* [3] *etiam mihi.*
*Sed cur ſatis ſit? pergam, & implebo patrem*
*Funere ſuorum:* [4] *ne quid obſtaret pudor,*
*Dies receſſit. perge, dum cœlum vocat.*

1 Iam denique rex, recepto ariete regni fato, ſup. ℣. 222. jam Deus mihi videor, poſtquam injurias plene ultus fuerim. 2 Dehinc non precibus fatigo, non votis ſolicito Deos, voti abunde compos. 3 *Emphatice.* & jam mihi ultionis cupientiſſimo. 4 Invitant ſublata cum luce verecundia tenebræ.

*Vtinam*

*Vtinam quidem tenere fugientes* [5] *deos*
*Poſſem, & coactos trahere, ut ultricem dapem*
*Omnes viderent! quod ſat eſt, videat* [6] *pater.*
*Etiam die nolente diſcutiam tibi*
[7] *Tenebras, miſeriæ ſub quibus latitant tuæ.*
*Nimis diu conviva ſecuro jaces*
*Hilarique vultu. jam ſatis menſis datum eſt,*
*Satiſque Baccho.* [8] *ſobrio tanta ad mala*
*Opus eſt Thyeſte.* [9] *turba famularis fores*
*Templi relaxa; feſta pateſiat domus.*
[10] *Libet videre, capita natorum intuens*
[11] *Quos det colores, verba quæ* [12] *primus dolor*
*Effundat, aut* [13] *ut ſpiritu expulſo ſtupens*
*Corpus rigeſcat. fructus hic operis mei eſt.*
[14] *Miſerum videre nolo, ſed dum fit miſer.*
*Aperta* [15] *multa tecta collucent face.*
[16] *Reſupinus ipſe purpuræ atque auro incubat,*
*Vino gravatum* [17] *fulciens lævâ caput,*
[18] *Eructat. ô me cælitum excelſiſſimum,*
*Regumque regem!* [19] *vota tranſcendi mea.*
*Satur eſt,* [20] *capaci ducit argento merum.*
*Ne parce potu, reſtat etiam nunc cruor*
[21] *Tot hoſtiarum. veteris* [22] *hunc Bacchi color*
*Abſcondet. hoc hæc menſa* [23] *claudatur ſcypho,*
*Miſtum ſuorum ſanguinem genitor bibat;*
*Meum* [24] *bibiſſet. ecce jam* [25] *cantus ciet,*
*Feſtaſque voces; nec ſatis menti imperat.*

5 Solem & cæteras ſtellas quæ Stoicis Dii, *aliis* faces & lampades Diis præviæ.
6 Thyeſtes.
7 Ignorantiæ tuæ, ut videas quam miſer ſis. ſup. ỷ. 785.
8 Qui mala ſua ἐμπαθεστέρως ſentiat vehementiuſque doleat quam ebrius.
9 O famuli, aperite fores templi vel domus feſtæ.
10 Nimium videre vellem, *I vvould faine ſee.*
11 Palleſcatne an rubeſcat.
12 Prima doloris apprehenſio, primus motus.
13 Velut expulſo: ſopitis ſc. ſenſibus, ut in animæ deliquio. 14 Miſerum jam factum non tam delectat videre quam ubi primum miſer fieri incipit. 15 Multis lucernis, quas in feſtis accendere mos fuit. 16 Iam ſatur & bene potus reclivis in lecto purpureis auroque intertextis ſtragulis ornato diſcumbit. 17 *Languidus in cubitum jam ſe conviva reponit.* 18 Præ ſaturitate & ingluvie ex veſcendi aviditate. 19 Etiam ultra votum felix ſum, plus quam optaram conſecutus. 20 Argenteo poculo majori vinum non dilutum ebibit. 21 Trium natorum tuorum. 22 Sanguis rubro vino miſtus non ſe prodet. 23 Cœnam clauſerunt veteres poculo quod *boni Genii vel dæmonis* appellabant. 24 Si potuiſſet. 25 Παροινεῖ, cantillat potus.

## THYESTES.

*Thyeſtis epulantis cantus: quo invitat ſe ad lætitiam, quam tamen mens ejus præſaga mali non admittit.*

PEctora longis hebetata malis,
*Iam ſollicitas ponite curas.*

*Fugiat* [26] *mœror, fugiatque* [27] *pavor,*
*Fugiat trepidi comes exilii*
*Triſtis egeſtas, rebuſque gravis*
*Pudor afflictis.* [28] *magis unde cadas,*
*Quam quo, refert.* [29] *magnum ex alto*
*Culmine lapſum, ſtabilem in plano*
*Figere greſſum: magnum, ingenti*
*Strage malorum preſſum, fracti*
*Pondera regni non* [30] *inflexa*
*Cervice pati; nec degenerem*
*Victumque malis,* [30] *rectum impoſitas*
*Ferre ruinas. ſed jam ſævi*
*Nubila fati pelle, ac miſeri*
*Temporis omnes dimitte notas:*
*Redeant vultus ad læta boni,*
*Veterem ex animo mitte* [31] *Thyeſten.*
Propriũ hoc miſeros ſequitur vitium,
[32] Nunquam rebus credere lætis.
Redeat felix Fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.
*Quid me revocas, feſtumque vetas*
*Celebrare diem? quid flere jubes*
*Nulla ſurgens dolor ex cauſa?*
*Quis me prohibet* [33] *flore recenti*
*Vincire comam?* [34] *prohibet, prohibet.*
*Vernæ capiti* [35] *fluxere roſæ;*
*Pingui* [36] *madidus crinis amomo*
*Inter ſubitos* [37] *ſtetit horrores;*
[38] *Imber vultu nolente cadit.*
*Venit in medias voces gemitus;*
*Mœror lacrymas amat aſſuetas.*
*Flendi miſeris dira cupido eſt.*
*Libet infauſtos mittere queſtus,*
*Libet & Tyrio* [39] *ſaturas oſtro*
*Rumpere veſtes. ululare libet.*
*Mittit luctus ſigna futuri*
*Mens, ante ſui præſaga mali.*
*Inſtat nautis fera tempeſtas,*
*Cum ſine vento tranquilla tument.*
[40] *Quos tibi vultus, quoſve tumultus*
*Fingis demens? credula præſta*
*Pectora fratri. jam quidquid id eſt,*

26 Ex præterito aut præſenti malos. 27 E futuro. 28 Quia felicem fuiſſe, miſerum. 29 Magni animi & fortis eſt, ubi quis è ſublimi rerum ſtatu deciderit, patienter adverſa tolerare.

30 Non ſuccumbente cervice, erecto animo.

31 Thyeſtæ, id eſt meam triſtitiam & mœrorem, quæ me quondam exulem accomitabantur.

32 Quia fortunæ varietatem edocti timent ne *honorum apicem rapax fortuna tollat, & ſuperbos vertat funeribus triumphos.*

33 Florum faſciculis, ſertis coroniſque capita revincti in conviviis potare ſoliti erant: primum quidẽ hederaceis, vid. Oed. ỳ. 414. & ex apio; mox myrteis, quippe quæ adſtringunt & vini exhalationes arcent; tum è roſis quæ & gravitatem capitis ſedant & potione æſtuantes refrigerant. Corona inſuper plenitudinis & libertatis ſymbolum feſtis conviviiſque competit, & capiti quod rationalis animæ ſedes. Neque me fugit lacertis etiam ſerta, cervicique τὰς πλέκτας ὑποθυμιάδας circumdediſſe ſolitos.

34 Neſcio quis dolor, aliquis certe prohibet.

35 Marceſcunt in capite. vel, deciderunt è capite.

36 Vnguentis delibuti veteres convivabantur cum valetudinis tum voluptatis cauſa amomo comas inungentes. 27 Inhorruit, *ſtans on end.*

38 Lacrymæ etiam nolenti excidunt *humor & in genas furtim labitur.*

39 Bis vel plene tinctas purpura Tyria. ſup. ỳ. 344.

40 Reprehendit ſuum dolorem & metum tanquam inanem.

*Vel ſine cauſa, vel*[41] *ſero times.*
[42] *Nolo infelix; ſed vagus intro*
*Terror oberrat; ſubitos fundunt*
*Oculi fletus, nec cauſa ſubeſt.*
*Dolor, an metus eſt?* [43] *an habet lacrymas*
*Magna voluptas?*

41 Sup. ỳ. 486.
42 Nollem quidem timere ſed, &c.
43 Habet ſane, quæ præ intenſo gaudio effluant, frigidas: quæ præ mœrore, calidas, Tolet. 2 de Anima. 4, 30.

## ATREVS. THYESTES.

*Atreus feſtivitatem ſimulans fratrem ad poculum invitat. Cupienti illi videre liberos quo plenius gauderet, oſtendit capita & palmas, & quid actum ſit aperit, hinc dolor, ira, convicia, execrationes ortæ.*

*FEſtum diem, germane, conſenſu pari*
*Celebremus: hic eſt ſceptra qui firmet mea,*
[1] *Solidamque pacis alliget certæ fidem.*
THY. *Satias dapis me, nec minus Bacchi tenet,*
*Augere cumulus hic voluptatem poteſt,*
*Si cum* [2] *meis gaudere felici datur.*
ATR. 3 *Heic eſſe natos crede in amplexu patris.*
*Heic ſunt, eruntque; nulla pars prolis tuæ*
*Tibi ſubtrahetur:* 3 *ora, quæ exoptas, dabo,*
4 *Totumque turba jam ſua implebo patrem.*
*Satiaberis, ne metue:* 5 *nunc miſti meis,*
*Iucunda menſæ ſacra juvenilis colant.*
*Sed accientur. poculum infuſo cape*
6 *Gentile Baccho.* THY. *Capio fraternæ dapis*
*Donum.* 7 *paternis vina libentur Deis,*
*Tunc hauriantur. Sed quid hoc?* 8 *non vult manus*
*Parere; creſcit pondus, & dextram gravat.*
*Admotus ipſis Bacchus à labris fugit,*
*Circaque rictus ore decepto effluit.*
*En, ipſa trepido menſa ſubſiluit ſolo.*
*Vix lucet* 9 *ignis. ipſe quin æther gravis*
*Inter diem noctemque* 10 *deſertus ſtupet.*
*Quid hoc? magis magiſque concuſſi labant*
*Convexa cœli.* 11 *ſpiſſior denſis coit*
*Caligo tenebris, noxque ſe in* 12 *noctem abdidit.*
*Fugit omne ſidus. quidquid eſt, fratri, precor,*

1 *Ambigue.* Thyeſt. de conciliatione intelligit, Atreus de cæſis nepotibus ſentit.
2 Liberis.
3 *Et hæc ambigue.*
4 Ventrem & oculos, corpus & mentem.
5 *Mentitur eos eſſe in convivio cum patruelibus.*
6 Gentis noſtræ proprium, quod nos admoneat conſanguinitatis & amoris. poculum φιλοτήσιον,
7 Laribus & familiæ Diis prima in feſtis conviviis libamina fiebant, effuſo in terram vini pauxillo, ut & dapum parte in focum injecta.
8 Præſagio mentis abominatus hauſtum, ſentit poculum gravius fieri & vinum quaſi refugere.
9 Cœnationi adhibitus, obſoniis ſubjectus.
10 A Sole, Luna, ſideribus.
11 Condenſantur ſolis tenebræ ſpiſſiores.
12 Naturali & uſitata tenebricoſiorem.

*[13] Gnatiſque parcat; omnis in vili [14] hoc caput*
*Abeat procella. redde jam gnatos mihi.*
ATR. *Reddam, & [15] tibi illos nullus eripiet dies.*
THY. *Quis hic tumultus viſcera exagitat mea?*
*Quid tremuit intus? ſentio impatiens onus,*
*Meumque gemitu non meo pectus gemit.*
*Adeſte nati, genitor infelix vocat:*
*Adeſte; viſis fugiet hic vobis dolor. (pater.*
*[16] Vnde obloquuntur?* ATR. *[17] Expedi amplexus*
*Venêre, gnatos ecquid agnoſcis tuos?*
THY. *Agnoſco [18] fratrem. ſuſtines tantum nefas*
*Geſtare tellus? non ad infernam [19] Styga*
*Te noſque mergis? [20] rupta & ingenti via*
*Ad chaos inane regna cum rege abripis?*
*Non tota ab imo tecta convellens ſolo*
*Vertis Mycenas? [21] ſtare circa Tantalum,*
*Avoſque noſtros, ſi quis intra [22] Tartara eſt,*
*Vterque jam debuimus. hinc compagibus*
*Et hinc revulſis huc tuam immani ſinu*
*Demitte vallem, noſque defoſſos tege*
*[23] Acheronte toto: noxiæ ſupra caput*
*Animæ vagentur noſtrum, & ardenti freto*
*[24] Phlegethon arenas igneus [25] tortas agens,*
*Exitia ſupra noſtra violentus fluat.*
*[26] Immota tellus pondus ignavum jaces?*
ATR. *[27] Recipe hoſce citius; liberis tandem tuis*
*Diu expetitis, nulla per fratrem eſt mora,*
*Fruere: oſculare: divide amplexus tribus.*
THY. *[28] Hoc fœdus? hæc eſt gratia? hæc fratris fides?*
*Sic odia ponis? non peto; [29] incolumes pater*
*Gnatos ut habeam: ſcelere quod [30] ſalvo dari*
*Odioque poſsit, frater hoc fratrem rogo;*
*[31] Sepelire liceat: redde, quod cernas ſtatim*
*Vri. [32] nihil te genitor habiturus rogo,*
*Sed perditurus.* ATR. *[33] Quidquid è gnatis tuis*

13 Meis, aut utriuſque.
14 Meum.
15 Vt qui jam in alimentum abierunt. *abitque petitum capita.*
16 Male præſagus videtur ſibi audire filios vocatos è viſceribus dare reſponſum.
17 *Redit Atreus & allata capita Thyeſti oſtendit.*
18 Te crudelem, impium, perfidum mihi ut ſemper fratrem.
19 Herc. Fu. ℣. 711.
20 Annon hiatu facto abſorbes Mycenas cum Atreo?
21 Amandari in eaſdem cum Tantalo pœnas, majoris ſceleris rei. ℣. 750. Herc. Fu.
22 Imam partem terræ, *vel* infra Tartara vide Her. Fu. ℣. 708. & ſupra ℣. 830.
23 Vide Agam. 13.
24 Sup. ℣. 73.
25 Al. leg. *totas*: Sunt qui pene auſint jurare ſcripſiſſe Senecam *toſtas*. 26 Non recedis ut Sol & ſidera, nec tantum ſcelus deteſtaris & ulciſceris? 27 *Sarcaſtice.* Nonnulli hoc excludunt, & recipiunt hoc Hemiſtichion *Fugere ſuperi.* 28 Itane ſimulaſti te odia depoſuiſſe rediiſſeque in gratiam? 29 Quod fieri non poſſe novi cum videam ipſorum capita. 30 Non ſublata vindicta & odio tuo. 31 Redde truncos ad ſepulturam. 32 Nihil quo fruar, ſed quod igne abſumam peto. 33 Quod abſumptum eſt habebis: quod aſſumptum eſt habes ſcilicet in ventre. *Hoc autem quid ſit nondum intelligit Thyeſt.*

*Super-*

*Supereſt, habebis: quodque non ſupereſt, habes.*
THY. *Vtrumne ſævis pabulum alitibus jacent?*
*An belluis ſervantur? an paſcunt feras?*
ATR. *Epulatus ipſe es impia gnatos dape.*
THY. *Hoc eſt* [34] *deos quod puduit! hoc egit diem*
*Averſum in ortus! quas miſer voces dabo,*
*Queſtuſque quos? quæ verba ſufficient mihi?*
*Abſciſſa cerno capita, & avulſas manus,*
*Et rupta fractis cruribus* [35] *veſtigia.*
[36] *Hoc eſt, quod avidus capere non potuit pater.*
*Volvuntur intus* [37] *viſcera, & clauſum,* [38] *nefas*
*Sine exitu luctatur, & quærit viam.*
*Da, frater, enſem.* [39] *ſanguinis multum mei*
*Habet ille. ferro liberis demus* [40] *viam.*
*Negatur enſis. pectora illiſo ſonent*
[41] *Concuſſa planctu.* [42] *ſuſtine, infelix, manum;*
*Parcamus umbris, tale quis vidit nefas?*
*Quis inhoſpitalis Caucaſi rupem aſperam*
[43] *Heniochus habitans? quiſque* [44] *Cecropiis metus*
*Terris Procruſtes? genitor en gnatos premo,*
[45] *Premorq; gnatis. ſceleris eſt aliquis modus?*
ATR. [46] Sceleri modus debetur, ubi facias ſcelus,
Non ubi reponas. *hoc quoque exiguum eſt mihi,*
*Ex vulnere ipſo* [47] *ſanguinem calidum in tua*
*Diffundere ora debui; ut viventium*
*Biberes cruorem.* [48] *verba ſunt iræ data;*
*Dum propero, ferro vulnera impreſſo dedi.*
*Cecidi ad aras, cæde votiva* [49] *focos*
*Placavi: &* [50] *artus, corpore exanimo amputans,*
*In parva carpſi fruſta: & hæc ferventibus*
*Demerſi ahenis: illa lentis ignibus*
*Stillare juſſi. membra, nervoſque abſcidi*

34 Solem & ſidera. *Agnoſcit jam miſer deliquii ſolaris cauſam.*
35 Pedes.
36 Sup. ỳ. 779.
37 Carnes natorum. ſupra 763.
38 Nefandus cibus.
39 Meorum lib. ſanguinem hauſit.
40 Qua exeant.
41 Pugnis & planctu dilaniata dabunt viam.
42 Sed planctu & verberibus abſtine. ne & natorũ ventri tuo ingeſtorum ſepulchro atque animabus vim facias. *& hoc in quibuſdam mſſ. lib. Atreo tribuitur.* Quod D. Heinſius apprime approbat hac ratione. Thyeſtes enim præ doloris impatientia, cum dari ſibi gladium à fratre petiiſſet, quo ſuorum ſaltem funeri, qui in patre erant ſepulti, viam faceret, ſimulque vitam eriperet ſibi, crudelis iſte ſarcaſtice, Miſer, inquit, caveid faxis. parce liberorum umbris. Ne tu manes eorum turbaveris; qui in iſto ſepulchro tam placide quieſcunt. 43 Popul. ferus juxta Colchos in monte Caucaſo ab Amphyo & Telchio Caſtoris & Pollucis ἡνιόχοις, id eſt, aurigis ortus. 44 Atticæ regionis (à Cecrope primo rege dictæ) terror Procruſtes latro, qui hoſpites ad lecti ſui menſuram vel longiores decurtabat vel breviores extendebat. 45 Ventrem quippe meum torquent. 46 Minori enim ſceleri major pœna debetur. 47 Natorum tuorum. 48 Dum vindictam nimis feſtinarem fraus facta eſt, id eſt, *non ad plenum ſatis feci ira mea.* 49 Deos Lares qui ad focos ſtant, vel quibus in focis ſacra fiunt. 50 Hæc ſupra ỳ. 763. Al leg. *corpora exanima.*

Viven-

51 Major fuiſſet vindicta ſi te patrem hæc facere coëgiſſem.
52 Non eſt adeptus expetitam ultionem.
53 Cum potuiſſem te ſciente hoc feciſſe.
54 Cum potuiſſem ex ipſo morientium vulnere ſanguinem calidum tibi in os infundere. ſup. ℣. 1051.
55 Sup. ℣. 890. ne videretis ſcelus tantum.
56 O Nox.
57 In rem veſtram, ne rerum ordo immutetur, vobis præ horrore fugientibus.
58 Sed illa fulminea manu qua perfregiſti tres montes Pelion, Oſſam, & Olympum, quos Gigantes Diis bellum indicentes congeſtos alios aliis ſuperſtruxerant. ℣. 970. Herc. Fur. & Herc. Oet. 847.

*Viventibus : gracilique trajectas veru*
[50] *Mugire fibras vidi, & aggeſſi manu*
*Mea ipſe flammas.* [51] *omnia hæc melius pater*
*Feciſſe potuit.* [51] *cecidit incaſſum dolor.*
*Scidit ore natos impio,* [53] *ſed neſciens,*
*Sed* [54] *neſcientes.* THY. *Cluſa litoribus vagis*
*Audite maria. vos dei audite hoc ſcelus,*
*Quocunque* [55] *diffugiſtis audite inferi.*
*Audite Terræ. Noxque Tartarea gravis*
*Et atra nube, vocibus noſtris vaca.*
[56] *Tibi ſum relictus. ſola tu miſerum vides,*
*Tu quoque ſine aſtris, vota non faciam improba,*
*Pro me nihil precabor. ecquod jam poteſt*
*Pro me eſſe? vobis vota proſpicient mea.*
*Tu ſumme cœli rector, ætheriæ potens*
*Dominator aulæ, nubibus totum horridis*
*Convolve mundum, bella ventorum undique*
*Committe: & omni parte violentum intona:*
*Manuque, non qua tecta & immeritas domos*
*Telo petis minori;* [58] *ſed qua montium*
*Tergemina moles cecidit, &* [59] *qui montibus*
*Stabant pares Gigantes; hac arma expedi,*
*Igneſque torque.* [60] *vindica amiſſum diem.*
*Iaculare flammas; lumen ereptum polo*
*Fulminibus* [60] *exple. cauſa, ne dubites diu,*
*Vtriuſque mala ſit: ſi minus; mala ſit mea.*
*Me pete:* [61] *triſulco flammeam telo facem*
*Per pectus* [62] *hoc tranſmitte. ſi gnatos pater*
*Humare, & igni tradere extremo volo,*
*Ego ſum cremandus.* [63] *ſi nihil ſuperos movet,*
*Nullumque telis impios numen petit;*
*Æterna nox permaneat. & tenebris tegat*
*Immenſa longis ſcelera. nil Titan queror,*
*Si perſeveras.* [64] ATR. *Nunc meas laudo manus,*
*Nunc parta vera eſt palma. perdideram* [65] *ſcelus,*
*Niſi ſic doleres: liberos naſci* [66] *mihi*

59 *Cœlo capita alta ferentes Abietibus juvenes patriis & montibus æquos.* Æneid. 3, & 9. 60 Compenſa. *Make good.* 61 Fulmine quod ſcindit, comburit, afflat. ſubtili, urenti, fuliginoſo. vide Herc. Oet. ℣. 1993. 62 In quo filii conduntur. 63 Deus *nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira.* Ex Epicur. & Protagoræ mente. 64 Fugere & latere. 65 Delectationem meam ex hoc ſcelere. 66 Inſultatio confidentiæ plena.

*Nunc*

*Nunc credo; caſtis nunc fidem reddi toris.*
THY. *Quid liberi meruere?* ATR. *Quod fuerant tui.*
THY. [67] *Gnatos parenti?* ATR. *Fateor; & quod me juvat,*
[68] *Certos.* THY. *piorum* [69] *præſides teſtor deos.*
ATR. [70] *Quid conjugales?* THY. *ſcelere quis penſat ſcelus?*
ATR. *Scio quid queraris. ſcelere prærepto doles:*
[71] *Nec quod nefandas hauſeris, tangit, dapes:*
*Quod non pararis. fuerat hic animus tibi*
*Inſtruere ſimiles inſcio fratri cibos,*
*Et adjuvante* [72] *liberos* [73] *matre aggredi,*
*Similique leto ſternere.* [74] *hoc unum obſtitit,*
*Tuos putaſti.* THY. *vindices aderunt dei:*
*His puniendum vota te tradunt mea.*
ATR. *Te puniendum* [75] *liberis trado tuis.*

67 *Sup.* edendos appoſuiſti? 68 Quos tu non dubitaſti tuos eſſe, ſicut ego de meis propter te dubito an mei ſint. 69 Iovem ἱκετήσιον & Deos præſides vindiceſque piorum natorum. 70 Cur non potius teſtaris conjugales quos adulterio violâſti? *Ironice.* de conjugalibus Diis vid. Medeam ℣. 1. 71 Nec tam doles quod has dapes abſumpſeris, quam quod mihi non appoſueris. 72 Meos. 73 Ærope uxore mea quam corrupiſti. 74 Et feciſſes niſi putaſſes illos eſſe tuos filios. 75 Qui nulli jam, *vel* qui à te comeſi. ℣. 1047.

# THEBAIS.

## DRAMATIS PERSONÆ.

OEDIPVS. ANTIGONE.
NVNCIVS. IOCASTA.
POLYNICES.

## *ARGVMENTVM.*

Oedipus, ſibi oculis, ubi ſcelus ſuum (de quo vide argumentum Oedipi) agnoviſſet, erutis, in exilium ſpontaneum profectus amolitur à ſe filiam Antigonen. quæ patri vitales auras pertæſo ducem ſe viæ offert, utque mortis cupidinem deponat, multis precibus orat, tandem exorat. Cujus interea filios Eteoclem & Polynicem, violato regnandi per vices fœdere, impia moventes arma, incaſſum laborat mater Iocaſta in gratiam reducere. *Deſunt mutilæ huic tragœdiæ cætera.*

## ACTVS PRIMVS.

### OEDIPVS. ANTIGONE.

*Oedipum ab inſtituta morte ſuadet perſuadetque filia Antigone, dux patris cæci.*

*CÆci parentis regimen, ac feſſi unicum*
*Patris levamen, gnata, ¹ quam tanti eſt mihi*
*Genuiſſe vel ſic; deſere infauſtum patrem.*
*In recta quid deflectis ² errantem gradum?*
*Permitte labi. melius inveniam viam –*
*Quam quæro ſolus, quæ me ab hac vita extrahat,*
*Et hoc nefandi capitis aſpectu levet*
*Cœlum atque terras, ³ quantulum hac egi manu?*
*Non video noxæ conſcium noſtræ diem:*
*Sed videor. hinc jam ſolve inhærentem manum,*
*Et patere ⁴ cæcum, qua volet, ferri pedem.*
*Ibo, ibo, quà prærupta protendit juga*
*⁵ Meus Cithæron; qua peragrato celer*
*Per ſaxa monte jacuit ⁶ Actæon, ſuis*
*Nova præda canibus; qua per obſcurum nemus,*
*Sylvamque opacæ vallis ⁷ inſtinctas deo*

1 Quam adeo piam, *vel*, per parricidium & ex inceſtu genuiſſe precium ſit.
2 Errare malentem.
3 Quaſi dicat, paululum vel nihil potius profeci me mea ſolum excæcando manu, & vitæ parcendo: nam quamvis diem ſceleris mei conſcium non videam, videor tamen.
4 Mei cæci.
5 Mons prope Thebas ſub meo quondam imperio, *vel*, in quo ego quamprimum natus ſum expoſitus eram. inf. ℣. 203.
6 Venator, in cervum à Diana quam nudam videret mutatus atque à canibus ſuis devoratus.
7 Bacchi furore percitas.

*[8] Egit ſorores mater, & [9] gaudens malo,*
*[10] Vibrante thyrſo prætulit fixum caput;*
*[11] Vel qua cucurrit corpus inviſum trahens*
*[12] Zethi juventus, qua per horrentes rubos*
*Tauri ferocis ſanguis oſtentat fugas;*
*[13] Vel qua alta maria vertice immenſo premit,*
*[14] Inoque præceps qua [15] ſcelus fugiens ſuum,*
*Novumque faciens, mater inſiluit freto*
*[16] Merſura gnatum, ſeque. felices, quibus*
*Fortuna melior [17] tam bonas matres dedit!*
*Eſt alius iſtis noſter in ſilvis locus,*
*Qui me repoſcit; hunc petam curſu incito:*
*Non hæſitabit greſſus, hoc omni duce*
*Spoliatus ibo. quid moror [18] ſedes meas?*
*Montem Cithæron redde, & hoſpitium mihi*
*Illud meum reſtitue, ut exſpirem ſenex,*
*Vbi [18] debui infans. recipe ſupplicium vetus*
*Semper cruente, ſæve, crudelis, ferox,*
*Cum [19] occidis, & cum [20] parcis. olim jam tuum*
*Eſt hoc cadaver. perage mandatum [21] patris,*
*Iam & matris. animus geſtit antiqua exequi*
*Supplicia. quid me, gnata, [22] peſtifero tenes*
*Amore vinctum? quid tenes? [23] genitor vocat.*
*Sequor, ſequor. jam parce. [24] ſanguineum gerens*
*Inſigne regni Laius [24] rapti furit.*
*Et ecce [25] inanes manibus infeſtis petit*
*Foditque vultus. [26] gnata, genitorem vides?*
*Ego video. [27] tandem ſpiritum inimicum exue,*
*Deſertor anime, fortis in partem tui,*

8 Agave Penthei mater & Bacchæ filium ejus Pentheum diſcerpſerunt.
9 Furore Bacchico percita vitulum eſſe putans, qui ſuus erat filius.
10 Caput Penthei præfixum ferebat haſtæ pampinis involutæ.
11 Herc. Fu. ℣. 915.
12 Qua Zethus juvenis. *Helleniſmus* ut ἡ ſeu μένος Ἀλκινόοιο, cum fratre Amphione taurorum caudis alligatum traxerunt per rubos corpus inviſum Dirces. inf. ℣. 126. vel lege *Iuvencus* i. e. taurus cui alligavit Zethus Dircen Oed. ℣.610.

13 Lipſius & Ioſ. Scaliger, hunc verſum poni volunt poſt duodecimum. *Ibo, ibo*, &c. ſupra. 14 Vnde Ino maritum Athamanta, qui furore correptus Learchum alterum è filiis ſaxo illiſerat, fugiens ſe cum altero filio in mare præcipitavit. 15 Cauſata privignos Phryxum & Hellen apud patrem cui illos perſequenti Iuno furias immiſit ut Learchum occideret. 16 Merſura Melicertam alium filium ſeque. 17 Quæ filios interficiebant. quod utinam & mihi contigiſſet, nec vixiſſem futurus parricida, inceſtus, &c. 18 Inf. ℣.243. 19 Vt Actæona, Penthea, Dircen alioſque in Orgiis. 20 Vt mihi cui tum infanti multo melius mori fuiſſet. 21 Olim quidem patris de parricidio admoniti oraculo, ſed & jam matris, quæ mihi necem imprecatur propter inceſtum. 22 Qui me invitum in vita manere cogat. 23 Meus. ſc. Lajus à me occiſus. cujus umbram ex phantaſia audire videreque videtur. 24 A me per ſanguinem rapt. 25 Evulſis ſc. oculis. 26 Non tu, inquit, ô filia patrem meum vides? Certe ego. Ille enim ut ℣.39. genitorem videre per phantaſiam videtur. Age anime, vita & ſpiritu tandem te priva, quem pater repetit. 27 O anime puſille, qui imperium & inſtitutam mortem detrectas, fortis in partem tui. ſc. oculos, mandata exequere & tandem in totum me deſere.

Omitte pœnas languidas longa mora,
[28] Mortemque totam recipe. quid ſegnis traho?
Quid vivo? nullum facere jam poſſum ſcelus.
Poſſum miſer, prædico, diſcede à patre;
Diſcede [29] virgo. timeo poſt matrem omnia.
AN. Vis nulla, genitor, à tuo noſtram manum
Corpore reſolvet. nemo me comitem tibi
Eripiet unquam. [30] Labdaci claram domum,
Opulenta ferro regna [31] germani petant;
Pars ſumma patris optimi è regno, mea eſt
Pater ipſe. non hunc auferet [32] frater mihi,
Thebana rapto ſceptra qui regno tenet;
Non hunc catervas [33] alter Argolicas agens.
Non ſi revulſo Iupiter mundo tonet,
Mediumque noſtros fulmen [34] in nexus cadat,
Manum hanc remittam, prohibeas, genitor, licet:
Regam abnuentem, dirigam invitum gradum.
In plana tendis? vado. prærupta expetis?
Non obſto, ſed præcedo. quo vis utere
Duce me: [35] duobus omnis eligitur via.
Perire ſine me non potes; mecum potes.
Heic alta rupes arduo ſurgit jugo,
Spectatque longe ſpatia ſubjecti maris.
Vis hanc petamus? nudus heic pendet ſilex;
Heic ſciſſa tellus faucibus ruptis hiat.
Vis hanc petamus? heic rapax torrens cadit,
Parteſque lapſi montis exeſas rotat.
In hunc ruamus: dum prior, quo vis, eo;
[36] Non deprecor, non hortor. extingui cupis,
Votumque, genitor, maximum mors eſt tibi?
Si moreris, antecedo: ſi vivis, ſequor.
Sed flecte mentem; pectus antiquum advoca;
Victaſque magno pectore ærumnas doma.
Reſiſte, tantis in malis vinci malum eſt.
OE. [37] Vnde in nefanda ſpecimen egregium domo?
Vnde iſta generi virgo diſſimilis ſuo?
Fortunæ, credis? aliquis eſt ex me pius?
Non eſſet unquam (fata bene novi mea)

28 Metaph. à gladiatoribus.
29 Dum virgo &c. ne & te violem ut matrem.
30 Regnum Thebanum, Labdacus autem erat pater Laji.
31 Fratres mei Polynices & Etheocles.
32 Etheocles qui regnum contra fœdus & pactam fidem occupat.
33 Polynices exercitum ducens ſoceri ſui Adraſti regis Argivorum contra fratrem.
34 In dextram meam quæ te tenet.
35 Tibi non ſine me. Ioſ. Scaliger legit. *quovis vertero Duc è duobus. omnis eligitur via.* x Elige è duobus, ſive in plana, ſive in præceps. omnis via mihi eligitur. Lipſius leg. *quovis vertere Duce me, duobus omnis eligitur via.* Age te & verte quo voles ſed non ſolus. In te uno duo peribunt aut vivent.
36 In utrumque parata; non ſuadeo, non diſſuadeo.
37 Vnde tantæ pietatis ſpecimen in domo impia?

38 Niſi

*Niſi ut noceret.*[39] *ipſa ſe in leges novas*
*Natura vertet; regeret in fontem citas*
*Revolutus undas amnis; & noctem afferet*
[40]*Phœbea lampas; Heſperus faciet diem.*
*Vt ad miſerias aliquid accedat meas;*
*Pii quoque erimus. unica Oedipodæ eſt ſalus;*
*Non eſſe ſalvum. liceat ulciſci patrem*
*Adhuc inultum. dextra quid ceſſas iners*
*Exigere pœnas?* [41] *quidquid exactum eſt adhuc,*
*Matri dediſti. mitte genitoris manum,*
*Animoſa virgo:* [42] *funus extendis meum,*
*Longaſque*[41] *vivi ducis*[42] *exequias patris.*
*Aliquando terra corpus inviſum tege.*
*Peccas*[43] *honeſta mente: pietatem vocas,*
*Patrem inſepultum trahere. qui cogit mori*
*Nolentem*[44] *in æquo eſt, quique properantem impedit.*
Occidere eſt, vetare cupientem mori.
*Nec tamen in æquo eſt.* [45] *alterum gravius reor,*
*Malo imperari, quam eripi mortem mihi.*
*Deſiſte cœpto, virgo. jus vitæ ac necis*
*Meæ penes me eſt.* [46] *regna deſerui libens,*
*Regnum*[47] *mei retineo. ſi fida es comes,*
*Enſem parenti trade; ſed*[48] *notum nece*
*Enſem paterna. tradis? an gnati tenent*
*Cum regno & illum; faciet, ubicunque eſt, ſcelus.*
*Ibi ſit. relinquo. gnatus hunc habeat meus,*
*Sed uterque. flammas potius, & vaſtum aggerem*
*Compone. in altos ipſe me immittam rogos.*
*Erectam ad ignes funebrem adſcendam ſtruem,*
*Pectuſque ſolvam durum, & in cineres dabo*
*Hoc quidquid in me vivit. ubi ſævum eſt mare,*
*Duc; ubi ſit altis prærutum ſaxis jugum,*
[49]*Vbi torta rapidus ducat Iſmenos vada;*
*Duc, ubi feræ ſint, ubi fretum, ubi præceps locus,*
*Si dux es. illuc ire morituro placet,*
*Vbi ſedet alta rupe ſemifero dolos*

38 Quod facit illa, mortem meam remorando.
39 Omnia præpoſtera fient; & quod omnium maxime naturæ contrarium eſt, ego ipſe quoque pius ero, ut miſerior ſim & nocentior.
40 Phœbus. Sol.
41 Erui oculos expiaturus ſcelus in matrem, quæ oculis placebat meis.
42 Qui jam dudum mortuus ſum. *Ille enim die nocens moritur quo peccat.*
43 Dum pia & officioſa eſſe velis.
44 Æque peccat. *Invitum qui ſervat idem facit occidenti.*
45 Vt nolentem cogat quis vivere.
46 Thebana, externa, aliorum.
47 Animi & voluntatis meæ.
48 Quo patrem Lajum occidi.
49 Ianus Gruterus leg. *ubi torva rapidus ducat Iſmenos vada.* Et vult authorem heic per figuram tribuere vadis, quod debebat Iſmeno; eleganterque *torvus Iſmenus ducat rapida vada*, cum pingantur fluvii fronte taurina; quæ ſolenniter torva. Iſmenus eſt fluvius Bœotiæ.

*[50] Sphinx ore nectens. dirige huc greſſus pedum,*
*Heic ſiſte patrem. dira ne ſedes vacet.*
*Monſtrum repone majus. hoc ſaxum inſidens*
*Obſcura noſtræ verba fortunæ loquar,*
*Quæ nemo ſolvat. [51] quiſquis Aſſyrio loca*
*Poſſeſſa regi [53] ſcindis, [& Cadmi nemus*
*[54] Serpente notum, ſacra quo [55] Dirce latet,*
*Supplex ad aras quiſquis [56] Euroten bibis;*
*Spartenque [57] fratre nobilem [57] gemino colis;*
*Quicumque [58] Elim, [59] Parnaſon,] & Bœotios*
*Colonus agros uberis tondes ſoli;*
*Adverte mentem: [60] ſæva Thebarum lues*
*Luctifica cæcis verba committens modis,*
*Quid ſimile poſuit? quid tam inextricabile?*
*[61] Avi gener, patriſque rivalis ſui,*
*Frater ſuorum liberûm, & fratrum parens;*
*Vno avia partu liberos peperit viro,*
*Ac ſibi nepotes. monſtra quis tanta explicet?*
*Ego ipſe, victæ ſpolia qui Sphingis tuli,*
*Hærebo, fati tardus interpres mei.*
*Quid perdis ultra verba? quid pectus ferum*
*Mollire tentas precibus? hoc animo ſedet,*
*Effundere hanc cum morte luctantem diu*
*Animam, & tenebras petere. nam ſceleri hac meo*
*Parum alta [62] nox eſt. [63] Tartaro condi juvat,*

50 Monſtrum facie virginis, corpore volucris, pedibus leonis, quod in monte Sphincio prope Thebas reſidens viatoribus terror erat, nec habiturum finem, priuſquam ænigma ab eo propoſitum quis ſolviſſet. Scilicet quodnam animal mane quadrupes, meridie bipes, veſperi tripes eſſet. Quod Oedipus tandem de hominis infantia, juventute, ſenio interpretatus Sphingi perniciem, ſibi Iocaſtam cum imperio Thebano præmium (Iocaſtæ fratre Creonte proponente) tulit, trifaria autem Sphingis fabula: *vel* monſtrum fuiſſe ex dicta fabula, *vel* maritimam fuiſſe manum, quæ cum duce effera quadam muliere Bœotiæ montem occupaſſet, ab Oedipo delata eſt? *vel* denique notham fuiſſe filiam Laji edoctam à patre oraculum de ſucceſſione filiorum, quod ubi Oedipus ſolviſſet illa rejecta Oedipo regnum debitum traditum. 51 Quatuor hos verſus tanquam νοθεύοντας ejicit Ioſ. Scaliger legitque *Poſſeſſa regi ſcindis & Bœotios Colonus, &c.* D. Heinſius tanquam corruptos ſic emendat *Sacra quod Dirce lavat Supplex adoras; quiſquis Euroten bibis, Spartamque fratre nobilem gemino colis, Quique Elin & Parnaſſon.* Sed videſis Clariſſ. Iani Rutgerſii Var. lect. 3. l. 2. ubi contra quam ſentit Scaliger, aſſertum erat verſus iſtos doctiſſim. Rutgerſius, legitimaque ratione pro legitimis adſtruat. 52 Cadmo ex Aſſyria advenæ miſſo quæſitum ſororem Europam ab Agenore patre, Phœnicum rege. 53 Arando ſecas. 54 Herc. Fu. ℣. 392. 55 Dircen Lycus rex Thebarum Antiona repudiata duxit, quæ Antiopiam à Iove in Satyrum converſo gravidam in vincula conjecit, quibus illa commiſeratione exuta in Cithæronem confugit ubi Amphiona & Zethum peperit, qui adulti Lycum interfecerunt & Dircen taurorum caudis alligatam per ſentes raptarunt, quæ tandem in fontem converſa eſt. 56 Flu. prope Lacedæmona. 57 Caſtore & Polluce. 58 Vrbem Arcadiæ. 59 Montem Phocidos. 60 An Sphinx ipſa tam obſcurum ænigma propoſuit quam hoc meum eſt. 61 Hæc Oedipi nuptiis competunt, *durius tamen dicitur patris mortui rivalis.* 62 Oculorum erutorum. 63 Hippol. ℣. 841.

*Et ſi quid ultra Tartarum eſt. tandem libet,*
*Quod [64] olim oportet. morte prohiberi haud queo.*
*Ferrum negabis? noxias lapſo vias*
*Cludes? & arctis colla laqueis inſeri*
*Prohibebis? herbas, quæ ferunt lethum, auferes?*
*Quid iſta tandem cura proficiet tua?*
Vbique mors eſt. *optime hoc cavit Deus.*
Eripere vitam nemo non homini poteſt;
At nemo mortem. [65] mille ad hanc aditus patent.
*Nil quæro. dextra noſter & nuda ſolet*
*Bene animus uti. dextra nunc toto impetu,*
*Toto dolore, viribus totis veni.*
[65] *Non deſtino* [63] *unum vulneri noſtro locum:*
*Totus nocens ſum. qua voles, mortem exige.*
*Effringe corpus corque tot ſcelerum capax*
*Evelle. totos viſcerum nuda ſinus.*
*Fractum incitatis ictibus guttur ſonet;*
*Laceræve fixis unguibus venæ fluant.*
*Aut dirige iras, quo ſoles. hæc vulnera*
*Reſciſſa multo ſanguine ac tabe irriga.*
*Hac extrahe animam, duram, inexpugnabilem.*
*Et tu, parens, ubicunque pœnarum arbiter*
*Adſtas mearum (non ego hoc tantum ſcelus*
*Vlla expiari credidi pœna ſatis*
*Vnquam, nec iſta morte contentus fui,*
*Nec me redemi parte:* [67] *membratim tibi*
*Volui perire) debitum tandem exige:*
*Nunc ſolvo pœnas;* [69] *tunc tibi inferias dedi:*
*Ades, atque inertem dexteram introrſus preme,*
*Magiſque merge. timida tum parvo* [69] *caput*
[70] *Libavit hauſtu, vixque cupientes ſequi*
*Eduxit oculos.* [71] *hæret etiam nunc mihi*
[72] *Ille animus, hæret; cum recuſantem manum*
*Preſſere vultus.* [73] *audias verum, Oedipe:*
[74] *Minus eruiſti lumina audacter tua,*
*Quam præſtitiſti. nunc manum cerebro indue.*

64 Infra ỷ. 258.
65 Patent undique ad libertatem à neceſſitate vivendi viæ multæ, breves, faciles, inedia, capitis in parietem illiſio, ſpiritus retentio, &c. Notum eſt illud Martial. epigr. de Bruti Porcla.
66 Vt in oculis eruendis.
67 Paulatim per membrorum aliorum poſt alia amiſſionem.
68 Oculorum ſanguinis libamen, veluti inferias umbræ tuæ, ſunt autem *inferiæ* ſacra quæ Diis manibus *inferuntur*, unde & nomen iis inditum, ad placandas ſc. defunctorum animas tumulis ſuperfuſa. Græcis χοαὶ, infundebant autem lac, mel, aquam, vinum, oleum. *Inferimus tepida ſpumantia cymbia lacte*, quin & flores ſpargebant. vide Troad. 374.
69 Oculos è capite. 70 Thyeſt. ỷ. 981. 71 Nec fortiter peragit inſtitutum. 72 Qui erat mihi timide oculos eruenti. 73 Quod ſi verum dicam, animo non ſatis magno oculos evulſi mihi. 74 Dan. Heinſius ſic diſtinguit: *Minus eruiſti lumina audacter tua, Quam præſtitiſti, nunc manum cerebro indue.* Hactenus commodaſti manum tantum ipſe tibi. —— Nunc ea utere.

*Hac parte mortem perage: qua*[75] *cœpiſti mori.*
AN. *Pauca, ô parens magnanime, miſerandæ precor*
*Vt verba gnatæ mente placata audias.*
*Non te ut reducam veteris ad*[76] *ſpecimen domus,*
*Habitumque regni*[77] *flore pollentem inclyto,*
*Peto; aſt ut iras,*[78] *tempore aut ipſa mora*
*Fractas, remiſſo pectore ac placido feras.*
*Et hoc decebat roboris tanti virum,*
*Non eſſe ſub dolore: nec victum malis*
[79] *Dare terga.* [80] non eſt, *ut putas*, virtus, *pater*,
Timere vitam, ſed malis ingentibus
Obſtare, nec ſe vertere, ac retro dare.
[81] Qui fata proculcavit, ac vitæ bona
Projecit, atque abcidit, & caſus ſuos
Oneravit; [82] ipſi, ceu deo, nullo eſt opus
[83] Quare ipſe mortem cupiat, aut quare petat.
*Vtrumque timidi eſt velle.* [84] contempſit mori,
Qui non cupiſcit. [85] cujus haud ultra mala
Exire poſſunt, in loco tuto eſt ſitus.
*Quis jam Deorum (velle fac) quidquam poteſt*
*Malis tuis adjicere? jam nec tu potes,*
*Niſi hoc, ut eſſe te putes dignum nece.*
*Non es; nec ulla pectus hoc culpa attigit.*
*Et hoc magis te, genitor, inſontem voca,*
*Quod*[86] *innocens es, Diis quoque invitis. quid eſt*
*Quod te efferarit; quod novos ſuffixerit*
*Stimulos dolori? quid te ad infernas agit*
*Sedes? quid ex his pellit?*[87] *ut careas die?*
*Cares.*[88] *ut altis nobilem muris domum,*
*Patriamque fugias? patria tibi vivo periit.*
*Gnatos fugis, matremque? ab aſpectu omnium*
*Fortuna te ſummovit: & quidquid poteſt*
*Auferre cuiquam mors, tibi hoc vita abſtulit.*
*Regni tumultus turba fortunæ prior*

75 Pro cœpiſti, Alii leg. *Qua cœpi mori.* Sed quia ſemet veluti alium alloquitur Oedipus; minus placet.
76 Decus inſigne.
77 Inclyte florentem.
78 Quod etiam ſæpe imbecillis animi eſt medicina.
79 Metaph. ab ignavis militibus cedere, fugere.
80 *Mori enim fugientem paupertatem vel amorem non eſt fortitudinis ſed ignaviæ.*
81 Qui mortem ſpernit, qui res proſperas abjecit, adverſas perferendas ſuſcepit; ille ſane mortem & vitam ex æquo habet, & quærenti cur, cum mors à vita nihil differat, non moriatur: reſpondebit cum Thalete; ob hoc ipſum, quia nihil differt. 82 Ipſe nulla re indiget, tanquam Deus, ἀνενδεὴς eſt. Al. leg. *ceu video.* Dan. Heinſius vero novam inducit lectionem: *ipſi ſævitia nulla eſt opus, &c.* 83 Cur ipſe *cupiat*. i. optet ut mors ultro veniat, aut *petat*. i. vi illam ſibi inferat: ut Virgilius. *Pulchramque petunt per vulnera mortem.* Ioſ. Scaliger hunc ℣. interrogatorie legit. 84 Non vult mori qui optat. hic mortis fructus eſt, optare deſinere. 85 Deinde cujus miſeriæ non poſſunt majores fieri, non eſt cur morte illas fugere velit. 86 Per ignorantiam, neque enim nocens eſt qui ſponte non eſt nocens. 87 An ut luce careas? jam cares, à te ipſo excæcatus. 88 An ut patriam fugias? jam es in ea nec es, vivum cadaver.

*Ab-*

*Abſceſſit ante* [89] *juſta. quem, genitor, fugis?*
OED. *Me fugio; fugio conſcium ſcelerum omnium*
*Pectus,* [90] *manumq; hanc fugio, & hoc cœlū, & deos;*
*Et dira fugio ſcelera, quæ feci.* [91] *nocens*
*Ego hoc ſolum, frugifera quo ſurgit Ceres,*
*Premo? has ego auras ore peſtifero traho?*
*Ego laticis hauſtu ſatior? aut ullo fruor*
[92] *Almæ parentis munere? ego* [93] *caſtam manum*
*Nefandus, inceſtificus, execrabilis*
*Attrecto? ego ullos aure concipio ſonos,*
*Per quos* [94] *parentis nomen, aut* [94] *gnati audiam?*
*Vtinam quidem reſcindere has quirem* [95] *vias,*
*Manibuſque adactis omne, quo voces meant,*
*Adituſque verbis tramite anguſto patet,*
*Eruere poſſem, gnata: jam ſenſum tui,*
*Quæ* [96] *pars meorum es criminum, infœlix pater*
*Fugiſſem. inhæret ac recrudeſcit nefas*
*Subinde; & aures ingerunt quidquid mihi*
*Negaſtis oculi. cur caput tenebris grave*
*Non mitto ad umbras Ditis æternas? quid heic*
[97] *Manes meos detineo? quid terram gravo?*
*Miſtuſque ſuperis erro? quid reſtat mali?*
*Regnum, parentes, liberi,* [98] *virtus quoque,*
*Et* [99] *ingenii ſolertis eximium decus*
*Periere. cuncta ſors mihi infeſta abſtulit.*
*Lacrymæ ſupererant.* [1] *has quoque eripui mihi.*
*Abſiſte. nullas animus admittit preces,*
*Novamque pœnam ſceleribus quærit parem.*
*Et eſſe par quæ poterit?* [2] *infanti quoque*
*Decreta mors eſt. fata quis tam triſtia*
*Sortitus unquam? videram nondum diem,*
*Vterique nondum ſolveram cluſi moras;*
*Et jam timebar.* [3] *protinus quoſdam editos*

89 Funus, exequias, id eſt, ante mortem. tibi vivo.
90 Quæ patrem occidit.
91 Rectiſſime ita diſtinguit Clariſſ. Scriverius. cum prius corrupte conciperetur.
92 Terræ, quæ fructibus ſuis omnes alit.
93 Tuam.
94 Vtrumque nomen mihi horrendum; *parentis*, qui liberos ſuſceperim ex matre; *gnati*, qui patrem occiderim.
95 Senſorii auditus meatus, & organa, ſive nervus ſit cum tympano, ſive myrinx, ſive aër innatus.
96 Ex inceſtu meo nata.
97 Animam meam jamdudum inferis debitam.
98 Fortitudo mea quæ veteribus ſola virtus dicebatur, ἀνδρεία ab ἀνὴρ, ut virtus à viro.
99 Quo Sphyngis ænigma ſolvi.
1 Erutis oculis. an & cum his lacrymas?
2 Pater meus Lajus ab oraculo præmonitus fore ut manu filii periret, me ut primum natus ſum feris exponendum ſervo tradidit. is me perforatis plantis ad arborem ſuſpendit, ubi à paſtore Polybi Corinthiorum regis Phorbante inventus ſervatuſque Meropæ reginæ donatus ſum, quæ me pro ſuo habuit. ego autem ubi idem conſulto oraculo accepiſſem, Corintho profugiens, ne deputativum patrem Polybum aliquando interficerem, Phocidem adveni, ubi in trivio de via contendens patrem inſcius interfeci. Oedip. 280, & 782.
3 Quamprimum editi ſunt, perimuntur aliqui; ego nondum natus morti addictus ſum.

*Nox occupavit, & nova luci abſtulit.*
*Mors me anteceſſit.* [4] *aliquis intra viſcera*
*Materna lethum præcocis fati tulit:*
*Sed numquid & peccavit? abſtruſum, abditum,*
[5] *Dubiumque an eſſem, ſceleris infandi reum*
*Deus egit. illo teſte damnavit parens,*
*Calidoque teneros* [6] *tranſtulit* [7] *ferro pedes,*
*Et in alta nemora pabulum miſit feris,*
*Avibus & avidis, quas Cithæron noxius*
[8] *Cruore ſæpe* [8] *regio attractas alit.*
*Sed quem* [9] *Deus damnavit, abjecit pater,*
*Mors quoque refugit. præſtiti* [10] *Delphis fidem.*
*Genitorem adortus impia ſtravi nece.*
[11] *Hoc alia pietas redimet? occidi patrem,*
*Sed matrem amavi. proloqui* [12] *hymenæum pudet,*
[13] *Tedaſque noſtras.* [14] *has quoque invitum pati*
*Te coge* [14] *pœnas. facinus ignotum, efferum,*
*Inuſitatum effare, quod populi horreant,*
*Quod eſſe factum nulla non ætas neget,*
*Quod* [15] *patricidam pudeat. in patrios toros*
*Tuli paterno ſanguine aſperſas manus;*
*Sceleriſque precium majus accepi ſcelus.*
*Leve eſt paternum facinus. in thalamos meos*
*Deducta mater, ne parum ſcelerum foret,*
[16] *Fecunda. nullum crimen hoc majus poteſt*
*Natura ferre. ſi quod etiamnum eſt tamen;*
[17] *Qui facere poſſent, dedimus. abjeci necis*
*Pretium paternæ ſceptrum, & hoc iterum manus*
*Armavit alias. optime* [18] *regni mei*
*Fatum ipſe novi: nemo ſine* [19] *ſacro feret*
*Illud cruore. magna præſagit mala*
*Paternus animus. jacta jam ſunt ſemina*
*Cladis futuræ. ſpernitur* [20] *pacti fides.*
[21] *Hic occupato cedere imperio negat:*

4 Alii in utero moriuntur, an forte quia peccaturi, ut ego?
5 Embryonem.
6 Alii, *tranſſulit.*
7 Gladio, ſeu ſubula.
8 Vt Actæonis & Penthei.
9 Apollo edito oraculo.
10 Oraculo Delphico.
11 Ironice.
12 Nuptias ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν τὸν νυμφίον καὶ τὴν νύμφην. *Vel* à membranula illa quæ virginibus in primo Veneris aditu rumpitur. *alii* ad hiſtoriam de Hymenæo quodam Argivo referunt, & ab ejus (quod virginibus Atticis à Pelaſgis raptis præſtiterat) ſubſidio inſtitutum ferunt hymnum qui Hymenæus dicitur, qualis Romanis Thalaſſio. 13 Faces quinque, in nuptiis adhibitas, ut & in ſacris, è teda arbore de larium genere, è qua ſuccus pice liquidior. *Angl. Tarre.* Vide infra ℣. 507. 14 Vt audias quod meminiſſe horret. 15 Emphatice. 16 Quatuor enim Oedipo peperit liberos: maſcul. Eteoclem, Polynicem: fœmin. Antigonen, Iſmenen. 17 Filios, qui ſcientes peccare velint. 18 Herc. Fu. ℣. 385. 19 Execrando, impie fuſo. 20 Vt alternis annis regnarent. 21 Eteocles, ſup. ℣. 56.

*Ius*[22] *ille, & icti*[23] *fœderis teſtes Deos*
*Invocat, & Argos exul, atque urbes movet*
*Grajas in arma, non levis feſſis venit*
*Ruina Thebis. tela, flammæ, vulnera*
*Inſtant, & iſtis ſi quod eſt majus malum;*
*Vt eſſe genitos nemo non ex me ſciat.*
AN. *Si nulla, genitor, cauſa vivendi tibi eſt,*
*Hæc una abunde eſt, ut pater gnatos regas*
*Graviter furentes. tu impii belli minas*
*Avertere unus, tuque vecordes potes*
*Inhibere juvenes, civibus pacem dare,*
*Patriæ quietem,*[24] *fœderi læſo fidem.*
*Vitam tibi ipſe ſi negas,*[25] *multis negas.*
OED. *Illis parentis ullus aut æqui eſt amor,*
*Avidis cruoris, imperii, armorum, doli,*
*Diris, ſceleſtis; breviter ut dicam,*[26] *meis?*
*Certant in omne facinus, & penſi nihil*
*Ducunt, ubi illos ira præcipites agat,*
*Nefaſque nullum, per nefas nati, putant.*
*Non patris illos tangit afflicti pudor,*
*Non patriæ regno pectus attonitum furit.*
*Scio quo ferantur, quanta moliri parent:*
*Ideoque lethi quæro maturi viam,*
*Morique propero, dum in domo nemo eſt mea*
*Nocentior me. gnata, quid genubus meis*
*Fles advoluta? quid prece indomitum domas?*
[27] *Vnum hoc habet fortuna, quo poſſim capi,*
*Invictus aliis. ſola tu affectus potes*
*Mollire duros, ſola pietatem in domo*
*Docere noſtra. nil grave aut miſerum eſt mihi;*
*Quod te ſciam voluiſſe. tu tantum impera.*
*Hic Oedipus*[28] *Ægæa tranabit freta.*
*Iubente te; flammaſque, quas*[29] *Siculo vomit*
*De monte tellus igneos volvens globos,*
*Excipiet ore; ſeque*[30] *ſerpenti offeret,*
*Quæ ſæva furto nemoris Herculeo furit;*

22 Polynices ℣. 58.

23 Fœdus icere, ferire, percutere dicitur à cæſo porco, *ut Livio*; porca, *ut Virgilio & Suetonio: ſed & Cic. 2. de legib. Porco femina piaculum dare dixit.* In ſacris vero plus valere fœminas victimas obſervatum eſt. In fœdere itaque Fœcialis ſive ſacerdos porcum ſilice feriens dicebat, Iupiter ſic populum qui fœdus non ſervarit, ferito, ut ego hunc porcum ferio, tantoque magis ferito, quanto magis potens pollenſque eſt, *& à porco fœde & crudeliter cæſo Servius fœdus dici vult.*

24 Modo ℣. 280.

25 In bello perituris illo, quod tu vivendo inhibere poteris.

26 Emphatice. Impiis, utpote ex inceſtu genitis.

27 Te tuas preces, tuam pietatem.

28 Mare Europam ab Aſia diſterminans, ab Ægæo, Theſei patre: *alii*, à ſcopulo, qui αἰγὸς, id eſt, capræ ſpeciem præfert.

29 Ætna. ℣. 80. Herc. Fu.

30 Draconi vigili, qui furit ſævus propter aurea mala ab Hercule ſurrepta. ℣. 237. Herc. Fu.

*Iubente te* [31] *præbebit alitibus jecur;*
*Iubente* [37] *vivet.* ——

31 Vt Tityus Herc. Fu. 755.
32 *Emphatice.* quod omni cruciatu majus. extremum enim malorum illi vita.

## ACTVS SECVNDVS.

### NVNCIVS. OEDIPVS. ANTIGONE.

*Nuncius à Thebanis miſſus Oedipum obſecrat ut rediens componat filios, abnuit Oedipus, & in ſylvas ſe recipiens filiis diras imprecatur.*

[1] —— NVN. *Regia ſtirpe edite,*
*Thebæ* [2] *paventes arma fraterna invocant,*
*Rogantque tectis arceas patriis faces.*
*Non ſunt minæ. jam propius acceſſit malum.*
*Nam* [3] *regna repetens frater &* [3] *pactis vices,*
*In bella cunctos Græciæ populos agit,*
[4] *Septena muros caſtra Thebanos premunt.*
*Succurre; prohibe pariter & bellum & nefas.*
OED. [5] *Ego ille ſum, qui ſcelera committi vetem,*
*Et abſtineri ſanguine a caro manus*
*Doceam? magiſter juris & amoris pii*
*Ego ſum? meorum exempla facinorum appetunt.*
*Me nunc ſequuntur. laudo & agnoſco libens.*
*Exhortor, aliquid ut* [6] *patre hoc dignum gerant.*
*Agite ô propago* [7] *clara, generoſam indolem*
*Probate factis; gloriam ac laudes meas*
*Superate: & aliquid facite, propter quod patrem*
*Adhuc juvet vixiſſe. facietis, ſcio.*
*Sic eſtis orti. ſcelere defungi haud levi,*
*Haud uſitato, tanta nobilitas poteſt.*
*Ferte arma. facibus petite* [8] *penetrales deos,*
*Frugemque flamma metite natalis ſoli.*
*Miſcete cuncta. rapite in exitium omnia.*

1 Hoc hemiſtichum, ne cohæreat cum præcedenti, quod in fine Actus primi, replet ex veteri libro Lipſius. ſic, *Exemplum in ingens, regia ſtirpe edite.* Ego neque temere omni vetuſtæ aut ſcriptæ lectioni fidendum puto, & vix eſt ut à Seneca ſic poſitum dicam. Nam valde inamœnus ſit ſonus particulæ in repetitæ. Præterea, & ſi fatetur ipſe Oedipus appetere exempla ſuorum facinorum in ſuis natis; non propterea id nuncius dixerit, aut cum malo omine Regem ſuum ſalutaverit. 2 Paventes bella, te tuamque opem invocant. 3 Sup. ✝. 282, & ✝. 58. 4 Caſtra ſeptem ducum, qui Adraſtus, Tydeus, Polynices, Capaneus, Hippomedon, Amphiaraus, Parthenopæus. qui ſinguli ſingulas portas Thebarum obſedere. 5 Imo vero ſceleſtus cum ſim Diiſque iratis genitus, qui potius jubeam & doceam. Sui itaque deteſtatione & ſtirpis odio diras natis imprecatur. 6 *Emphatice.* me parricida, inceſto. 7 Certe mea, vel Ironice, ut & ſequentia. 8 Penates. Thyeſt. 773.

*Dejicite paſſim mœnia, in planum date.*
*Templis Deos obruite, maculatos* 9 *lares*
*Conflate. ab imo tota conſidat domus.*
*Vrbs concremetur. primus à thalamis meis*
*Incipiat ignis.* AN. *Mitte violentum impetum*
*Doloris, ac te publica exorent mala,*
*Auctorque placidæ liberis pacis veni.*
OED. *Vides modeſtæ deditum menti ſenem?*
10 *Placidæque amantem pacis ad partes vocas?*
*Tumet animus ira, fervet immenſum dolor,*
*Majuſque, quam quod caſus & juvenum furor*
*Conatur, aliquid cupio. non ſatis eſt adhuc*
*Civile bellum. frater in fratrem ruat.*
*Nec hoc ſat eſt. quod debet, ut fiat nefas*
*De more noſtro,* 11 *quod meos deceat* 12 *toros;*
*Date arma patri, nemo me ex his eruat*
*Silvis: latebo rupis exeſæ cavo.*
*Aut ſepe denſa corpus abſtruſum tegam.*
*Hinc* 13 *aucupabor verba rumoris vagi,*
*Et ſæva fratrum bella, quod poſſum, audiam.*

9 Imagines Deorum domeſticorum aureas, argenteas, æreaſ-ve incendiis conflate.

10 Me ne invitas ad ſedandas partium iras, ac ſi eſſem pacificus? Fruſtra. Tumet enim animus ira.
11 Immane & inauditum.
12 Quo probent ſe ex me genitos.
13 Captabo.

## ACTVS TERTIVS.

* ἀκέφαλος *

* Multa deſunt in fine præcedentis Actus. Deeſt etiam hujus Actus tertii principium.

IOCASTA. ANTIGONE. NVNCIVS.

*Iocaſta audito in procinctu ſtare utramque aciem propere fertur, filios (ſi fieri poßit) in gratiam reductura.*

IO. *Felix* 1 *Agaue,* 2 *facinus horrendum, manu*
*Qua fecerat, geſtavit; & ſpolium tulit*
*Cruenta nati* 3 *Mænas* 4 *in partes dati.*
*Fecit ſcelus* 5 *ſed miſera non ultra ſuum*
*Scelus huc cucurrit. hoc leve eſt, quod ſum nocens;*
*Feci* 6 *nocentes. hoc quoque etiam leve eſt;*
*Peperi nocentes. deerat ærumnis meis,*
*Vt &* 7 *hoſtem amarem. Bruma ter poſuit nives,*

1 Sup. ℣. 17.
2 Thyrſo affixum caput Penthei.
3 Bacchis, à μαίνεσθαι. furere.
4 Diſcerpti.
5 Sed illa non ulterius progreſſa in alia incidit ſcelera, ut ego.
6 Lipſius *nocentem* reponit quia de Oedipode ſolo ſermo eſt. ſed & aliàs ſcelus indignanter adaugens pluralem pro ſingulari ponit Herc. Fu. 285. Quin & Sophocl. Πατέρας de unico Oedip. & μητέρας de Iocaſta ſola dixit, *vel*, feci nocentes me & Oedipum.
7 Polynici enim jus ſuum armis repetenti faveo.

Et [8] tertia jam falce decubuit Ceres,
Vt exul errat gnatus, & patria caret,
[9] Profuguſque regum auxilia Grajorum rogat.
Gener eſt Adraſti, cujus imperio mare,
Quod cingit Iſthmon, regitur. hic gentes ſuas,
[9] Septemque ſecum regna ad auxilium trahit
Generi. quid optem, quidve decernam, haud ſcio.
Regnum repoſcit. cauſa repetentis bona eſt;
Mala, [10] ſic petentis, vota quæ faciam parens?
Vtrumque natum video. nil poſſum pie
Pietate ſalva facere. quodcunque alteri
Optabo nato, fiet alterius malo.
Sed utrumque quamvis diligam affectu pari;
Quo cauſa melior ſorſque deterior trahit,
Inclinat animus, [11] ſemper infirmo favens.
Miſeros magis fortuna conciliat ſuis.
NVN. *Regina, dum tu flebiles queſtus cies,*
Teriſque tempus, tota nudatis ſtetit
Acies in armis. [12] æra jam bellum cient,
[13] Aquilaque pugnam ſignifer mota vocat.
Septena reges bella diſpoſiti parant.
Animo pari [14] Cadmea progenies ſubit.
Curſu citato miles hinc illinc ruit.
Vide, ut [15] atra nubes pulvere abſcondat diem,
Fumoque ſimiles campus in cœlum erigat
Nebulas, equeſtri fracta quas tellus pede
Submittit: &, ſi vera metuentes vident,
Infeſta fulgent ſigna; ſubrectis adeſt
[16] Frons prima telis: [17] aurea clarum nota
Nomen ducum vexilla præſcriptum ferunt.
I, redde amorem fratribus, pacem omnibus;
Et impia arma matris oppoſitu impedi.
ANT. *Perge, ô [18] parens, & concita celerem gradum;*
Compeſce tela, fratribus ferrum excute.

8 Hic Euripidem ſequutus inducit Iocaſtam tertio poſt anno quam inceſtum agnovit viventem: cum in Oedipo, agnito facinore ſtatim ſibi mortem conſciſcat.
9 Sup. ℣. 58. & 326.
10 Contra patriam arma externa inferentis.
11 Supra ℣. 370.
12 Tubæ.
13 Romano more vexillum primum Aquilam vocat Poëta. forte & Græci habuerunt. nam & Perſæ; à quibus Romani aquilæ uſum ſumpſere.
14 Thebani à Cadmo orti.
15 Pulveris ab equitatu excitati.
16 Acies inſtructa.
17 Aureis characteribus. Non enim ſolum ducum nomina aureis literis ferebant in vexillis, ſed & ſigno cum minis inſertis.
18 Quam parens cum ſis, diſcordes revereantur filii. Alii tribuunt hæc *Nuncio*, non enim, ut ajunt, veriſimile eſt, ut hæc jam Thebis dicat Antigone, quæ nec prece, nec vi à patre avelli poterat, qui in Cithæronis ſylva. Sed minus recte. Sunt enim verba minus decora, magiſque pathetica, quam ut conveniant nuncio. Ne autem miremur filiam deſeruiſſe patrem, ut ſuccurreret fratribus: ſic requirit pietas, & jam morti renunciarat Oedipus: unde eſt ſupra ℣. 319. *Iubente vivet.* Item ℣. 361. *Hinc aucupabor, &c.*

*[19] Nudum inter enſes [20] pectus infeſtos tene.*
*Aut ſolve bellum, mater, [20] aut prima excipe.*
IO. *Ibo, ibo, & armis obvium opponam caput.*
*Stabo inter arma. [21] petere qui fratrem volet,*
*[21] Petat ante matrem. tela, qui fuerit pius,*
*Rogante ponat matre: qui non eſt pius,*
*Incipiat à me, fervidos juvenes anus*
*Tenebo. nullum [22] teſte me fiet nefas.*
*Aut ſi quod & me teſte committi poteſt,*
*[23] Non fiet unum.* ANT. *[24] Signa collatis micant*
*Vicina ſignis: clamor hoſtilis fremit;*
*Scelus in propinquo eſt: occupa, mater, preces.*
*Et ecce motos fletibus credas meis;*
*Sic agmen armis ſegne compoſitis venit.*
*Procedit acies tarda, ſed properant duces.*
IO. *Quis me procellæ turbine inſanæ vehens*
*Volucer per auras ventus æthereas aget?*
*Quæ [25] Sphinx, vel [26] atra nube ſubtexens diem*
*[27] Stymphalis, avidis præpetem pennis feret?*
*Aut quæ per altas aëris rapiet vias*
*Harpyia, [28] ſævi regis obſervans famem,*
*Et inter acies projiciet raptam duas?*
NVN. *Vadit furenti ſimilis, aut etiam furit;*
*[29] Sagitta qualis Parthica velox manu*
*Excuſſa fertur; qualis inſano ratis*
*[30] Premente vento rapitur; aut qualis cadit*
*[31] Delapſa cœlo ſtella, cum [32] ſtringens polum*
*Rectam citatis ignibus rumpit viam;*
*Attonita curſu fugit, & [33] binas ſtatim*
*Diduxit acies. victa materna prece*
*Hæſere bella, jamque in alternam necem*
*Illinc & hinc miſcere cupientes manum,*
*Vibrata dextra tela ſuſpenſa tenent.*
*Paci favetur. [34] omnium ferrum latet*
*Ceſſatque. [35] telum vibrat in fratrum manu.*
*Laniata canas mater oſtendit comas;*
*Rogat abnuentes: irrigat fletu genas*
*Negare matri, qui diu dubitet, poteſt.*

19 Quod nutritionis illos admoneat. ỷ. 447. inf.
20 Aut primum belli ictum excipe.
21 Ferro.
22 Me vidente.
23 Nam & ipſa una peribo.
24 Quæ tria. *Muta* ut vexilla, *vocalia* quæ voce humana; *ſemivocalia* quæ claſſico, tuba, buccina dantur.
25 Sup. ỷ. 120.
26 Solem obſcurans alis expaſſis. Herc. Fu. 1182.
27 Herc. Fu. ỷ. 243.
28 Phinei. ỷ. 153. Thyeſt.
29 Thyeſt. ỷ. 383.
30 Vrgente à puppi, ſecundo vento.
31 *De cœlo lapſa ſereno, Quæ ſi non cecidit potuit cecidiſſe videri.* Eſt autem exhalatio ſuperius inflammata deorſum decurrens ut cadere videatur.
32 Aera dividens.
33 Inter utramque aciem conſiſtit.
34 In vaginas reconditi gladii non vibrantur.
35 Solum tela micant in fratrum manibus, *Sunt qui legunt, Ceſſatque telum vibratum fratrum manu,* ſenſu quidem approbando ſed contra quartæ ſedis modum.

ACTVS

## ACTVS QVARTVS.

### IOCASTA. POLYNICES.

*Iocaſta utrumque filium ſeriò precatur, ut ſimultate poſita in gratiam & amorem redire velint. Polynices impie reſpondet.*

*IN me arma & ignes vertite. in me omnis ruat*
*Vnam juventus; quaque [1] ab Inachio venit*
*Animoſa muro; quaque Thebana ferox*
*Deſcendit arce. civis atque hoſtis ſimul*
*Hunc petite ventrem, qui dedit [2] fratres viro.*
*Mea membra paſſim ſpargite, ac divellite:*
*Ego utrumque peperi. [3] ponitis ferrum ocyus*
*Ac dico, & ex æquo mihi dextras datis?*
*Date, dum [4] pia ſunt. [5] error invitos adhuc*
*Fecit nocentes. [5] omne Fortunæ fuit*
*Peccantis in nos crimen. hoc primum nefas*
*Inter ſcientes geritur. in veſtra manu eſt,*
*Vtrum velitis. ſancta ſi pietas placet,*
*[6] Donate matrem pace. [7] ſi placuit ſcelus,*
*Majus paratum eſt; media ſe opponit parens.*
*Proinde bellum tollite, aut [8] belli moram.*
*Sollicita cui nunc mater alterna prece*
*Verba admovebo? miſera quem amplectar prius?*
*In utramque partem ducor affectu pari.*
*[9] Hic adfuit. ſed [10] pacta ſi fratrum valent,*
*[11] Nunc alter aberit. ergo jam nunquam duos,*
*Niſi [12] ſic, videbo? junge complexus prior*
*Tu, tot labores totque perpeſſus mala,*
*Longo parentem feſſus exilio vides.*
*Accede propius. clude vagina impium*
*Enſem; & trementem jamque [13] cupientem excuti*
*Haſtam ſolo defige. maternum tuo*
*[14] Coire pectus pectori clypeus vetat.*
*Hunc quoque repone. [15] vinculo frontem exue,*
*[16] Tegimenque capitis triſte belligeri leva,*
*Et ora matri redde. [17] quo vultus refers,*

1 Ab Argis, Inacho quondam regnatis.
2 Natos eoſdem & fratres Oedipo.
3 An deponitis arma dicto citius?
4 Nec fraterna cæde pollutæ.
5 Quæ hactenus peccata ſunt vel à me vel à patre veſtro de origine veſtra, fortunæ diræ imputanda ſunt, adeoque ignorantia excuſanda: vos primum ſcientes peccatis, an etjam volentes in veſtra eſt poteſtate.
6 Legitur, & *Donate matri pacem*, melius; niſi repugnaret lex carminis.
7 Si pergitis, & frater in fratrem ruit, non ea meta ſceleri: majus ſupereſt: quia primum interficienda ego mater. Peti neuter veſtrum niſi per me poteſt, quæ me objicio mediam.
8 Me moram belli mediam.
9 Polynices.
10 Sup. ℣. 280.
11 Eteocles.
12 Alterum per vices exulantem.
13 Vibratam.
14 Conjungi.
15 Galeæ.
16 Galeam.
17 Quo reſpicis aut vultum torques, ac ſi fratrem timeres?

*Acie-*

*Acieque pavida fratris obſervas manum?*
*Affuſa totum corpus amplexu tegam.*
*Tuo cruori per meum fiet via.*
*Quid dubius hæres? an times matris fidem?*
PO. *Timeo: nihil jam jura naturæ valent.*
*Poſt iſta* [18] *fratrum exempla, ne matri quidem*
*Fides habenda eſt.* IO. [19] *Redde jam capulo manum,*
*Adſtringe galeam, læva ſe clypeo ingerat;*
*Dum frater* [20] *exarmatur, armatus mane:*
[21] *Tu pone ferrum, cauſa qui es ferri prior.*
*Si pacis odium eſt, furere ſi bello placet,*
[22] *Inducias te mater exiguas rogat,*
*Ferat ut reverſo poſt fugam nato oſcula,*
*Vel* [23] *prima, vel* [24] *ſuprema. dum pacem peto,*
*Audite inermes: ille te, tu illum times;*
*Ego utrumque, ſed pro utroque. quid ſtrictum abnuis*
*Recondere enſem? qualibet gaude mora.*
*Id gerere bellum cupitis,* [25] *in quo eſt optimum*
*Vinci. vereris fratris infeſti dolos?*
*Quoties neceſſe eſt fallere, aut falli à ſuis,*
*Patiare potius ipſe, quam facias, ſcelus.*
*Sed ne verere; mater inſidias & hinc*
*Et rurſus illinc abiget. exoro, an* [26] *patri*
*Invideo veſtro? veni, ut arcerem nefas,*
*An ut viderem propius?* [27] *hic ferrum abdidit*
*Reclivis haſta, & arma defixa incubant.*
*Ad te preces nunc, nate, maternas feram,*
*Sed ante lacrymas. teneo longo tempore*
*Petita votis ora. te, profugum ſolo*
*Patrio, penates* [28] *regis externi tegunt:*
*Te maria tot diverſa, tot caſus vagum*
*Egere:* [29] *non te duxit in thalamos parens*
*Comitata primos, nec ſua* [30] *feſtas manu*
*Ornavit ædes, nec ſua* [31] *lætas faces*

18 Fraternæ perfidiæ.
19 Recipe quæ depoſueras à me rogatus arma.
20 Legitur &, *eſt armatus.*
21 O Eteocles, qui violaſti fidem pactam.
22 Exiguam ſaltem belli moram.
23 Poſt multos annos quibus eum non viderim. *vel* prima futuræ pacis pignora.
24 Perituro fortaſſe in hoc bello, ſi bellum gerere perſiſtatis.
25 In quo melius foret occidi, quam injuriæ fratriſque cædi ſupereſſe.
26 Qui abſens & cæcus eſt, ego autem adſum, an ut repellam an ut videam nefarium hoc bellum? infra ℣. 552.
27 Eteocles precibus meis motus arma depoſuit, & haſtæ ſolo defixæ incubat reclivis, ſolet autem miles ſi hoſtis à ſiniſtro latere appareat, in ſcutum ſe inclinare; ſi à dextro, in haſtam. 28 Adraſti. 29 Ego non conciliavi tibi nuptias, non nuptam in thalamum duxi, nec in lecto collocavi. *quod pronubæ officium eſt, quæ plerumque mater.* 30 In nuptiis januæ feſta fronde ramis & ſertis ornari ſolitæ. 31 Sponſa primum ad mariti limen veniens poſtes laneis vittis ornabat eoſque adipe ſuillo ungebat, unde *unxor* dicta, pronuba autem ut plurimum ſponſæ mater ademptas nupturæ virginales vittas facibus (quæ quinque, pro numero partus naturali. *vel* in honorem V deorum, Iovis adulti, Iunonis adultæ. Veneris, Suadelæ, Lucinæ perferantur à pueris patrimis & matrimis apud Romanos, à ſponſæ matre apud Græcos) urendas implicuit ſponſamque matronalibus vittis redimibat.

*Vitta*

*Vitta revinxit. dona non auri & graves*
*Gazas ſocer, non arva, non urbes dedit;*
*Dotale bellum eſt. hoſtium es factus gener,*
*Patria remotus, hoſpes alieni laris,*
*Externa conſecutus, expulſus tuis,*
*Sine crimine exul. ne quid è* [32] *fatis tibi*
*Deeſſet paternis,* [33] *hoc quoque ex illis habes,*
*Erraſſe thalamis. nate* [34] *poſt multos mihi*
*Remiſſe ſoles; nate, ſollicitæ metus*
*Et ſpes parentis; cujus aſpectum Deos*
*Semper rogavi; cum tuus reditus mihi*
[35] *Tantum eſſet erepturus adventu tuo,*
*Quantum daturus; quando pro te deſinam,*
*Dixi, timere? dixit irridens Deus,*
*Ipſum timebis. nempe niſi bellum foret,*
*Ego te carerem: nempe, ſi tu non fores,*
*Bello carerem. triſte conſpectus datur*
*Precium tui, durumque: * ſed matri placet.*
*Hinc modo recedant arma, dum nullum nefas,*
*Mars ſævus audet. hoc quoque eſt magnum nefas;*
*Tam prope fuiſſe. ſtupeo, & exſanguis tremo,*
*Cum ſtare fratres hinc & hinc video duos*
*Sceleris ſub ictu. membra quaſſantur metu.*
*Quam pene mater majus adſpexi nefas,*
*Quam quod miſer videre non potuit pater!*
*Licet timore facinoris tanti vacem,*
*Videamque jam nil tale, ſum infelix tamen,*
*Quod pene vidi. per* [37] *decem* [38] *menſium graves*
*Vteri labores, perque pietate inclytas*
*Precor ſorores, & per irati ſibi*
*Genas parentis; ſcelere quas nullo nocens,*
*Erroris à ſe dira ſupplicia exigens,*
*Hauſit; nefandas mœnibus patriis faces*
*Averte: ſigna bellici retro agminis*
*Flecte. ut recedas, magna pars ſceleris tamen*
*Veſtri peracta eſt. vidit hoſtili grege*
*Campos repleri patria, fulgentes procul*
*Armis catervas: vidit equitatu levi*
*Cadmea frangi prata, &* [39] *excelſos rotis*

32 Exulare utrumque ſine culpa: oraculo uxorem accipere.

33 Vt Oedipus matris erravit thalamis quos inſecuta eſt peſtis, ita tu hoſtilis uxoris quos comitatur bellum dotale.

34 Poſt multos mihi reddite dies.

35 Fratre in exilium alternum receſſuro. *

37 Quibus te in utero geſtavi. etſi autem de partus tempore variant, alii menſes numerando *Solares* alii *Lunares*, & hos quidem vel Peragrationis vel Conſecutionis ✠. 838. Thyeſtis. vel denique Apparitionis: commodius tamen ad menſes ſolares XXX dierum referunt pariendi tempus, cujus communiſſimus, menſis nonus; proximus menſis decimus aut ſeptimus. de ſexti menſis vitalitate diſputant medicorum filii: an menſis undecimi partus ſit legitimus, quærunt ICti. 38 Legitur & *menſum* ne Amphimacer verſum gravet.

39 Sublimes in curribus è quibus pugnare mos veteribus erat.

Volita-

*Volitare proceres ; [40] igne flagrantes trabes*
*Fumare, [41] cineri quæ petunt noſtras domos ;*
*Fratreſque (facinus quod novum [42] & Thebis fuit)*
*In ſe ruentes. totus hoc exercitus ,*
*Et populus omnis, & utraque hoc vidit ſoror ,*
*Genitrixque vidit : nam pater [43] debet ſibi ,*
*Quod iſta non ſpectavit. [44] occurrat tibi*
*Nunc Oedipus : quo judice, erroris quoque*
*Pœnæ petuntur. ne, precor, ferro erue*
*Patriam, ac penates ; neve, quas regere expetis ,*
*Everte Thebas. quis tenet mentem furor ?*
*Petendo patriam perdis. ut fiat tua ,*
*Vis eſſe [45] nullam ? quin tuæ cauſæ nocet*
*Ipſum hoc, quod armis vertis infeſtis ſolum ,*
*Segeteſque [46] aduſtas ſternis, & totos fugam*
*Edis per agros. nemo ſic vaſtat ſua.*
*Quæ corripi igne, quæ meti gladio jubes,*
*Aliena credis. rex ſit è vobis uter ,*
*Manente regno, quærite. hæc telis petes ,*
*Flammiſque tecta ? poteris has [47] Amphionis*
*Quaſſare moles ? nulla quas ſtruxit manus ,*
*Stridente tardum machina ducens onus ;*
*Sed convocatus vocis & citharæ ſono*
*Per ſe ipſe turres venit in ſummas lapis.*
*Hæc ſaxa franges victor ? hinc ſpolia auferes ,*
*Vinctoſque duces [48] patris æquales tui ?*
*Matres ab ipſo conjugum raptas ſinu*
*Sævus catena miles impoſita trahet ?*
*Ut adulta virgo miſta captivo gregi*
*Thebana nuribus munus Argolicis eat ?*
*An & ipſa palmas vincta poſt tergum datas*
*Mater triumphi præda [49] fraterni vehar ?*
*Poteſne cives lætus exitio datos*
*Videre paſſim ? mœnibus caris potes*
*Hoſtem admovere ? ſanguine & flamma potes*
*Implere Thebas ? tam ferum & durum geris*
*Sævumque in iras pectus , & nondum imperas ?*
*[50] Quid ſceptra facient ? pone veſanos, precor ,*
*Animi tumores, teque pietati refer.*
PO. *Ut profugus errem ſemper ? ut patria arcear ,*
*Opemque gentis hoſpes externæ ſequar ?*
*Quid paterer aliud, [51] ſi fefelliſſem fidem ,*

40 Faces incendia Thebis minitantes.
41 Ad cinerem.
42 *Emphat.* & Thebis, quibus nullum fere ſcelus novum eſt.
43 Pro beneficio habet erutos à ſe oculos ne hæc videat.
44 Si pater etiam ignorantiæ pœnas exegerit, tu vide ne ſciens volenſque in ſcelus irruas.
45 Nullus itaque erit.
46 Aduris & ſternis. alii leg. *adultas*.
47 *Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis Saxa movere ſono teſtudinis.* Vid. Hercul Fu. 260, & 914.
48 Coævos patris, id eſt, ſenes.
49 De fratre acti.
50 Quid quæſo facies ſi quando Rex fueris ?
51 Quod fecit Eteocles.

*Si pejeraſſem? fraudis alienæ dabo*
*Pœnas; at ille præmium ſcelerum feret?*
*Iubes abire: matris imperio obſequor.*
*Da, quo revertar. regia frater mea*
*Habitet ſuperbus; parva me abſcondat caſa?*
*Hanc da repulſo. liceat exiguo lare*
*Penſare regnum.* [52] *conjugi donum datus*
*Arbitria thalami dura felicis feram,*
*Humiliſque ſocerum lixa dominantem ſequar?*
[53] In ſervitutem cadere de regno, grave eſt.
IO. *Si regna quæris, nec poteſt ſceptro manus*
*Vacare ſævo; multa, quæ poſſunt peti*
*In orbe toto, quælibet tellus dabit.*
*Hinc nota Baccho* [54] *Tmolus attollit juga,*
*Qua lata terris ſpacia frugiferis jacent.*
*Et qua trahens opulenta* [55] *Pactolus vada*
*Inundat auro rura: nec lætis minus*
[56] *Mæandros arvis flectit errantes aquas,*
*Rapiduſque campos fertiles* [57] *Hebrus ſecat,*
*Hinc grata Cereri* [58] *Gargara, & dives ſolum*
*Quod* [59] *Xanthus ambit nivibus Idæis tumens:*
*Hinc, qua* [60] *relinquit nomen Ionii maris,*
*Fauces Abydi Seſtos oppoſita premit:*
[61] *Aut, qua latus jam propior Orienti dedit,*
*Tutamque crebris portubus Lyciam videt:*
*Hæc regna ferro quære, in hos populos ferat*
*Socer arma fortis: has paret ſceptro tuo*
*Tradatque gentes. hoc adhuc regnum puta*
*Tenere patrem. melius exilium eſt tibi,*
*Quam reditus* [61] *iſte. crimine alieno exulas,*
*Tuo redibis. melius uſus viribus,*
*Nova regna nullo ſcelere maculata appetes.*
*Quin ipſe frater, arma comitatus tua,*
*Tibi militabit. vade, & id bellum gere,*
*In quo pater materque pugnanti tibi*
*Favere poſſint. regna cum ſcelere, omnibus*
*Sunt exiliis graviora. nunc belli mala*
*Propone; dubias Martis incerti vices.*
[63] *Licet omne tecum Graciæ robur trahas:*
*Licet arma longe miles ac late explicet;*
Fortuna belli ſemper ancipiti in loco eſt,
*Quodcunque Mars decernit. exæquat duos,*

52 In conjugis opulentæ domum receptus pro uxore heram habeam. imo habear & inſerviam ſocero.
53 V. 923. Thyeſt.
54 Mons Lydiæ à Baccho ſuperatus vitium & croci ferax.
55 Lydiæ fl. aureas trahens arenas.
56 V. 683. Herc. Fu.
57 Fluvius Thraciæ.
58 Montis Idæ cacumina frumento fertilia.
59 Scamander flu. Trojanus.
60 Et Helleſpontus dici cœpit. in cujus faucibus Abydus à latere Aſiatico oppoſita eſt Seſto à latere Europæo.
61 Aut qua orienti vicinior fluit Xanthus.
62 Per vim & nefas.
63 Exercitu & copiis licet ſis numeroſior & inſtructior, imo melior, non tamen numero, non virtuti militum ſemper reſpondet fortuna, ſed anceps belli alea, & κοινὸς ἄρης impares æquat & potentioris ſpem impotentioris ſæpe metui ſubjicit.

Licet

*Licet impares ſint, gladius: & ſpes & metus*
*Sors cæca verſat. præmium incertum petis,*
*Certum ſcelus.* * *Faviſſe fac votis Deos*
*Omnes tuis: ceſſere, & averſi fugam*
*Petiere, cives clade funeſta jacent.*
*Obtexit agros miles. Exultes licet,*
*Victorque fratris ſpolia dejecti geras;*
[64] *Frangenda palma eſt. Quale tu id bellum putas,*
*In quo exſecrandum victor admittit nefas,*
*Si gaudet? hunc, quem vincere infelix cupis,*
*Cum viceris, lugebis. infauſtas, age,*
*Dimitte pugnas. libera patriam metu,*
*Luctu parentes.* PO. *Sceleris & fraudis ſuæ*
*Pœnas nefandas frater ut nullas ferat?*
[65] IO. *Ne metue; pœnas, & quidem ſolvet graves.*
*Regnabit.* PO. *Hæcne eſt pœna?* IO. *Si dubitas,* [66] *avo*
[66] *Patrique crede.* [67] *Cadmus hoc dicet tibi,*
*Cadmique proles.* [68] *ſceptra Thebarum fuit*
*Impune nulli gerere; nec quiſquam* [69] *fide*
*Rupta tenebat illa. jam numeres, licet,*
*Fratrem inter iſtos.* PO. *Numero:* [70] *& eſt tanti mihi*
*Cum regibus jacere.* IO. [71] *Te turba exulum*
*Adſcribo. regna, dummodo inviſus tuis.*
PO. [72] *Regnare non vult, eſſe qui inviſus timet.*
*Simul iſta mundi conditor poſuit Deus,*
*Odium, atque regnum. regis, & magni, reor*
*Odia iſta premere.* multa dominantem vetat
Amor ſuorum. *plus in iratos licet.*
[73] Qui vult amari, languida regnet manu.
Inviſa nunquam imperia retinentur diu.
IO. [74] *Præcepta melius imperii reges dabunt;*
*Exilia tu diſpone.* PO. *Pro regno velim*
*Patriam, penates, conjugem flammis dare.*
Imperia precio quolibet conſtant bene.

64 Non tamẽ ſincera erit tibi & integra victoria, quia non honeſta.

65 Leguntur hæc & abſque interpoſitione perſonæ. ſic. Io. *ne metue: pœnas & quidem ſolvet graves: Regnabit, hæc eſt pœna. ſi dubitas, &c.*

66 Lajo & Oedipo quorum ille interfectus, hic omni ærumnarum genere accumulatus.

67 Regno pulſus & in ſerpentem mutatus. Herc. Fu. ✝. 392.

68 Ibi. ✝. 385.

69 Quod fecit Eteocles.

70 Et ego tanti regnum æſtimo; ut vel cum his regibus rex mori velim.

71 Si hæc tua ſit politice, melior eris exul quam Rex.

72 V. 352. Herc. Fu. Oed. 703.

73 Precario regnat & ſubditorum arbitratu qui amari vult. *Et hi duo verſus in nonnullis libris Jocaſtæ tribuuntur.*

74 Quæcunque, inquit, à te dicta ſunt, præcepta ſunt regni: ſed regum eſt, non tuum, iſta edicere. Reges ergo melius præcepta regnandi dabunt, quam tu, qui exul es. Ipſi viderint quomodo diſponant regna ſua: tu (ut modo ✝. 652.) quomodo in exſilio degas. Tam tibi præcepta exſilii quam illis imperii opus ſunt.

F I N I S.

Deeſt & magna pars hujus Tragœdiæ, quæ intercidit.

# HERCVLES OETÆVS.

## DRAMATIS PERSONÆ.

| | |
|---|---|
| HERCVLES. | DEIANIRA. |
| HYLLVS. | IOLE. |
| ALCMENA. | PHILOCTETES. |
| CHORVS ÆTOLARVM Mulier. | CHORVS OECHALIARVM Virginum. |
| NVTRIX. | LICHAS, muta perſona: |

IOLE & CHORVS OECHALIDVM ſunt προτατικὰ πρόσωπα.

## *ARGVMENTVM.*

Deianira, indigne ferens ſibi prælatam Iolen Euryti regis Oechaliæ filiam, Herculi tunicam mittit imbutam ſanguine Centauri Neſſi, ſagitta Herculis Hydræ felle tincta vulnerati; efficaciſſimum credens philtrum præſentiſſimumque amoris remedium, quod illam monuerat moriens Neſſus. Quam ſimul ac induiſſet in Cenæo Eubœæ promontorio ſacrificaturus Hercules, ignem concipit virus, veſtiſque corpori adhærentis æſtus carnem, oſſa interiora abſumit. Neſſi fraude intellecta ſibi mortem conſciſcit Deianira. Hercules, interfecto Licha qui munus lethale attulerat, mandat Philoctetæ (cui moriens arcum & ſagittas tradit) extrui ſibi in monte Oeta pyram, in qua ſe cum clava ac leonis pelle cremat. Alcmenæ denique matri apparet, ipſamque conſolatur jam in cœlitum numerum aſcriptus.

## ACTVS PRIMVS.

### HERCVLES.

Scena hæc prima cum choro ſeq. in Eubœa ſtatuitur, ubi, *Hercules in Cenæo promontorio ſacrificaturus, vota de cœlo, quod rebus geſtis (quas enumerat) meruiſſe ſe gloriatur, concipit.* reliquæ Tragœdiæ ſcena eſt Trachine.

*Sator Deorum, cujus excuſſum manu*
[1] *Vtræque Phœbi ſentiunt fulmen domus,*

1 Oriens & Occidens. *Vel* utrumque hemiſphærium.

*Secure regna : protuli pacem tibi ,*
*Quacunque Nereus porrigi terras vetat.*
*Non eſt tonandum. perfidi reges jacent ,*
*Sævi tyranni. fregimus, quidquid fuit*
*Tibi fulminandum. ſed mihi cœlum, parens ,*
*Adhuc negatur ?* [2] *parui certe Iove*
*Vbique dignus :* [3] *teque teſtata eſt meum*
*Patrem noverca. quid tamen nectis moras ?*
[4] *Numquid timemur ?* [5] *numquid impoſitum ſibi*
*Non poterit Atlas ferre cum cœlo Herculem ?*
*Quid aſtra, genitor, quid negas ?* [6] *mors me tibi*
*Certe remiſit. omne* [7] *conceſſit malum ,*
[8] *Quod terra genuit, pontus, aër, inferi.*
*Nullus per urbes errat Arcadicas* [9] *leo.*
[10] *Stymphalis icta eſt,* [11] *Manali nulla eſt fera.*
*Sparſit peremtus aureum* [12] *ſerpens nemus.*
*Et* [13] *Hydra vires poſuit. & notos Hebro*
*Cruore pingues hoſpitum fudi* [14] *greges :*
[15] *Hoſtiſque traxi ſpolia* [15] *Thermodontia.*
*Vidi* [16] *regentem fata ; nec tantum redii ,*
*Sed* [17] *trepidus atrum Cerberum vidit dies ,*
*Et ille ſolem. nullus* [18] *Antæus Libys*
*Animam reſumit.* [19] *cecidit ante aras ſuas*
*Buſiris.* [20] *una eſt Geryon ſparſus manu.*
[21] *Tauruſque populis horridus* [22] *centum pavor.*
*Quodcunque tellus genuit infeſtum, occidit ,*
*Meaque fuſum eſt dextera.* [23] *iratis deis ,*
*Non licuit eſſe.* [24] *ſi negat mundus feras ,*
*Animum noverca, redde nunc gnato patrem ,*
*Vel aſtra forti. nec peto ut monſtres iter.*
*Permitte tantum, genitor ; inveniam viam.*
*Vel ſi times, ne terra concipiat feras ;*

2 Apparui.
3 Quin ipſa Iuno teſtatur me approbaſſe te patrem. vid. Her. Fu. ℣. 36. quo reſpicit. ut & 4 ad ℣. 46. Herc. Fu.
5 Numquid ego in cœlum relatus nimio pondere prægravans urgebo Atlanta cœlum humeris ſuſtinentem ?
6 Non me detinuit infernus ſed remiſit ut ad te venirem.
7 Abiit, ceſſit: Al. legunt *omne cum ceſſit malum.*
8 Herc. Fu. 30.
9 Herc. Fu. 223.
10 Herc. Fu. 243.
11 Cerva. Herc. Fu. 221.
12 Draco vigil cuſtos hortorum Heſperidum. Herc. Fu. 238.
13 Herc. Fu. 240.

14 Thracios equos Diomedis. Herc. Fu. 225. 15 Amazonis, Hippolytes. Herc. Fu. 245. & 820. 16 Plutona , mortis dominum. Herc. Fu. 720. 17 Herc. Fu. 595 , & 541. 18 Neptuni ex terra fil. gigas, Tingitaniæ rex hoſpites ſecum palæſtra certare provocans cogensque occidit, quem Hercules cum animadvertiſſet laſſum tactu terræ recreari pectori aſtrictum expirare coegit. 19 Herc. Fu. 484. 20 Mei unius , cum ipſe tricorpor eſſet. 21 Herc. Fu. 229. & Agam. 827. 22 Cretæ ; unde, vel Peloponneſi ; quo, tranatavit, utraque enim ἑκατόμπολις. vide Agam. 827. 23 Monſtra quippe deorum ira terris immiſſa ſuſtuli. 24 Si terra non alia ſuſtineat perferre monſtra , nec tamen Iuno ira deſiſtat placarique velit ; quid obſtat quo minus reddar cœlo, jure paternæ hereditatis , Iovis filius ; vel in virtutis præmium , monſtrorum domitor ?

25 Pro-

[25] Properet malum quodcunque, dum terra Herculem
Habet, videtque. nam [26] quis invadet mala?
Aut quis per urbes rurſus Argolicas erit
Iunonis odio dignus? [27] in tutum meas
Laudes recepi. nulla me tellus ſilet.
Me ſenſit Vrſæ frigidum [28] Scythicæ genus,
Induſque [29] Phœbo ſubditus, [30] Cancro Libys.
Te, clare Titan, teſtor, occurri tibi
[31] Quacunque fulges, [32] nec meos lux proſequi
Potuit triumphos. Solis exceſſi [33] vices.
[34] Infraque noſtras ſubſtitit metas dies.
Natura ceſſit. terra [35] defecit gradum.
Laxata per me [36] nox, & [37] extremum Chaos
In me cucurrit. inde ad hunc orbem redii,
Vnde retro nemo. tulimus Oceani minas,
[38] Nec ulla valuit quatere tempeſtas ratem,
Quacunque preſſi. pars quota eſt, quam proſequor?
Iam vacuus æther non poteſt odio [39] tuæ
Sufficere [39] nuptæ; quaſque devincam feras
Tellus timet concipere, nec monſtra invenit.
Feræ negantur. Hercules [40] monſtri loco
Iam cœpit eſſe. quanta nunc fregi mala,
Quot ſcelera nudus? quidquid immane obſtitit,
Solæ manus ſtravere. nec juvenis feras
Timui, nec [41] infans; quidquid eſt juſſum, leve eſt.
Nec ulla nobis ſegnis illuxit dies.
O quanta fudi monſtra, quæ [42] nullus mihi
Rex imperavit! inſtitit virtus mihi
[43] Iunone pejor. [44] ſed quid impavidum genus
Feciſſe prodeſt? non habent pacem dei.
Purgata tellus omnis, in cœlo videt
Quodcunque timuit. tranſtulit Iuno feras.
Ambit peremptus [45] Cancer [46] ardentem plagam,
Libyæque ſidus fertur, & meſſes [47] alit.
[48] Annum [49] fugatæ tradit [49] Aſtrææ leo.

25 Properet edere.
26 Quis niſi Hercules τὰ φοβερὰ occupabit? quis ſe ultro periculis offeret? al. *invideat*. minus recte.
27 Non perituras laudes.
28 Reponit Ioſ. Scaliger. *Scythiæ*, ut ſenſus & ordo ſit *frigidum genus Scythiæ ſubditum Vrſæ*. Heinſius legit *Scythicæ gelu*.
29 Orienti ſoli.
30 Cancri tropico ſubditus Afer.
31 In Oriente ſeu Occidente.
32 Neque lux tua proſequi potuit me ad Tartara penetrantem.
33 Curſus, limites per vices obeundos.
34 Itane? de ſuis columnis hoc gloriabundus, an de ad inferos deſcenſu?
35 Non ſuppeditavit mihi ubi ſiſterem. alii malunt *gradu*, alii *deſeruit gradum*, id eſt, dehiſcens deſcenſum reditumque mihi præbuit.
36 Tenebrarum regio, Tartarus. 37 Mihi objectum eſt Chaos. Herc. Fu. 609. Thyeſt. 830. 38 Herc. Fu. 320. 39 Iunoni. 40 Nullo labore domiti. 41 Herc. Fu. 213. 42 Nullus Euryſtheus. Herc. Fu. 35. & infr. ỳ 1795. 43 Magis me ad ardua incitans quam Iuno. 44 Sed quid prodeſt genus humanum metu monſtrorum liberaſſe, cum illa in cœlum Iuno tranſtulerit? 45 Thyeſt. 152. 46 Zonam torridam. 47 Calore maturat. 48 Sol Leone egreſſus intrat Virginem. 49 Thyeſt. 855.

*At* [50] *ille jactans fervidam cœlo jubam*
*Auſtrum madentem ſiccat, & nimbos trahit.*
*Invaſit omnis ecce jam cœlum fera,*
*Meque anteceſſit. victor è terris meos*
*Specto labores. aſtra portentis prius*
*Feriſque Iuno tribuit, ut cœlum mihi*
*Faciat timendum. ſparſerit mundum licet,*
*Cœlumque terris pejus, ac pejus Styge*
*Irata faciat; dabitur Alcidæ locus.*
*Si poſt feras, poſt bella, poſt Stygium canem*
*Nondum aſtra merui,* [51] *Siculus Heſperium latus*
*Tangat* [52] *Pelorus; una jam tellus erit:*
*Illinc fugabo maria, ſi jungi jubes.*
[53] *Committat undas Iſthmus, & juncto ſalo*
*Nova ferantur Atticæ puppes via.*
*Mutetur orbis.* [54] *vallibus currat novis*
[55] *Iſter, novaſque* [56] *Tanais accipiat vias,*
*Da da tuendos, Iuppiter, ſaltem deos.*
*Illa licebit fulmen à parte auferas,*
*Ego quam tuebor: ſive glacialem polum,*
*Seu me tueri fervidam partem jubes,*
*Hac eſſe ſuperos parte* [57] *ſecuros puta.*
[58] *Cirrhæa* [59] *Pæan templa, & ætheream domum*
*Serpente caſo meruit. at quoties jacet*
*Python in* [60] *Hydra? Bacchus & Perſeus deis*
*Iam ſe intulere. ſed quota eſt mundi plaga*
[61] *Oriens ſubactus? aut quota eſt* [62] *Gorgon fera?*
*Quis aſtra gnatus laudibus meruit ſuis*
*Ex te & noverca?* [63] *quem tuli, mundum peto.*
*Sed tu, comes laboris Herculei Licha,*
*Præfer* [64] *triumphos, Euryti victos lares,*
*Stratumque regnum: vos pecus rapite ocyus,*

50 *Horrenteſque jubas & fulvum cerne leonem, Hunc ubi contigerit Phœbi violentior axis, Accenſa in Cancro jam tum geminabitur æſtas, Tunc lymphæ tenues, tunc eſt triſtiſſima tellus.*

51 Siciliam Italiæ contiguam reddam: uti olim fuit priuſquam *vi pontus & undis Heſperium Siculo latus abſcidit.*

52 Vnum è tribus Siciliæ promontoriis quod Italiam ſpectat.

53 Iſthmo Corinthio perfoſſo, Ægæum Ionio miſcebo mare.

54 Alveis.

55 Thyeſt. 375.

56 Scythiæ fl.

57 A feris quas Iuno in cœlum tranſtulit.

58 Cultum oraculumque Delphicum (Oed. 269.) & cœlum meruit Apollo, interfecto uno Pythone. 59 Apollo παύων aut παύων τὰς ἀνίας. *Vel* acclamatione Latonæ ἰὲ παῖ cæſo Pythone. 60 Numeroſo malo, & binis ſingulo amputatore pullulante capitibus. 61 A Baccho ſubactus Oed. 114. & 424. 62 Meduſa à Perſeo devicta. Med. 829. 63 Herc. Fu. 68. 64 Inſignia victoriæ & imagines.

*Qua* [65] *templa tollens ara* [66] *Cenæi Iovis*
[67] *Auſtro timendum ſpectat Euboicum mare.*

65 Cum abſurde dicatur, *ara templum tollere*, Ioſ. Scal. legendum conjicit *acra. Cen.* i. acron Cenæon. Nec vana eſt Cl. Rutgerſii conjectura, *Acta Cenæi Iovis*, valide ſc. fulta autoritate gemina, Sophoclis in Trachiniis, & Æſchyli, citante Strabone l. 10. Vide ipſum Rutg. l. 2. c. 6. Var. lect. 66 Cui templum & cultus in Cenæo Eubœæ promontorio. 67 Auſtro flante. alii leg. *Aſtro.* exponuntque *Arturo* qui Euboico mari dominatur. Æn. 11. *Scit triſte Minervæ Sidus & Euboicæ cautes.*

## CHORVS OECHALIDVM Virginum. IOLE.

*Iole choro Oechalidum miſta patriæ excidium, ſuorum internecionem, ſuam denique ſervitutem plangit.*

PAr ille eſt ſuperis, [1] cui pariter dies
Et fortuna fuit. [2] *mortis habet vices,*
*Lente cum trahitur vita gementibus.*
*Quiſquis* [3] *ſub pedibus fata rapacia,*
*Et puppem* [3] *poſuit liminis ultimi,*
*Non captiva dabit brachia vinculis,*
[4] *Nec pompæ veniet nobile ferculum.*
[5] Nunquam eſt ille miſer, cui facile eſt mori.
*Illum ſi medio decipiat* [6] *ratis*
*Ponto, cum Borean expulit Africus,*
*Aut Eurus Zephyrum, cum* [7] *mare dividunt,*
*Non puppis laceræ fragmina colligit,*
*Vt litus medio ſperet in æquore.*
*Vitam qui poterit reddere protinus,*
*Solus naufragium non poterit pati.*
[8] *Nos turpis macies & lacrymæ tenent,*
*Et crinis patrio pulvere ſordidus.*
*Nos non flamma rapax, non fragor obruit.*
Felices ſequeris Mors, miſeros fugis.
[9] *Stamus, nec patriæ mœnibus heu locus,*
*At ſilvis dabitur; lapſaque ſordidæ*
*Fient templa caſæ. jam* [10] *gelidus Dolops*
*Hac ducet pecudes, qua tepet obrutus,*
*Stratæ qui ſupereſt Oechaliæ, cinis.*

1 Cujus vita ſimul cum fortunæ felicis exitu definit.
2 Vita in miſeriis acta, mors eſt.
3 *Subjecit pedibus*, contempſit mortem & Charontis cymbam.
4 Neque ut ſpectaculum exornabit victoris hoſtis triumphum.
5 Vid. Chor. tertium. *Agamem.* ℣. 585.
6 Fracta, hians, fatiſcens.
7 Maris dominium inter ſe venti victores partiuntur.
8 Quæ turpem vitam per ſervitutem prætulimus morti honeſtæ. 9 Legendum: *Stamus nunc patriæ mœnibus, heic locus At ſilvis dabitur, &c.* Sciendumque quod ſupra monui, & quod confirmat ℣. 36. infra. hunc chorum cum Scena præcedente (è qua plerunque elicitur penderque chorus ſubſequens) in Eubœa ſtatui. Patria (inquit) in qua nunc ſumus mox in ſylvas abibit, templa in caſas. 30 Namque ad Pindum in Phthia extrema habitant Dolopes pop. Theſſal.

*Illo*

*Illo Theſſalicus paſtor in oppido*
*Indocta referens carmina fiſtula,*
*Cantu noſtra canet tempora flebili.*
*Et dum pauca Deus ſecula contrahit,*
*Quæretur, patria quis fuerit locus.*
*Felix incolui non ſteriles locos,*
*Nec jejuna ſoli jugera Theſſali.*
*Ad* [11] *Trachyna vocor, ſaxa rigentia.*
*Et dumeta jugis horrida torridis,*
*Vix gratum* [12] *pecori montivago nemus.*
[13] *At ſi quas melior ſors famulas vocat,*
*Illas aut volucer* [14] *transferet Inachus;*
*Aut* [15] *Dircæa colent mœnia, qua fluit*
*Iſmenus tenui flumine languidus.*
*Heic* [16] *mater tumidi nupſerat Herculis.*
[17] *Quæ cautes Scythiæ, quis genuit lapis?*
*Num* [18] *Titana ferum te Rhodope tulit,*
*Te præruptus* [19] *Athos, te * fera Caſpia,*
*Quæ* [20] *virgata tibi præbuit ubera?*
[21] *Falſa eſt de geminis fabula noctibus,*
*Æther cum tenuit ſidera longius,*
*Commiſitque vices Lucifer Heſpero,*
[22] *Et ſoles vetuit Delia tardior.*
*Nullis vulneribus* [23] *pervia* [24] *monſtra*
*ſunt.*
*Ferrum ſenſit hebes; lentior eſt chalybs,*
*In nudo gladius corpore frangitur,*
*Et ſaxum reſilit, fataque negligit,*
*Et mortem indomito corpore provocat.*
*Non illum poterant figere cuſpides,*
*Non arcus* [25] *Scythica tenſus arundine,*
*Non quæ tela gerit* [26] *Sarmata frigidus;*
*Aut qui* [27] *ſolifera ſuppoſitus plagæ*
*Vicino* [28] *Nabathæ vulnera dirigit*
*Parthus* [29] *Cnoſſiacis certior ictibus.*
*Muros Oechaliæ* [30] *corpore propulit.*
*Nil obſtare valet: vincere quod parat,*
*Iam victum eſt. quota pars vulnere con-*
*cidit?*
[31] *Pro fato potuit vultus iniquior,*
*Et vidiſſe ſat eſt Herculeas minas.*
[32] *Qui vaſtus* [33] *Briareus, qui tumidus*
[34] *Gyges*

11 Vrbem Theſſaliæ ab Hercule in aſpero & ſaxoſo ſolo conditam Troad. ℣.816. 12 Capris, aut etiam capreis. 13 Quod ſi quæ noſtrum melioris ſoli dominum ſortitæ fuerint. 14 Ad urbes Inachias, i. Argos Mycenasve transferet. 15 Thebas Bœotiæ. à Dirce fonte. Theb. 126. 16 Alcmena nupta Amphitryoni. 17 Γλαυκὴ ἢ σε τίκτε θάλασσα Πέτραι τ' ἠλίβατοι, ὅτε τοι νόος ἐστιν ἀπηνής. Iliad. π. *duris genuit te cautibus horrens Caucaſus, * Hyrcanæque admorunt ubera tigres.*
18 Aliquisne de Titanum genere, & in rupe quapiam ſeu monte genitus; Rhodope ſc. aut Atho?
19 Med. ℣. 719.
20 Maculis diſperſa.
21 Neque enim verum eſt Iovem geminæ noctis opera te genuiſſe. Herc. Fu. 24. Agamem. 809.
22 Luna tardius progreſſa non ceſſit diei.
23 Penetrabilia.
24 *Membra*, legunt alii.
25 Herc. Fu. 1126.
26 Herc. Fu. 538.
27 Orientali ſeu Auſtrali.
28 Incolæ, Arabiæ Petreæ. verum diſplicet tum ἀγεωγραφία, tum locutio parum Latina.
29 Cretenſibus. Herc. Fu. 18. qui ſagittandi peritiſſimi. Hippol. 812.
30 Inermis abſque machina. 31 Ea vis & virtus Herculis, ut vultus ejus iratior ſit pro fato: & vidiſſe ejus minas, ſufficiat in mortem. Oculi & verba ejus, telum.
32 Quid ipſi Briareus & Gyges, qui diis bellum intulerunt, non mirum eſt ſi victi riguerint hoc vultu Herculis irati.
33 ἑκατόγχειρος Αἰγαίων.
34 Gigas Briarei frater, terræ fil.

Supra Theſſalicos conſtitit [35] aggeres,
Vt cœlo inſereret [36] vipereas manus,
Hoc vultu riguit. commoda cladibus
Magnis magna patent. nil ſupereſt mali.
Iratum miſeræ vidimus Herculem.
IOL. At ego infelix, non templa ſuis
Collapſa deis, ſparſosve focos,
Natis miſtos arſiſſe patres,
Hominique deos, templa ſepulchris;
Nullum querimur commune malum.
Alio noſtras fortuna vocat
Lacrymas. alias flere ruinas
Mea fata jubent. Quæ prima querar?
Quæ ſumma gemam? [37] pariter cuncta
Deflere juvat. nec plura dedit
Pectora tellus, ut digna ſonent
Verbera planctu. [38] me vel Sipyli
Flebile ſaxum figite, ſuperi,
Vel in [39] Eridani ponite ripis.
Vbi mœſta ſonat Phaëtontiadum
Turba ſororum. me vel Siculis
Addite ſaxis, ubi [40] fata gemit
[41] Theſſala [42] Siren: vel in [43] Edonas
Tollite ſylvas: qualis natum
[44] Daulias ales ſolet Iſmaria
Flere ſub umbra. formam lacrymas
Aptate meis, reſonetque malis
Aſpera [45] Trachin. Cyprias lacrymas
[46] Myrrha tuetur: ruptum [47] conjux
Ceyca gemit. [48] ſibi Tantalis eſt
Facta ſuperſtes. [49] fugit vultus
Philomela ſuos, natumque ſonat
Flebilis Itym. cur mea nondum
Capiunt volucres brachia plumas?
[50] Felix, felix, cum ſilva domus
Noſtra feretur, patrioque ſedens
Ales in agro referam querulo
Murmure [51] queſtus; volucremque Iolen
[52] Turba loquetur. vidi, vidi
Miſeranda mei fata parentis,
Cum lethifero [53] ſtipite pulſus,
Tota jacuit [54] ſparſus in aula.

35 Montes Pelion, Oſſam, Olympum accumulatos. Herc. Fu. 970. Troad. 827. 36 Serpentinos pedes habere dicebantur gigantes illi. unde Anguipedes. 37 Subolet Heinſio hoc in loco defectus, quem ſupplet hunc in modum: *pariter cuncta Deflere juvat: Cur non oculos Plures nobis natura dedit, Nec plura dedit pectora tellus Vt digna ſonet verbera planctu.* Verum nil tanti eſt. quorſum enim oculi ad planctum? 38 Vt Nioben. Herc. Fu. 389. Agam. 370.

39 Padi fl. Italiæ, cujus in ripis ſorores Phaëtontis caſum fratris lugentes in alnos ſeu populos mutatæ ſunt. 40 Se à Muſis, quibuſcum contendere auſæ ſunt, deplumatas. *Vel* quod Proſerpinam raptam non invenerint.

41 A patre Acheloo, qui e Theſſalia. 42 Med. 355. 43 Thracias ab Edone monte. 44 Philomela (vel ut alii Procne) in luſciniam converſa. à Daulide opp. Phocidos ſub ditione Terei. Agam. ℣. 665.

45 Troad. ℣. 816. & ſupra ℣. 136. 46 Cynaræ regis filia à patre inſcio imprægnata: cujus, ubi reſciiſſet, iram fugiens in Sabæam, mutata eſt in Myrrham arborem.

47 *Agam.* ℣. 674.

48 In lapidem quippe obduruit qui formam Niobes retinet, lacrymareque videtur. 49 Mutata ſc. in avem. ſup. ℣. 192. 50 O felix eſſem, ſi ut illa ego avis facta in ſylvis caſus meos quererer. 51 Al. legunt *Murmure caſus.* 52 Al. *fama loquetur.* 53 Clava Herculis. 54 Contritus & in fruſta conciſus.

Prô

*Prô, [55] ſi tumulum fata dediſſent,*
*[55] Quoties genitor quærendus eras!*
*Potuine tuam ſpectare necem,*
*Nondum teneras [56] veſtite genas,*
*Nec dum fortis ſanguine [57] Toxeu?*
*Quid veſtra querar fata, parentes,*
*Quos [58] in tutum mors æqua tulit?*
*Mea me lacrymas fortuna rogat.*
*Iam jam dominæ captiva colos*
*Fuſoſque legam: prô, [59] ſæve decor,*
*Formaque mortem paritura mihi.*
*[60] Tibi cuncta domus concidit [60] uni,*
*[61] Dum me genitor negat Alcidæ,*
*Atque Herculeus ſocer eſſe timet.*
*Sed jam dominæ tecta petantur.*
CH. *Quid regna tui clara parentis,*
*Proavoſque tuos reſpicis amens?*
*[62] Fugiat vultus fortuna prior.*
*[63] Patiens, [64] quiſquis novit famulum*
*Regemque pati, vultuſque ſuos*
*Variare poteſt.* vires [65] pepulit
Ponduſque mali, caſus animo
Qui tulit æquo.

[55] Imitatur illud ỿ. 1256. & 1269. Hippol.
[56] Barbate.
[57] Frater Ioles.
[58] Neque enim dolorem ſentitis, quod ego facio.
[59] Sic & apud Sophoc. queritur ὅτι τὸ κάλλος αὐτῆς τὸν βίον διώλεσεν.
[60] Mea ſolius cauſa.
[61] Repudiatus enim ab Euryto Hercules filiam ejus Iolen uxorem ambiens, Oechaliam expugnavit, regemque cum ſuis interfecit.
[62] Noli recordari, vel diſſimula fortunam priorem.
[63] Heinſius legit: *Sapiens.*
[64] Quicunque è regni faſtigio in ſervitutem deturbatus fortunam mutatam æquo animo ferre poteſt; vultumque ſcenæ adaptare, multo levius reddit malum *quod corrigere eſt nefas.*
[65] Al. *Pertulit.*

## ACTVS SECVNDVS.

### NVTRIX. DEIANIRA. LICHAS muta perſona.

*Furens Zelotypia Deianira conſpecta Iole vindictam meditatur; veſtemque venenatam Herculi mittit.*

O *Quam cruentus fœminas ſtimulat dolor,*
*Cum patuit una pellici & nuptæ domus!*
*[1] Scylla & Charybdis Sicula contorquens freta*
*Minus eſt timenda. nulla non melior fera eſt.*
*Namque ut reluxit pellicis captæ decus,*
*Et fulſit Iole, qualis [2] innubis dies,*
*Purumve claris noctibus [3] ſidus micat:*
*Stetit furenti ſimilis, ac torvum intuens*
*Herculea conjux: fœta ut Armenia jacens*
*Sub rupe tigris, [4] hoſte conſpecto exſilit:*
*Aut [5] juſſa thyrſum quatere, conceptum ferens*

[1] Thyeſt. ỿ. 577.
[2] ἀνέφελος, ſerena, candida.
[3] Luna, ſeu aliud ſidus.
[4] Venatore, vel ipſa præda.
[5] Enthea, inflata Bacchi numine & haſtam pampinis involutam vibrans.

[6] *Manias* [7] *Lycum, dubia quo greſſus agat,*
*Hæſit parumper: tum per Herculeos lares*
[8] *Lymphata rapitur; tota vix ſatis eſt domus.*
[9] *Incurrit, errat, ſiſtit. in vultus dolor*
*Proceſſit omnis: pectori pene intimo*
*Nihil eſt relictum. fletus inſequitur genas.*
*Nec unus habitus durat, aut uno furit*
*Contenta vultu. nunc inardeſcunt genæ:*
*Pallor ruborem pellit, & formas dolor*
*Errat per omnes. queritur, implorat, gemit.*
[10] *Sonuere poſtes: ecce præcipiti gradu*
*Secreta mentis ore confuſo exerit.*
DE. *Quamcunque partem ſedis ætheree premis*
[11] *Conjux Tonantis, mitte in Alcidem feram,*
*Quæ* [12] *mihi ſatis ſit:* [13] *ſi qua fœcundum caput*
*Palude tota vaſtior ſerpens movet,*
*Ignara vinci: ſi quid exceſſit feras,*
*Immane, dirum, horribile, quo viſo Hercules*
*Avertat oculos;* [14] *hoc ſinu immenſo exeat.*
*Vel ſi feræ negantur,* [15] *hanc animam precor*
*Converte in aliquid; quodlibet poſſum malum*
[16] *Hac mente fieri.* [17] *commoda effigiem mihi*
*Parem dolori. non capit pectus minas.*
*Quid excutis telluris extremæ* [18] *ſinus,*
*Orbemque verſas? quid rogas Ditem mala?*
*Omnes in iſto pectore invenias feras,*
*Quas timeat. odiis accipe* [19] *hoc telum tuis.*
[20] *Ego ſum noverca: perdere Alcidem potes.*
*Profer manus quocunque. quid ceſſas, Dea?*
[21] *Vtere furente. quod jubes fieri nefas?*
*Reperi. quid hæres? ipſa jam ceſſes licet,*
[22] *Hæc ira ſatis eſt.* NVT. *Pectoris ſani parum,*
*Alumna, queſtus comprime, &* [23] *flammas doma,*
*Frena dolorem. conjugem oſtende* [24] *Herculis.*
DE. *Iole meis captiva germanos dabit*
*Natis? Ioviſque fiet è famula nurus?*

6 Oedip. 436. 7 Oed. 471. 8 Med. 386. 9 Vide initium actus 3 Medeæ, cujus loci affectuum hæc adumbratio. 10 Crepuere fores. à veteri Græcorum more: apud quos cum fores aperirentur in viam, exituri digitis oſtium intus pulſantes velle aliquem prodire ſignificabant, ut forte adſtantes vel prætereuntes caverent ſibi ne à foribus in vicum dejectis læderentur. 11 Iuno. 12 Ad iram meam explendam: cui enim odii feras ſuperavit omnes. 13 Si quod numeroſius Hydra malum invictum. Hercul. Fu. 240. 14 Hic ſinuoſus immenſis ſpiris ſerpens exeat. *vel* è ſinu terræ *inquit Heinſius.* *Vel* ex hoc pectore meo. Sic infra ỳ. 267. & 269. 15 Meam me. 16 Irata, furiata. 17 Da huic animæ meæ aptam & parem monſtroſi corporis effigiem, quæ conceptam exequatur malitiam. 18 Al. *ſpecus.* 19 Hoc pectus meum. 20 *Emphatice*, Ego jam noverca liberis ex pellice Herculis, furore meo novercali ſuperabo tuum in pellices & Iovis furta odium. 21 Me inſtrumento uſa perdere Herc. potes. 22 Mea hæc. 23 Irarum. 24 Dignam Hercule heroe.

*15 Non.*

*[25] Non. [26] flamma curſus pariter & torrens ferent,*
*Et [27] urſa pontum ſicca cœruleum bibet.*
*Non ibo inulta; [28] geſſeris cœlum licet,*
*Totuſque pacem debeat mundus tibi:*
*[29] Eſt aliquid Hydra [30] potius; irata dolor*
*Nuptæ. [31] Quis ignis tantus in cœlum furit*
*Ardentis Ætnæ? [32] quidquid eſt victum tibi,*
*Hic vincet animus. [33] capta praripiet toros?*
*[34] Adhuc timebam monſtra. jam nullum eſt malum.*
*Ceſſere peſtes. in locum venit fera*
*Inviſa pellex. ſumme prô rector deûm,*
*Et clare Titan, Herculis tantum fui*
*Conjux [35] timentis. vota quæ ſuperis tuli,*
*Ceſſere [36] captæ. [36] pellici felix fui:*
*[36] Illi meas audiſtis, ô ſuperi, preces:*
*[37] Incolumis illi remeat. ô nulla dolor*
*Contente pœna, quære ſupplicia horrida,*
*Incogitata, infanda, Iunonem doce,*
*Quid odia valeant. neſcit iraſci ſatis.*
*Pro me [38] gerebas bella. propter me vagas*
*Achelous [39] undas ſanguine infecit ſuo,*
*Cum lenta ſerpens fieret; in taurum trucem*
*Nunc flecteret ſerpente depoſita minas;*
*Et mille in hoſte vinceres uno feras.*
*Iam diſplicemus. capta prælata eſt mihi.*
*Non præferetur. qui dies thalami ultimus*
*Noſtri eſt futurus, hic erit vitæ tuæ.*
*[40] Quid hoc? recedit animus, & ponit minas.*
*Iam ceſſit ira, quid miſer langues dolor?*
*Perdis furorem? [41] conjugis ſanctæ fidem*
*Mihi reddis iterum. quid vetas [42] flammas ali?*
*Quid frangis [42] ignes? hunc mihi ſerva impetum.*
*[43] Pares eramus. non erit votis opus.*

25 Non fiet. Atque hic locus medicam agnoſcit manum I. Rutgerſii, quem adi, l. 2. c. 6. Var. Lect.
26 *Ante cum flammis aqua*, &c. *fidem fœduſque jungent* Thyeſt. 479.
27 *Prius perfundet Arctos pontus.* vide Thyeſt. 476.
28 Herc. Fu. 68. & 881.
29 Senties tamen eſſe monſtrum Hydrâ pejus. dolorem ſcil. conjugis *quæ viduata tædis Ardet & odit.* Med. 581.
30 Al. *pejus.*
31 Neque enim Ætnæ ignes furunt quantum offenſæ uxoris iræ.
32 Melius, qui legunt: *Quidquid invictum eſt tibi.*
33 Mihine captiva præripiet tori gaudia? 34 Hactenus, prius. 35 Anxii, dum monſtra domanda aggrederetur, illius vero incolumis aliæ mihi gaudia præripiunt, infr. ℣. 295. 36 In bonum & utilitatem Ioles captivæ. 37 Supra ℣. 292. illi incolumis, mihi non ita. 38 Cum Acheloo Acarnaniæ fluv. qui me uxorem ambivit. ſeque viribus Herculi inferiorem perſpiciens in varias ſe mutavit formas ὅς φοιτῶν ἐναργὴς, ταῦρος, ἄλλοτ' αἰόλος δράκων ἑλικτὸς, ἄλλοτ' ἀνδρείῳ τύπῳ βούκρανος. infr. ℣. 585. 39 In quas ſe transformaverat Achelous. 40 Coarguit ſe, quod iram remiſerit. 41 Quæ ſanctam uxorem deceat. 42 Furoris & iræ. 43 Ira Herculem æquavi, quæ mihi ſi maneat, non erit opus auxilium divinum invocare. aderit enim vel non vocata —— ——

*Aderit* [44] *noverca, quæ manus noſtras regat,*
*Nec invocata.* NV. *Quod paras demens ſcelus?*
*Perimes maritum, cujus* [45] *extremus dies*
[45] *Primuſque laudes novit, &* [46] *cœlo tenus*
*Erecta terras fama ſuppoſitas habet?*
*Rogos in iſtos* [47] *terra conſurget parens,*
[48] *Domuſque ſoceri prima, & Ætolum genus*
*Sternetur omne;* [49] *ſaxa jamdudum & faces*
*In te feruntur. vindicem tellus ſuum*
*Defendet omnis. una quot pœnas dabis?*
*Effugere terras crede, & humanum genus*
*Te poſſe; fulmen genitor Alcidæ gerit.*
*Iam jam minaces ire per cœlum* [50] *faces*
*Specta, &* [51] *tonantem fulmine excuſſo diem.*
*Mortem quoque ipſam, quam putas tutam, time.*
*Dominatur* [52] *illic* [53] *patruus Alcidæ tui.*
*Quocunque perges, miſera, cognatos deos*
*Illic videbis.* DE. *Maximum fieri ſcelus*
*Et ipſa fateor, ſed dolor fieri jubet.*
NV. *Moriere.* DE. *Moriar* [54] *Herculis nempe inclyti*
*Conjux. nec ullus nocte* [55] *diſcuſſa dies*
*Viduam notabit, nec meos pellex thoros*
*Captiva capiet. ante ab Occaſu dies*
*Naſcetur Indis. ante glacialem polum*
*Scythasve tepida Phœbus afficiet rota;*
*Quam me relictam Theſſalæ aſpiciant nurus.*
*Meo* [56] *jugales ſanguine extinguam* [56] *faces.*
*Aut pereat, aut me perimat, eliſis feris*
*Et conjugem addat. inter Herculeos licet*
*Me quoque labores numeret. Alcidæ toros*
*Moritura certe corpore amplectar meo.*
*Ire, ire ad umbras Herculi junctam libet;*
*Sed non inultam. ſi quid è noſtro Hercule*
*Concepit Iole, manibus evellam meis*
*Ante, & per ipſas pellicem invadam faces.*
*Me nuptiali victimam feriat die*
*Infeſtus, Iolen dum ſupra exanimem ruam.*
[57] Felix jacet, quicumque quos odit, premit.

44 Iuno.
45 Occidens & Oriens Her. Fu. ỳ. 37.
46 *Fama ſuper æthera notus, ſub pedibus terras videt.*
47 Terra parens communis tot monſtris ab illo purgata vindicabit.
48 Oenei patris tui domus ſternetur prima in ejus necis vindictam; totaque una Ætolia patria tua.
49 Seditioſi populi tela. *Iamque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.* infra ỳ. 871.
50 Fulmina.
51 E decoro perſonæ, mulieris ſc. fulmine poſterius tonitru facit, quæ tamen ſimul facta viſus motu non indigens in inſtanti percipit, auditus vero ſucceſſive, quia per motum.
52 In morte ſeu mortis regione, id eſt, inferis.
53 Pluto frater Iovis, qui pater Herc. 54 Emori me malo quam repudiatam vivere ac rejectam videre captivam vel pellicem vel nuptam Herculi. infr. ỳ. 338. & 334. 55 Facibus victa nuptialibus. 56 Quæ in Ioles nuptiis præferentur. vide Theb. 263. & 807. 57 Vide Agam. 200.

NVT. *Quid*

NVT. *Quid ipſa flammas paſcis? & vaſtum foves*
*Vltro dolorem miſera? quid caſſum times;*
*Dilexit Iolen; nempe dum ſtarent lares,*
*Regiſque natam peteret. in famulæ locum*
*Regina cecidit. perdidit vires amor,*
[58] *Multumque ab illo traxit infelix ſtatus.*
Illicita amantur: excidit quidquid licet.
DE. *Fortuna amorem pejor inflammat magis.*
[59] *Amat vel ipſum, quod caret patrio lare,*
*Quod nudus auro crinis & gemma jacet:*
*Ipſas miſericors forſan ærumnas amat.*
[60] NVT. *Hoc uſitatum eſt Herculi, captas amat.*
[61] *Dilecta Priami nempe Dardanii ſoror*
*Conceſſa famulo eſt. adice, quot nuptas prius,*
*Quot virgines dilexit. erravit vagus.*
[62] *Arcadia nempe virgo, Palladios choros*
*Dum nectit Auge, vim ſtupri paſſa excidit,*
*Nullamque amoris retinet Herculei notam.*
*Referam quid alias?* [63] *mene Theſpiades vocant?*
*Brevique in illas arſit Alcides face.*
*Hoſpes* [64] *Tmoli* [65] *Lydiam fovit* [65] *nurum,*
*Et amore captus, ad leves ſedit colos,*
[66] *Vdum feroci ſtamen intorquens manu.*
*Nempe* [67] *illa cervix* [68] *ſpolia depoſuit feræ,*
*Crinemque mitra preſſit, & famulus ſtetit,*
*Hirtam Sabæa marcidus myrrha comam.*
*Vbique caluit, ſed* [69] *levi caluit face.*
[70] *Hærere amantes poſt vagos ignes ſolent.*
*Famulamne & hoſtis præferet gnatam tibi?*
DE. [71] *Vt alta ſylvas forma vernantes alit,*
*Quas nemore nudo primus inveſtit tepor;*
*At cum ſolutos expulit Boreas Notos,*
*Et ſæva totas Bruma decuſſit comas,*

58 Amoris illius ardorem diminuit ſedavitque Ioles ſervilis conditio, quam, quia facilem & licitam contemnet.
59 Vel ob hoc ardentius amat, quia miſeriarum illius commiſeratione illi compatitur.
60 Et hunc verſum Deianiræ tribuas.
61 Heſionem quidem ceto ereptam poſteaque una cum Troja captam (Herculique ut innuit amatam) conceſſit Hercules comiti ſuo Telamoni τῷ πρώτῳ καλλιςεῖ᾽ ὕρ, &c. ἀριςεύσαντι ςεχτῦ, quod primus muri in occupaſſet.
62 Quin & Augen Aloei Arcadis filiam Minervæ ſacerdotem compreſſit, ſed mox neglectam cum partu (Telepho) arca incluſam mari expoſuit. 63 Quid dicam filias quinquaginta Theſpii quas totidem (vel ut alii, una) noctibus compreſſit? 64 Tmoli montis Dydiæ. 65 Omphalem. Herc.Fu. ℣.465. 66 Saliva vel aqua cui inter nendum digitos immergere ſolent. Al. leg. *utrumque forti.* 67 *Emphatice.* Leonis exuvias geſtare ſolita. 68 Leonis pellem. 69 Inconſtanti, brevi. 70 Siſtere figereque ſolent in una amores prius vagos, quod in te faciet libentius quam in captiva. *atque hinc occaſio diſſertationis longæ ſatis Dejaniræ ſuæ diffidenti formæ.* 71 Al. *Vt alia ſylvas*, id eſt, ut alia ſylvæ forma eſt tepido afflata veris comite, alia ubi hybernus Boreas humidos terramque ſolventes Notos expulerit, ſic noſtra longum, &c.



72 De-

[72] *Deforme foliis aſpicis truncis nemus:*
*Sic noſtra longum forma percurrens iter,*
*Deperdit aliquid ſemper, & fulget minus:*
[73] *Maliſque minus eſt. quidquid in nobis fuit*
*Olim petitum, cecidit & partu labat;*
[74] *Materque multum rapuit ex illo mihi.*
[75] *Ætas citato ſenior eripuit gradu.*
*Vides ut altum famula non perdat decus?*
[76] *Ceſſere vultus penitus, & pædor ſedet;*
*Tamen per ipſas fulget ærumnas decor,*
*Nihilque ab illa caſus & fatum grave*
*Niſi regna traxit. hinc meum pectus timor,*
[77] *Altrix, laceſsit; hinc rapit ſomnos pavor.*
*Præclara* [78] *totis gentibus conjux eram;*
*Thalamoſque noſtros invido fato nurus*
*Optabat omnis:* [79] *quo nimis quiſquis deos*
*Orabat ullos.* [80] *nuribus Argolicis fui*
*Menſura voti. quem Iovi ſocerum parem*
*Altrix, habebo? quis ſub hoc* [81] *mundo mihi*
*Dabitur maritus? ipſe qui Alcidæ imperat,*
*Facibus ſuis me jungat Euryſtheus licet,*
*Minus eſt.* [82] *toro caruiſſe regnantis leve eſt.*
*Alte illa cecidit, quæ viro caret Hercule.*
NVT. *Conciliat animos conjugum partus fere.*
DE. [83] *Sic ipſe forſan dividet partus toros.*
NV. [84] *Famula illa trahitur interim donum tibi.*
DE. [85] *Hic quem per urbes ire præclarum vides,*
*Et* [86] *viva tergo ſpolia geſtantem feræ,*

72 Al. leg. *Deforme ſoliis aſpicis truncum nemus*, utrumque intellige de ſylva foliis nudata.

73 Facieique minus ineſt formæ. ita apud Soph. ὁρῶ γὰρ ἥβην. τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω, Τὴν δὲ φθίνουσαν.

74 Matris in pariundo officium. partus.

75 Al. *Ætaſque tacito ſenior.*

76 Ceſſit è priore ſtatu vultus. *vel ut alii* cultus, id eſt, *ornatus*. pulchra tamen eſt.

77 O nutrix.

78 Omnium gentium opinione.

79 Delrius legit *Quod nimis quiſquis.* Scal. *Quæ nimis quicquam deos Orabat ullos.* id eſt, quæcunque immodica vota diis concipiebat, nihil magis optabat quam nuptias noſtras, quas ideo appellarat ἐπιφθόνους. Heinſ. legit: *quo minus quiſquis deos Orabat ullos*, id eſt, Quæ maxima à Diis etiam peteret, minus tamen petebat, &c. adverte autem τὸ *Quiſquis* veteribus pro *Quæcunque* uſurpatum in fœminino. Ianus Gruterus aliam quaſi hariolari videtur lectionem. *Omnis, comminus quiſquis deos Orabat ullos*; hoc ſenſu: Si quæ, metu ne audiretur ab aſtantibus, inſinuaret ſe propius deorum ſtatuis, & iis veluti ſolis notum eſſe volebat votum ſuum, eam ſcires expetere tacito illo voto conjugium Herculis. 80 Optabant ſibi maritum meo parem. 81 Cœlo. 82 Vel regis toros Herculis thalamis poſthabeo. alii hab. *toros meruiſſe regnantis leve eſt.* verum alia lectio elegantius convenit τῷ *caret* quod ſequitur. 83 Sic (invertitque nutricis argumentum) Iole ubi peperit firmabit ſibi & retinebit Herculem, me in totum rejecta. 84 Hoc ſi uſque adeo metuas, pellicem potius ulta tolle quam maritum, quæ tibi dono data in tua manu eſt. 85 Quorſum vero illud, ſi more ſuo novum exquirat amorem? quo furens vel furere ſe ſimulans me aliquando tollet, ut quondam Megaram.

*Qui regna miſeris donat & celſis rapit,*
*Vaſta gravatus horridam clava manum,*
*Cujus triumphos ultimi* [87] *Seres canunt,*
*Et quiſquis alius orbe* [88] *conſepto jacet;*
[89] *Levis eſt, nec illum gloriæ ſtimulat decor.*
*Errat per orbem, non ut æquetur Iovi,*
*Nec ut per urbes* [90] *magnus Argolicas eat.*
*Quod amet, requirit. virginum thalamos petit:*
*Si qua eſt negata, rapitur. in populos furit;*
[91] *Nuptas ruinis quærit: & vitium impotens,*
*Virtus vocatur.* [91] *cecidit Oechalia inclyta,*
*Vnuſque Titan vidit atque unus dies*
*Stantem & cadentem: cauſa bellandi eſt amor,*
[91] *Toties timebit, Herculi gnatam parens,*
*Quoties negabit. hoſtis eſt, quoties ſocer*
*Fieri recuſat. ſi gener non eſt, furit.*
*Poſt hæc quid* [92] *iſtas innocens ſervo manus,*
*Donec furentem ſimulet, ac ſæva manu*
*Intendat arcus,* [93] *meque* [94] *natumque opprimat?*
[95] *Sic conjuges expellit Alcides ſuas:*
*Hæc ſunt repudia!* [96] *nec poteſt fieri nocens.*
*Terris videri ſceleribus cauſam ſuis*
*Fecit novercam. quid ſtupes ſegnis furor?*
*Scelus* [97] *occupandum eſt: perge, dum fervet manus.*
NVT. *Perimes maritum?* DE. [98] *Pellicis certe mea.*
NVT. *At Iove creatum.* DE. *Nempe &* [99] *Alcmena ſatum.*
NVT. *Ferro-ne?* DE. *ferro.* NVT. *Si nequis?* DE. *perimam dolo.*
NVT. *Quis iſte furor eſt?* DE. *Quem meus conjux* [1] *docet.*
NVT. *Quem nec noverca potuit, hunc perimes virum?*
DE. Cœleſtis ira quos premit, miſeros facit;
Humana [2] nullos. NVT. *Parce miſeranda, & time.*
DE. Contempſit omnes ille, qui mortem prius.
*Libet ire in enſes.* NVT. *Major admiſſo tuus,*
*Alumna, dolor eſt. culpa par odium exigit.*
[3] *Cur ſæva modicis ſtatuis? ut paſſa es, dole.*
DE. *Leve eſſe credis pellicis nuptæ malum?*
*Quidquid dolorem paſcit, id* [3] *nimium puta.*

87 Thyeſtes. ỳ. 378.
88 Oceani undis incluſo. al. leg. *conſumpto.*
89 In amore multivolus. ἀλλοπρόσαλλος.
90 Virtutis gloria inſignis.
91 Sup. ỳ. 222.
92 Meas.
93 Vt quondam Megaram liberoſque ſuos. Herc. Fu. act. 4.
94 Hyllum.
95 Cæde.
96 Amovetque cæſæ ſuæ conjugis cum liberis ſcelus in Iunonem: quaſi illa immiſiſſet illi furorem. Herc. Fu. act. 5.
97 Vide Agamem. ỳ. 191. Thyeſt. ỳ. 203.
98 Imo pellicis meæ maritum.
99 Mortali, idque per adulterium.
1 Exemplum furoris præbens in cæde uxoris ſuæ Megaræ.
2 Nullos facit, id eſt, tollit, ut jam non ſint; atque hoc Iunonis ira mitior mea, quæ miſeriis eum eximit.
3 Cur delictis modicis pœnam tam ſævam irrogas? Rectius legas *minimum.*

NVT. *Amorne clari*[4] *fugit Alcidæ*[4] *tibi?*
DE. *Non fugit, altrix. remanet, & penitus ſedet*
*Fixus medullis, crede: ſed magnus dolor,*
*Iratus amor eſt.* NVT. [5] *Artibus magicis fere*
*Conjugia nuptæ precibus admiſtis ligant.*
[6] *Vernare juſſi frigore in medio nemus:*
*Miſſumque fulmen ſtare. concuſſi fretum*
*Ceſſante vento. turbidum explicui mare:*
*Et ſicca tellus fontibus patuit novis.*
*Habuere motum ſaxa. diſcuſſi fores.*
*Vmbræ ſtetiſtis: & mea juſſi prece*
*Manes loquuntur. ſonuit infernus canis.*
*Mare, terra, cœlum, & Tartarus ſervit mihi.*
*Nox media ſolem vidit, & noctem dies:*
[7] *Nihilque leges ad meos cantus tenet.*
*Flectemus illum.* carmina invenient iter.
DE. *Quas*[8] *Pontus herbas generat, aut quas*[9] *Theſſala*
*Sub rupe pindus? aut ubi inveniam malum,*
*Cui cedat ille? carmine in terras mago*
[10] *Deſcendat aſtris luna deſertis licet,*
*Et bruma meſſes videat, & cantu fugax*
*Stet deprehenſum fulmen, & verſa vice*
*Medius coactis fugerit ſtellis dies:* (mor.
*Non flectet*[11] *unum.* NVT. [12] Vicit & ſuperos a-
DE. *Vincetur uni forſan, &*[13] *ſpolium dabit,*
*Amorque ſummus fiet Alcidæ labor.*
*Sed te per omne cœlitum numen precor,*
*Per hunc timorem; quidquid arcani apparo,*
*Penitus recondas, & fide tacita premas.*
NVT. *Quid iſtud eſt, quod eſſe ſecretum jubes?*
DE. *Non tela ſunt, non arma, non ignis mina.*
NVT. *Praſtare fateor poſſe me tacitam fidem,*
*Si ſcelere careat.*[14] *interim ſcelus eſt fides.*
DE. *Circumſpice, agedum, ne quis arcana*[15] *aucupet;*
*Partemque in omnem vultus inquirens eat.*
NVT. *En locus ab omni tutus arbitrio vacat.*
DE. *Eſt in remoto regiæ ſedis loco*
*Arcana tacitus noſtra defendens ſpecus.*
[16] *Non ille primos accipit ſoles locus,*

4 A te, tibi excidit.
5 *Quos non concordia mixti Alligat ulla tori blandæque potentia formæ Traxerunt torti magica vertigine fili:* Sed hoc ex veterum ſuperſtitione, neque enim cogitur voluntas. ſenſitivus quidem appetitus quandoque allicitur, philtra ſane & veneficia amatoria non paucos ad inſaniam impulerunt.
6 Dæmonomagiæ vires vid. Med. 753.
7 Nihil tenet naturæ ſuæ leges adverſus mea carmina.
8 Qui malarum herbarum ferax. *Has herbas atque hæc Ponto mihi lecta venena, &c.*
9 In Theſſalia, quæ veneficiis infamis.
10 Hippol.
11 Herculem.
12 Vincet tamen eum amor qui & ſuperos vicit.
13 Arcum vel ſagittas cedet Herculi ſpolium Cupido.
14 Alioqui. *vel* interdum ſeu nonnunquam. hoc.n. valet *interim* apud tertiæ ætatis Latinæ authores, cujus hæc tragœdia fœtus videtur.
15 Al. leg. *occupet.*
16 Soli orienti non exponitur, non occidenti.

[16] *Non ille ſeros, cum ferens Titan diem,*
*Laſſam* [17] *rubenti* [18] *mergit Oceano rotam,*
*Illic* [19] *amoris pignus Herculei latet.*
*Altrix, fatebor,* [20] *Neſſus eſt auctor mali,*
*Quem gravida nubes* [21] *Theſſalo genuit* [21] *duci,*
*Qua celſus aſtris inſerit* [22] *Pindus caput,*
*Vltraque nubes* [22] *Othrys eductus riget.*
*Namque ut ſubactus Herculis clava horridi*
*Achelous, omnes facilis in ſpecies* [23] *dari,*
*Tandem peractis omnibus patuit feris,*
*Vnoque* [24] *turpis ſubdidit cornu caput:*
*Me conjugem dum victor Alcidos habet,*
*Repetebat Argos. forte per campos vagus*
[25] *Euenus altum gurgitem in pontum ferens*
*Iam pene ſummis turbidus ripis erat.*
*Tranſire Neſſus verticem ſolitus vadis,*
*Pretium popoſcit: meque jam dorſo ferens,*
*Qua jungit hominem ſpina deficiens equo;*
*Frangebat ipſas fluminis tumidi* [26] *minas.*
*Iam totus undis Neſſus exierat ferox,*
*Medioque adhuc errabat Alcides vado,*
*Vaſto rapacem verticem ſcindens gradu.*
*Aſt ille ut eſſe vidit Alcidem procul,*
*Tu præda nobis,* [27] *inquit, & conjux eris.*
[28] *Prohibetur undis; meque complexam ferens*
[29] *Greſſum citabat. non tenent undæ Herculem:*
[30] *Inſide vector, inquit, immiſti licet*
[31] *Ganges &* [31] *Iſter vallibus junctis eant;*
*Vincemus ambos. conſequar telo* [32] *fugam.*
[33] *Præceſſit arcus verba.* [34] *tum longum ferens*
*Arundo vulnus, tenuit hærentem fugam;*
*Mortemque fixit. ille jam* [35] *quærens diem*
*Tabem fluentis vulneris dextra excipit,*
*Traditque nobis* [36] *ungulæ inſertam ſuæ,*
*Quam forte ſæva ſciderat avulſam manu.*
*Tum verba moriens addit: hoc inquiet, magæ*
*Dixere amorem poſſe defigi* [37] *malo,*
*Hoc* [38] *docta Mycale* [39] *Theſſalas docuit nurus,*

17 A ſolis vicini radiis.
18 Herc. Fu. ℣. 25.
19 Venenum revocandi Herculei amoris vim habens.
20 Centaurus quem è nube, quam Ixion cum Iunonem de ſtupro interpellaſſet Iupiter pro Iunone ſuppoſuerat, editum eſſe ut & natos Centauros narrant. vide Herc. Fu. ℣. 777, & ℣. 749.
21 Ixioni.
22 Mons Theſſaliæ ἠέριος.
23 Transformari ſup. ℣. 300.
24 Namque in taurum converſo Acheloo Herc. cornu avulſit.
25 Ætoliæ fl. ποταμὸς βαθύῤῥοος.
26 Impetus.
27 Inquit Neſſus.
28 Hercules prohibetur undis.
29 Neſſus celeriter fugiebat.
30 O Neſſe, inquit Herc. 31 Fl. max. hic Germaniæ, ille Indiæ. 32 Te fugientem. 33 Sagitta arcu emiſſa prius Neſſum percuſſerat, quam verba audiviſſet. 34 E longe. 35 Moriens. *oculiſque errantibus alto Quæſivit cœlo lucem.* 36 Frigida enim venena ungulis ſolis ſervari poſſe feruntur. 37 Veneno incantato. 38 Veneficiorum & magiæ perita. 39 Mulieres Theſſ. incantamentis famoſas.

40 Incantata. Hippol. 420.
41 Et Hercules aliam duxerit uxorem Iovi nurum futuram.
42 Μήτε ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου Μηθ᾽ ἕρκος ἱερὸν μήτ᾽ ἐφέστιον σέλας.
43 Hæc Neſſi verba mors excepit, inſequuta eſt.
44 Cupidinem.
45 Quem numina, animaliaque cœleſtia, terrena & maritima timent.
46 Iupiter, qui fulmina Cyclopibus in Ætnæis antris fabricata torquet.
47 Τοὺς γὰρ ἄλλους θεοὺς, κατηγωνίσω ἅπαντας ὦ Ἔρως, τὸν Δία, τὸν Ποσειδῶ, τὸν Ἀπολλῶ, τὴν Ἥραν, ἐμὲ τὴν μητέρα. Venus apud Lucianum.
48 ἔρως τοξότης.
49 Arcu. arcus chorda.
50 Ἀβλῆτα ἰὸν, οἰστὸν.

*Vnam inter omnes* [40] *Luna quam ſequitur magam,*
*Aſtris relictis. illitas veſtes dabis*
*Hac, inquit, ipſa tabe, ſi pellex tuos*
*Inviſa thalamos tulerit,* [41] *& conjux levis*
*Aliam parenti dederit altiſono nurum.*
[42] *Hoc nulla lux aſpiciat. hoc tenebræ tegant*
*Tantum remotæ: ſic potens vires ſuas*
*Sanguis tenebit:* [43] *verba deprendit quies,*
*Mortemque laſſis intulit membris ſopor.*
*Tu, quam meis admittit arcanis fides,*
*Perge, ut nitentes virus in veſtes ſatum,*
*Mentem per artus adeat, & tactu intimas*
*Intret medullas.* NVT. *Ocyus juſſa exequar,*
*Alumna. precibus tu* [44] *Deum invictum advoca,*
*Qui certa tenera tela demittit manu.*
DE. *Te te precor,* [45] *quem mundus & ſuperi timent;*
*Et æquor, &* [46] *qui fulmen Ætnæum quatit,*
*Timende* [47] *matri* [48] *teliger ſævæ* [48] *puer;*
*Intende certa ſpiculum velox manu:*
*Non è ſagittis levibus. è* [49] *nervo, precor,*
*Graviore profer,* [50] *quod tuæ nondum manus*
*Miſere in aliquem. non levi telo eſt opus,*
*Vt amare poſſit Hercules. rigidas manus*
*Intende, & arcum cornibus junctis para.*
*Nunc nunc ſagittam prome, qua quondam horridus*
*Iovem petiſti; fulmine abjecto Deus*
[51] *Cum fronte ſubita tumuit,* [52] *rapidum mare*
*Taurus puellæ vector Aſſyriæ ſcidit.*
*Immitte amorem. vincat exempla* [53] *omnia.*
*Amare diſcat* [54] *conjuges. ſi quas decor*
*Immiſit Ioles pectori Herculeo faces,*
*Extingue totas. perbibat flammas mei.*
*Tu fulminantem ſæpe domuiſti Iovem,*
*Tu* [55] *furva nigri ſceptra geſtantem poli,*
*Turbæ* [55] *ducem* [56] *majoris, &* [57] *dominum Stygis.*
*Tu, qui* [57] *noverca es gravior irata Deus,*

51 Cum Iovi in taurum verſo erumpebant ſubito cornua, &c. Hippol. 302. 52 Fretum è Phœnicia in Cretam trajiciens. 53 Omnium qui amore inſaniverunt. 54 Quas (pellicibus deditus) contemnere ſolet: ut Megaram & me. 55 Plutonem. Agam. 750. 56 Mortuorum enim major quam vivorum numerus. Herc. Fu. 559. 57 Herculi ſemper Amor nocentior quam Iuno irata, *Plus tibi quam Iuno nocuit Venus.*

Cape

*Cape hunc triumphum, ſolus evince Herculem.*
NVT. *Prolata* [58] *vis eſt,* [59] *quæque* [60] *Palladia colu*
*Laſſavit omnem texta famularem manum.*
*Nunc congeratur virus, ut veſtis* [61] *bibat*
*Herculea peſtem.* [62] *precibus augebo malum.*
*In tempore ipſo gnavus occurrit Lichas.*
*Celanda vis eſt, illa ne pateant mala.*
DE. *O,* [63] *quod ſuperbæ non habent unquam domus,*
*Fidele ſemper regibus* [64] *nomen, Licha,*
*Cape hos amictus,* [65] *noſtra quos nevit manus,*
*Dum vagus in orbem fertur, & victus mero*
*Tenet feroci* [66] *Lydiam gremio nurum,*
*Nunc poſcit Iolem. ſed* [67] *jecur fors horridum*
*Flectam* [68] *emerendo.* merita vincunt & malos.
*Non ante veſtes induat conjux jube,*
*Quam thure flammas ſpargat, & poſcat deos,*
[69] *Cana rigentem populo vinctus comam.*
*Ipſa ad penates regios greſſus feram,*
*Precibuſque Amoris horridi matrem colam.*
*Vos, quas paternis extuli comites focis,*
[70] *Calydoniæ, deflete lugendas* [71] *vices.*

58 Venenum illud tantæ potentiæ.
59 Et veſtis, quæ, &c.
60 A Pallade inventa. vid. Hippol. 102.
61 Imbibat venenum.
62 Imprecationibus magicis.
63 Namque in tot populis vix una fides. inf. ỹ. 608.
64 Servitium, famulæ.
65 Πέπλον τῆς ἐμῆς χειρός.
66 Omphalen. Herc. Fu. 465.
67 Cupiditatum ſedem, maxime amoris qui è flava bile oritur, quæ calidæ aridæque naturæ igni in hominis temperatura reſpondet. unde poëtis familiare amoris nomen *Ignis*. 68 Meritis & beneficiis meis. 69 Alba populo, Herc. Fu. ỹ. 892. Ætolides. Calydonn. regia Ætolorum urbs. 71 Meas, quod faciunt in ſequenti Choro.

## CHORVS ÆTOLARVM Virginum.

*Mulieres Calydoniæ Deianiræ ſortem deflent: Ambitionem, Avaritiam, Luxum, cæteraque mortalium ſtudia inania deteſtantur, privatam fortunam laudant.*

*Flemus caſus,* [1] *Oenei, tuos,*
*Comitum primos turba per annos,*
*Flemus* [2] *dubios, miſeranda, toros,*
*Nos* [3] *Acheloi tecum ſolitæ*
*Pulſare vadum, cum jam tumidas*
*Vere peracto poneret undas,*
*Graciliſque vado ſerperet æquo,*
*Nec præcipitem volveret amnem*
[4] *Flavus rapido fonte Lycormas.*

1 O Deianira filia regis Oenei.
2 Repudium timentes.
3 Sup. ỹ. 300, & 500.
4 Arenis flavus Lycormas fluvius Ætoliæ, qui poſtea Euenus dictus.

*Nos*

*Nos* [5] *Palladias ire per aras.*
*Et virgineos celebrare choros :*
*Nos* [6] *Cadmeis* [7] *orgia ferre*
*Tecum ſolitæ condita* [8] *ciſtis ,*
[9] *Cum pulſo ſidere Brumæ*
*Tertia ſoles evocat æſtas ,*
*Et* [10] *ſpiciferæ conceſſa deæ*
*Attica* [11] *myſtas* [12] *claudit* [13] *Eleuſis.*
*Nunc quoque fatum quodcunque times ,*
*Fidas* [14] *comites accipe fatis.*
Nam rara fides, ubi jam melior
Fortuna ruit.
*Tu quicunque es, qui ſceptra tenes ,*
*Licet omne tua vulgus in aula*
[15] *Centum pariter limina pulſet :*
*Cum tot populis ſtipatus eas ,*
*In tot populis vix una fides.*
*Tenet auratum limen* [16] *Erinnys ,*
*Et cum magnæ patuere fores ,*
*Intrant fraudes, cautique doli ,*
*Ferrumque* [17] *latens. cumque in populos*
*Prodire parant, comes invidia eſt.*
[18] *Noctem quoties ſummovet Eos ,*
*Regem toties credite naſci.*
[19] Pauci reges, non regna colunt :
Plures fulgor convocat aulæ.
*Cupit hic regi proximus ipſi*
*Clarus claras ire per urbes :*
*Urit miſerum gloria pectus.*
*Cupit hic gazis implere famem :*
*Nec tamen omnis plaga gemmiferi*
*Sufficit* [20] *Iſtri; nec tota ſitim*
[21] *Lydia vincit;* [22] *nec quæ Zephyro*
*Subdita tellus ſtupet* [23] *aurato*
*Flumine clarum radiare* [23] *Tagum ;*
*Nec ſi totus ſerviat* [24] *Hebrus ;*
*Ruraque dives cingat* [25] *Hydaſpes ;*
*Intraque ſuos currere fines*
*Spectet toto flumine* [26] *Gangem.*
Avidis, avidis [27] natura parum eſt.
*Colit hic regem, regumque lares ,*
[28] *Non ut preſſo vomere ſemper*

5 In Palladis honorem extructas.

6 Bacchi Thebis à Cadmo inſtitutis nati cultique.

7 Liberi patris ceremonias; & ſacra Oedip. 431.

8 Caniſtris ; quæ ferebant κανηφόροι virgines.

9 Cum jam pulſato hyemali Piſcium ſidere tertii anni ſolſtitium æſtivum calores inducit. *ubi audito ſtimulant Trieterica Baccho Orgia :* tertio quoque anno iterata in memoriam victoriæ Indicæ patris Liberi trienni expeditione partæ.

10 Cereri à Triptolemo conceſſa.

11 Herc. Fu. 846.

12 Ut ſecreta ſint Eleuſinia ſacra.

13 Hippol. 835. Herc. Fu. 301.

14 Nos.

15 Multa, propter ſatellitum & miniſtrorum frequentiam.

16 Furia. Agam. ℣. 82.

17 Ad inſidias.

18 Quoties rex inſidias noctis & mortem evaſerit, toties novum alium naſci credite, tantum periculi regibus minantur noctes ſingulæ.

19 Plures colunt regias fortunas quam perſonas.

20 Fl. Europæ maximi.

21 *Non Tarteſſiacis illum ſatiaret arenis Tempeſtas pretioſa Tagi ;* 22 *Non ſtagna rubentis.* 23 *Aurea Pactoli, totumque exhauſerit Hermum, Ardebit majore ſiti.*

24 Herc. Fu. 1324. ℣. Thyeſt. ℣. 353.

25 Thracia : cujus Hebrus fl.

26 Indiæ fl.

27 Omne quod produxit natura.

28 Non ut multa aret, poſſideat, acquirat , ſed ut habeat quas largiatur opes.

Nun-

*Nunquam ceſſet curvus arator,*
*Vel mille ſecent arva coloni:*
*Solas optat, quas donet, opes.*
*Colit hic reges,* [29] *calcet ut omnes,*
*Perdatque aliquos, nullumque levet.*
*Tantum ut noceat, cupit eſſe potens.*
*Quota pars moritur* [30] *tempore fati!*
Quos felices [31] Cynthia vidit,
Vidit miſeros abitura dies.
Rarum eſt, felix, idemque ſenex.
[32] Ceſpes Tyrio mollior oſtro,
Solet impavidos ducere ſomnos.
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigileſque trahit purpura noctes.
O ſi pateant pectora ditum,
Quantos intus ſublimis agit
Fortuna metus! [33] *Brutia Coro*
*Pulſante fretum mitior unda eſt.*
Pectora pauper ſecura gerit.
[34] *Tenet è patula pocula fago,*
*Sed non trepida tenet ipſa manu.*
*Carpit* [35] *faciles vileſque cibos,*
[36] *Sed non ſtrictos reſpicit enſes.*
[37] Aurea miſcet pocula ſanguis.
*Conjux modico nupta marito*
*Non diſpoſito clara monili*
*Geſtat pelagi* [38] *dona* [39] *rubentis,*
*Nec gemmiferas detrahit aures*
[40] *Lapis Eoa lectus in unda;*
*Nec* [41] *Sidonio mollis aheno*
[42] *Repetita bibit lana rubores;*
*Nec * Mæonia diſtinguit acu*
*Quæ* [43] *Phœbeis ſubditus Euris*
*Legit* [43] *Eois* [44] *Ser arboribus.*
*Qualibet herba tinxere colos,*
*Quas indoctæ nevere manus:*
*Sed* [45] *non dubios fovet illa toros.*
[46] *Sequitur dira lampade Erinnys*
*Quorum populi coluere diem.*
[47] *Nec ſibi felix pauper habetur,*
*Niſi felices cecidiſſe videt.*
Quiſquis medium defugit iter,

29 Vt multos premat opprimatque.

30 *Sed miſera ante diem nec ſicca morte.*

31 Præcedentis noctis Luna.

32 Terra gramine herbiſque virens.

33 Fretum Siculum. Thyeſt. ℣. 578.

34 Cui *Terra rubens crater, pocula fagus* ſecuritatem præſtant.

35 Dapes inemptas.

36 *Rarus venit in cœnacula miles.* vel ad enſem reſpicit Damoclis cervici juſſu Dionyſii impendentem.

37 *Helleniſm.* χρύσεον αἷμα κεράννυται σκύφοις. lethum ſeu lethale venenum aureis miſcetur poculis.

38 Gemmas.

39 Erythræi maris. Thyeſt. ℣. 370.

40 Elenchus è margarita Indica.

41 Thyeſt. ℣. 344.

42 Dibapha, Tyrio bis murice tincta.

43 Orientalibus.

44 Thyeſt. ℣. 378.

45 Non ſuſpectos adulterii. vel repudium timentes. ut ſupra ℣. 590.

46 Sed diſcors furia inauſpicata tæda nuptiali (Theb. ℣. 263, & 507. vel face furiali (Her. Fu. ℣. 87.) eorum thalamos perſequitur, quorum natales publica lætitia celebrantur; id eſt, principum.

47 Tum ſe beatum agnoſcit pauper, ubi potentes ex alto gradu videt cecidiſſe.

Stabili

Stabili nunquam tramite curret.
*Dum petit unum præbere diem,*
*Patrioſque* [48] *puer concitat axes,*
*Nec per ſolitum percurrit iter,*
*Sed Phœbeis ignota ſecat*
*Sidera flammis errante rota,*
*Secum pariter perdidit orbem.*
*Medium cœli dum ſulcat iter,*
[49] *Tenuit Latias Dædalus oras,*
[50] *Nullique dedit nomina ponto.*
*Sed dum* [51] *volucres vincere veras*
*Icarus audet, patriaſque puer*
[52] *Deſpicit alas,* [53] *Phœboque volat*
*Proximus ipſi;* [54] *dedit ignoto*
*Nomina ponto.*
Male penſantur magna ruinis.
[55] *Felix alius, magnuſque volet;*
*Me nulla vocet turba potentem.*
[56] *Stringat tenuis littora puppis.*
*Nec magna meos aura phaſelos*
*Iubeat medium ſcindere pontum.*
Tranſit tutos Fortuna ſinus,
Medioque rates quærit in alto,
Quarum feriunt [57] ſuppara nubes.
*Sed quid pavido territa vultu,*
[58] *Qualis Baccho ſaucia Thyas,*
*Fertur rapido* [59] *regina gradu?*
*Quæ te rurſus fortuna rotat,*
*Miſeranda, refer. licet ipſa neges,*
Vultus loquitur, quodcunque tegis.

48 Phaëton.

49 *Dæd. fugiens Minoïa regna Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo, Chalcidicaque levis tandem ſuper adſtitit arce.* id eſt, Cumis. quæ in Italia. pro cujus parte, quæ magna Græcia dicebatur, Latium ponit.

50 Quod fecit filius ejus Icarus.

51 Altius volitare quam volucres veræ.

52 Altius ſubvectus patrem infra volitantem videt.

53 Cujus calore liquefacta, qua conglutinabantur alæ, cera in mare decidit.

54 Vide Oed. ℣. 893.

55 Volitet alius felix & magnus.

56 Radat. legat littora.

57 Medea ℣. 328.

58 *Qualis commotis excita ſacris Bacchatur Thyas.* vid. Oed. 442.

59 Dejanira.

# ACTVS TERTIVS.

## DEIANIRA. CHORVS.

*Deianiram, periculo veneni ad ſolem expoſiti flammasque concipientis facto, conſilii ſui pœnitet.*

[1] *Vagus per artus errat excuſſos tremor:*
[2] *Erectus horret crinis. impulſis adhuc*
*Stat terror animis, &* [3] *cor attonitum ſalit,*

1 *Gelidusque per ima cucurrit Oſſa tremor.*

2 Commeante ſc. ad cordis (quod corporis arx eſt) ſubſidium calore, externa algeſcunt fitque horripilatio, nec non- -

3 Καρδίας παλμός, qui inter divinationes ſalitorias.

Pavi-

*Pavidumque trepidis palpitat venis jecur.*
*Vt fractus Auſtro pontus etiamnum tumet,*
*Quamvis quieſcat languidis ventis [4] dies:*
*Ita mens adhuc vexatur excuſſo metu.*
Semel profecto premere felices deus
Cum cœpit, urget. [5] hos habent magna exitus.
CH. *Quis tam impotens, ô miſera, te caſus rotat?*
DE. *Vt miſſa palla eſt, tabe Neſſea illita,*
*Thalamiſque mœrens intuli greſſum meis,*
*Neſcio quid animus timuit, & fraudem [6] ſtruit,*
*Libet experiri. [7] ſolibus virus ferum*
*Flammiſque Neſſus ſanguinem oſtendi arcuit.*
*Hic [8] ipſe fraudes eſſe præmonuit [8] deus.*
*Et forte nulla nube reſperſus jubar*
*Laxabat ardens fervidum Titan diem.*
*(Vix ora ſolvi patitur etiam nunc timor)*
*Medios in ignes ſolis, & claram facem*
*Quo tincta fuerat palla, veſtiſque illita,*
*Abjectus horret [9] ſanguis, & Phœbi [10] coma*
*Tepefactus ardet. vix queo monſtrum eloqui.*
*Nives ut Eurus ſolvit aut tepidus Notus,*
*Quas vere primo lubricus perdit [11] Mimas;*
*Vtque involutos frangit Ionio ſalo*
*Oppoſita fluctus [12] Leucas, & [13] laxus tumor*
*In littore ipſo ſpumat: aut cœleſtibus*
*Aſperſa tepidis thura laxantur focis:*
*Sic languet omne virus, & perdit [14] comam.*
*Dumque ipſa miror, [15] cauſa mirandi perit.*
*Quin ipſa tellus ſpumeos motus agit,*
*Et quidquid illa tabe contactum eſt, labat.*
[[16] *Tumenſque tacita ſequitur, & quaſſat caput.*]
*Natum paventem cerno & ardenti pede*
*Greſſus ferentem. prome, quid portes novi.*

4 Tempeſtas. 5 Conatus grandes, anxios plerunque & calamitoſos habent exitus. 6 Al. *Aſtruit.* i.e. aſſerit me deceptam eſſe poſſe. 7 Sup. ÿ. 536. 8 Ipſe Neſſus, quem eadem Deianira θεὸν χείρωνα dixit in Sophoc. Trachinii. vid. Thyeſt. ÿ. 859. q. d. vel ipſe Neſſus δολοποιὸς, id eſt, fraudulenti & hoſtilis erga Herculem animi me monere potuiſſet ſubeſſe fraudem. *vel* ſimpliciter intellige de deo, ſeu dæmone. 9 Neſſi ſanguis Hydræ felle, quo tinctæ fuerant Herculis ſagittæ, miſtus. 10 Radiis. Hippol. ÿ. 751. 11 Ioniæ mons nivoſus. 12 Leucates. vide Hippol. ÿ. 1011. 13 Vnda rejecta & diſſoluta. al. *laſſus* & *lapſus.* 14 Lanam qua inunxerat pallam. τὸ κάταγμα τῆς οἰὸς, ᾧ προὔχριε. Soph. id eſt. panniculum velleris quo veſtem perunxiſſet. 15 Lana illa. 16 ἄτακτος hic verſus, atque legendum *Timenſque.*

HYL-

## HYLLVS. DEIANIRA. NVTRIX.

*Intellecto ex Hyllo funeſti muneris malo, Deianira ſibi mortem conſciſcit.*

I *Profuge, quære ſi quid ulterius patet*
*Terris, freto, ſideribus, Oceano, inferis.*
*Vltra* [1] *labores, mater, Alcidæ fuge.*
DE. *Neſcio quod animus grande præſagit malum.*
HYL. [2] *Regna, triumpha, templa Iunonis pete:*
*Hæc tibi patent. delubra præcluſa omnia.*
DE. *Effare, qui me caſus inſontem premat.*
HYL. *Decus illud orbis, atque præſidium unicum,*
*Quem fata terris in locum dederant* [3] *Iovis,*
*O mater,* [4] *abiit. membra, & Herculeos toros*
*Vrit lues* [5] *Neſſea. qui domuit feras,*
*Ille ille victor, vincitur, mœret, dolet.*
*Quid quæris ultra?* DE. Miſerias properant ſuas
Audire miſeri. *fare, quo poſita in ſtatu*
*Iam noſtra domus eſt. O lares, miſeri lares!*
*Nunc vidua, nunc expulſa, nunc feror obruta!*
HYL. *Non ſola mœres. Hercules toto jacet*
*Mundo gemendus. fata ne, mater, tua*
*Privata credas. jam* [6] *genus totum obſtrepit.*
*Hunc ejulatu, quem gemis, cuncti gemunt.*
*Commune terris omnibus pateris malum.*
*Luctum occupaſti prima: non ſola Herculem*
*Miſeranda mœres.* DE. *Quam prope à leto tamen,*
*Ede, ede, (quæſo) jaceat Alcides meus.*
HYL. *Mors refugit illum,* [7] *victa quæ in regno ſuo*
*Semel eſt. nec audent fata tam vaſtum nefas*
*Admittere. ipſa forſitan trepida colos*
[8] *Clotho manu projecit, & fatum Herculis*
*Timet peragere. prô diem! infandum diem!*
*Hocne ille ſummo magnus Alcides eat*
*Ad fata & umbras, atque* [9] *pejorem polum!*
DE. *Præcedere tu illum dicis? an poſſum prior*
*Mortem occupare? fare, ſi nondum occidit.*

1 Regiones Herculis laboribus inſignes. 2 Sarcaſtice, triumpha quaſi te ſtrenue geſta: ſacrifica, ſed Iunoni ſoli cui Herculis mors læta obtigit, cæteris Diis mœſta. inf. ℣. 1547. 3 Liberatoris, auxiliatoris. atque intimare videtur Etym. vulgatam cui Iupiter. q. Iuvans pater melius tamen Iovis pater. Iovis ab Heb. יהוה addito pater. ſic enim Dieſpiter, Neptunus pater, Saturnus pater, Marſpiter, &c. 4 Al. *obiit.* necdum autem obierat: de vita vero Herculis deſperat Hyllus. 5 Al. *Neſcio quæ,* Neſciebat enim adhuc Hyllus quæ lues Herculem ureret. quod ut modulis concinat emendare laborat Raphelengius. legitque *Neſcio qua.* 6 Humanum genus. 7 Ab eodem Hercule ad inferos deſcendente. 8 E tribus parcis illa quæ colum tenet. Herc. Fu. ℣. 558. 9 Deteriorem polum, nigrum, Antarcticum. vide Herc. Fu. 606. id eſt, ad inferos.

HYL. [10] *Euboica tellus vertice immenſo tumens*
*Pulſatur omni latere.* [11] *Phryxeum mare*
*Scindit Caphareus. ſervit hoc Auſtro latus.*
*At qua nivoſi patitur Aquilonis minas,*
[12] *Euripus undas flectit inſtabiles vagus,*
*Septemque curſus flectit, & totidem refert,*
*Dum laſſa Titan* [13] *mergat Oceano juga.*
*Heic* [14] *rupe celſa, nulla quam nubes ferit,*
*Annoſa fulgent templa* [15] *Cenæi Iovis.*
*Vt ſtetit ad aras omne votivum pecus,*
*Totumque tantis gemuit armentis nemus;*
*Spolium leonis ſordidum tabo exuit,*
*Poſuitque clavæ pondus, & pharetra graves*
*Laxavit humeros.* [16] *veſte tunc fulgens* [16] *tua,*
[17] *Cana revinctus populo horrentem comam,*
*Succendit aras. Accipe has, inquit, focis*
*Non falſe* [18] *meſſes genitor, & largo ſacer*
*Splendeſcat ignis thure, quod* [19] *Phœbum colens*
*Dives* [20] *Sabæis colligit truncis* [20] *Arabs.*
*Pacata tellus, inquit, & cœlum, & freta;*
*Feris ſubactis omnibus victor redii.*
[21] *Depone fulmen. gemitus in medias preces,*
*Stupente & ipſo, cecidit. hic cœlum horrido*
*Clamore complet.* [22] *qualis impreſſa fugax*
*Taurus bipenni vulnus & telum ferens,*
*Delubra vaſto trepida mugitu replet,*
*Aut quale mundo fulmen emiſſum tonant;*
*Sic ille gemitus ſidera & pontum ferit:*
*Et vaſta* [23] *Calpe ſonuit: & voces* [24] *Cyclas*
*Excepit omnis. Hinc petræ* [25] *Capharides;*
*Hinc omne voces reddit Herculeas nemus.*
*Flentem videmus.* [26] *vulgus* [27] *antiquam putat*

10 Sophocl. illud in Trachiniis adumbrare voluit: Ἀκτή τις ἀμφίκλυςος Εὐβοίας ἄκρον Κήναιόν ἐςιν: nec tamen conſequitur, neque vera eſt hæc Eubœæ deſcriptio. Capharei enim promontorium ad ortum eſt, & Euripus ad occaſum. nec dici poteſt *Aquilonis minas pati.*

11 Helleſpontum. vid. Troad. ỳ. 1032.

12 Herc. Fur. 377.

13 Herc. Fu. ỳ. 25.

14 Iovi in ſummis montibus ſacra facere ſolenne, utpote Deorum ſummo.

15 In Cenno Eubœæ promontorio culti. *Victor ab Oechalia Cenæo ſacra parabat Vota Iovi.*

16 Palla à te miſſa.

17 Alba populo. Hercul. Fu. ỳ. 892.

18 Thura, cinnama, odores.

19 Solem orientem adorans. vid. Troad. 10. *vel* orientalis.

20 Arabes à Sabæis diſtinguere videtur. ita Virgil. 8 Ænied. *Omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabæi.*

21 Neque enim illo opus eſt, ſubactis à me tyrannis.

*Quales mugitus fugit cum ſaucius aram Taurus; & incertam excuſſit cervice ſecurim.*

23 Hyperbole inſolentior nec ferenda; lege ex correctione Lipſii, *Chalcis*, quæ Euripo vicinior, & ſi non vero, veriſimili ſaltem conſonantior: cum.

24 Cyclada & Capharidas ſubjungat.

25 Thyeſt. ỳ. 593.

26 Famulorum.

27 Qua correptus Megaram & filios interemerat. Herc. Fu. Act. 4.

Rabiem

Rabiem rediſſe : tunc fugam famuli petunt.
At ille vultus ignea torquens face,
Vnum inter omnes quærit & ſequitur [28] Licham.
Complexus aras ille tremebunda manu,
Mortem metu [29] conſumpſit, & parum ſui
Pœnæ reliquit, dumque tremebundum manu
Tenuit [30] cadaver, [31] Hac manu, inquit, hac ferar
(O fata!) victus? Herculem perimit [32] Lichas.
[33] Ecce alia clades, Hercules perimit Licham.
Fata [34] inquinantur. [35] fiet hic ſummus labor.
In aſtra miſſus fertur, & nubes vago
Spargit cruore. talis in cœlum exſilit
Arundo, [36] Getica viſa demitti manu;
Aut quam [37] Cydon excuſſit; [38] inferius tamen
[39] Fugiet arundo. corpus in pontum cadit.
In ſaxa cervix. funus [40] ambobus jacet.
Reſiſtite, inquit. non furor mentem abſtulit.
Furore gravius iſtud atque ira malum eſt.
[41] In me juvat ſævire. vix [41] peſtem indicat,
Et ſævit. artus ipſe dilacerat ſuos,
Et membra vaſta carpit avellens manu.
Exuere amictus quærit. [42] hoc ſolum Herculem
Non poſſe, vidi. trahere conatus tamen,
[43] Et membra traxit. [44] corporis palla horridi
Pars eſt, & [44] ipſa veſtis immiſcet cutem.
Nec cauſſa diræ cladis in medio patet:
Sed cauſſa tamen eſt, vixque ſufficiens malo.
Nunc [45] ore terram languidus prono ferit;
Nunc poſcit undas. unda non vincit malum.
[46] Et nota quærit littora, & pontum occupat.
Famularis illum retinet errantem manus.
O ſortem acerbam! fuimus Alcidæ [47] pares.
Nunc [48] puppis illum littore Euboico refert,
Auſterque lenis pondus Herculeum rapit.
DE. [49] Deſtituit animus membra, nox oculos premit.

28 Miniſtrum qui tunicam attulerat.
29 Metu pene exanimatus.
30 Morti deſtinatum Licham, *vel* præ timore jam ferme mortuum.
31 Tam abjecti hominis manu.
32 Vilis famulus.
33 Ecce alia non minor indignitas! ego ille monſtrorum domitor Hercules perimo viliſſimum ſervitium Licham.
34 Tam contempti famuli cæde. vel lege *Facta*, quaſi dicat, Geſta mea inquinantur.
35 Cum contemptu indiguatur ſibi contingere ſupremum hunc laborem.
36 Getæ pop. Scythiæ Ponto vicini, ſagittandi periti ſſimi.
37 Cretenſis ab urbe Cydone. vid. Hippol. ℣. 812.

38 Altius tamen Lichas projectus quam arundo Getica vel Cydonia. 39 Al. leg. *Et tela fugiunt. truncus in pontum cadit.* 40 Capiti & trunco. 41 Non in alios, ut quondam, furens. 42 Virus. 43 Non poſſe amictus exuere. 44 *Qua trahitur trahit illa cutem*, &c. Ovid. 9 Metam. 45 Adhæret ac ſi corporis pars eſſet. 46 ἐσπάτο πέδονδε, καὶ μετάρσιος βοῶν. 47 Al. leg. *Flaſti ona quærit littora*, &c. 48 Poſtquam illi vires ademiſſet virus. 49 A Cenæo Eubœæ promontorio navicula ad Oetam vectus eſt, ubi expiravit. Hunc verſum Hyllo tribuunt alii, utrique probe.

Quid,

*Quid, anime, ceſſas? quid ſtupes factum ſcelus?*
*Gnatum repoſcit Iuppiter, 50 Iuno æmulum.*
*Reddendus orbi eſt. quod poteſt reddi, exhibe.*
*Eat per artus enſis exactus meos.*
*Sic, ſic agendum eſt. 51 tam levis pœnas manus*
*Tantas repoſcit? tolle fulminibus, 52 ſocer,*
*53 Nurum ſceleſtam. 54 nec levi telo manus*
*Armetur. illud fulmen exſiliat polo,*
*Quo, ni fuiſſet genitus Alcides tibi,*
*55 Hydram cremaſſes; peſtem ut inſolitam 56 feri,*
*Et ut noverca pejus irata malum.*
*Emitte telum 57 quale in errantem prius*
*Phaëthonta 57 miſſum eſt. perdidi erepto Hercule*
*Et ipſa populos. quid rogas telum deos?*
*Iam parce 58 ſocero. conjugem Alcidæ necem*
*Optare pudeat. hæc erit votum, manus,*
*A me petatur. occupa ferrum ocyus.*
*Quin deme ferrum. quidquid in mortem trahit*
*Telum eſt abunde. rupe ab ætheria ferar.*
*Hæc hæc renatum prima quæ poſcit diem,*
*59 Oeta eligatur. corpus hinc mitti placet.*
*Abrupta cautes ſcindat, & partem mei*
*Ferat omne ſaxum. pendeant laceræ manus,*
*Totumque rubeat aſperi montis latus.*
*Levis una mors eſt. levis, at extendi poteſt.*
*Eligere neſcis, anime, cui telo incubes.*
*Vtinam eſſet, utinam 60 fixus in thalamis meis*
*Herculeus enſis! huic decet ferro immori.*
*Vna perire dextera nobis ſat eſt?*
*Coite gentes. 61 ſaxa & incenſas faces*
*Iaculetur orbis. nulla nunc ceſſet manus.*
*Corripite tela. vindicem veſtrum abſtuli.*
*62 Impune ſævi ſceptra jam reges gerent.*
*62 Impune jam naſcetur indomitum malum.*
*Reddentur 63 aræ cernere aſſuetæ hoſtiam*
*64 Similem colenti. ſceleribus feci viam.*
*Ego 65 vos tyrannis, regibus, monſtris, feris,*
*Sævisque rapto vindice, oppoſui deis.*

50 A Iunone immiſſa monſtra & labores vincentem. ἥρως κλέος.
51 Lipſ. legit. *tam leves pœnas manus Tantis* (id eſt, ſceleribus) *repoſcit?*
52 Iupiter.
53 Me.
54 Fulminum alia alba vel nigra, quæ cæterorum deorum ſunt; alia rubra quæ Iovis ſolius. atque ex his quædam minora quæ moneant; majora altera quæ cum fragore miſſa diſcutiant: tertia maxime ignita, quæ adurant.
55 Quam Hercules excuſſit. Herc. Fu. ℣. 241.
56 Percute me, Iunone illi nocentiorem.
57 Vbi *Sævos compeſcuit ignibus ignes.* Sup. ℣. 688.
58 Iovi, ne impendat tibi fulmen.
59 Herc. Fu. ℣. 132.
60 *Arma viri thalamo quæ fixa reliquit.* Dido. 4 Æn.
61 Sup. ℣. 32.
62 Sublato tyrannorum vindice ac monſtrorum domitore Hercule.
63 Innuit *illaudati Buſiridis aras.* Herc. Fu. ℣. 484.
64 Humanam.
65 Mortales.

*Ceſſas,*

*Ceſſas,* [66] *Tonantis ſocia? non ſpargis facem,*
[67] *Imitata fratrem, & mittis ereptam Iovi?*
*Meque ipſa perdis?* [68] *laus tibi erepta inclyta eſt,*
*Ingens triumphus æmuli, Iuno, tui*
*Mortem occupavi.* NVT. [69] *Quid domum impulſam trahis?*
[70] *Erroris iſtuc omne, quodcumque eſt, nefas.*
Haud eſt nocens, quicunque non ſponte eſt nocens.
DE. Quicunque fato ignoſcit, & parcit ſibi,
Errare meruit. *morte damnari placet.*
NVT. Nocens videri qui petit, mortem cupit.
DE. [71] Mors innocentes ſola deceptos facit.
NVT. *Titana fugies?* DE. *Ipſe me Titan* [72] *fugit.*
NV. *Vitam relinques miſera?* DE. *At Alcidem ſequar.*
NVT. *Supereſt, & auras ille cœleſtes trahit.*
DE. [73] *Vinci Hercules cum potuit, hinc cœpit mori.*
NVT. *Natum relinques, fataque abrumpes tua?*
DE. [74] *Quamcunque natus ſepelit, hæc vixit diu.*
NV. *Virum* [75] *ſequeris?* DE. *Prægredi caſtæ ſolent.*
NV. *Si te ipſa damnas,* [76] *miſera ſceleris te arguis.*
DE. Nemo nocens ſibi ipſe pœnas irrogat.
NV. Multis remiſſa eſt vita, quorum error nocens
Non dextra fuerat. *fata quis damnat ſua?*
DE. *Quicumque* [77] *fata iniqua ſortitus fugit.*
NV. *Hic ipſe Megaram nempe confixam ſuis*
*Stravit ſagittis, atque* [78] *natorum indolem,*
[79] *Lernæa figens* [79] *tela furibunda manu.*
[80] *Ter parricida factus, ignovit tamen*
*Sibi. nam furoris fonte* [81] *Cyniphio ſcelus*
*Sub axe Libyco terſit, & dextram abluit.*
*Quo miſera pergis? quid tuas damnas manus?*
DE. *Damnat meas devictus Alcides manus.*
[82] *Fraudem placet punire.* NV. *Si novi Herculem,*
[83] *Aderit cruenti forſitan victor mali,*
*Dolorque fractus cedet Alcidæ tuo.*

66 Soror & conjux Iovis. 67 Med. ỿ. 59. 68 Quam petebas gloriam & triumphum ex interfecto Hercule tibi inviſo ego præripui tibi. 69 Cur in ruinam trahis familiam noſtram, patris jam nece quaſſatam? 70 Al. *Erroris eſt hoc omne quodcunque eſt nefas.* 71 Mors ſola approbat eos eſſe innocentes, qui per errorem peccarunt. 72 Non ſuſtinet me ſceleratam contueri. 73 Vbi primum cedere cœpit Neſſæo veneno, tum mori cœpit. quod & latius intelligi poteſt. 74 Al. leg. *Quæcunque natum ſepelit, hæc vixit diu.* 75 Morte. 76 Ream ſceleris & cauſæ mortis. 77 Mortem petit, ut iniqua fata vel fugiat, vel vindicet. 78 Natos ex Megæra. Helleniſm. μένος Ἀλκινόοιο. 79 Sagittas Hydræ felle tinctas. 80 Tres natos occiderat. vel ut alii duos cum uxore. vide Herc. Fu. Act. 5. 81 Africæ fluvio inter duas Syrtes. innuere autem videtur Iovis Ammonis fontem ſed Athenis Herculem expiaſſe dictum. ỿ. 1341. Herc. Fu. 82 Quod à Neſſo decepta Herculem devicerim, credulitatis pœnas à me lubet expoſcere. 83 Hercules evincet Neſſæum hoc virus, ut alii pleraque mala.

DE. *Exedit artus virus, ut fama eſt, Hydræ.*
*Immerſa peſtis conjugis membra abſtulit.*
NV. *Serpentis illi virus enectæ autumas*
*Haud poſſe vinci, qui malum & vivum tulit?*
*Eliſit Hydram, dente cum infixo ſtetit*
*Media palude victor,* [84] *effuſo obrutus*
*Artus veneno. ſanguis hunc Neſſi opprimet,*
*Qui vicit ipſas horridas Neſſi manus?*
DE. Fruſtra tenetur ille, qui ſtatuit mori.
*Proinde lucem fugere decretum eſt mihi.*
*Vixit ſatis, quicunque cum Alcide occidit.*
NVT. [85] *Per has aniles ecce te ſupplex comas,*
*Atque ubera iſta* [86] *pene materna obſecro,*
*Depone tumidas pectoris læſi minas,*
*Mortiſque diræ expelle decretum horridum.*
DE. *Quicunque miſero forte diſſuadet mori,*
*Crudelis ille eſt.* [87] *interim pœna eſt mori.*
[88] *Sed ſæpe donum in pluribus veniæ fuit.*
NVT. [89] *Defende* [90] *ſaltem dexteram, infelix, tuam;*
*Fraudiſque facinus eſſe, non nuptæ, ſciat.*
DE. *Defendar* [90] *illic. inferi ſolvent ream.*
*A me ipſa damnor. purget has Pluto manus.*
*Stabo ante ripas* [91] *immemor,* [91] *Lethe, tuas,*
*Et umbra triſtis conjugem excipiam meum.*
*Sed* [92] *tu* [93] *nigrantis regna qui torques poli,*
*Para* [94] *laborem. ſcelera quæ quiſque auſus eſt;*
*Hic vicit error. Iuno non auſa Herculem eſt*
*Eripere terris. horridam pœnam para.*
[95] *Siſyphia cervix ceſſet, & noſtros lapis*
*Impellat humeros. me* [96] *vagus fugiat latex,*
*Meamque fallax unda decipiat ſitim.*
*Merui manus præbere* [97] *turbinibus tuis,*
*Quæcunque regem Theſſalum torques rota.*
[98] *Effodiat avidus hinc & hinc vultur fibras.*
[99] *Vacat una Danais; has ego explebo vices.*
* *Laxate manes. recipe me comitem tui,*

84 Membra habens ſuffuſa veneno, quod in illum evomit Hydra.
85 *Inſtat anus canaſque ſuas & inania nudans ubera, per cunas alimentaque prima precatur.* vide Hippol. ℣. 245.
86 Magnam enim habet matris partem nutrix.
87 Interdum ſup. ℣.486. quatenus mori cupiens vetatur.
88 Pœna eſt & mors quæ tamen ſæpe in partem veniæ conceditur. Al. *hunc verſum Nutrici tribuunt, ſed minus recte.*
89 Sed dextram cohibe, ne jam voluntarii ſceleris conſcia ſit, quæ prius decepta alienæ fraudis miniſtra tantum fuit. 90 Apud inferos. 91 Herc. Fu. ℣. 679. 92 O Dis. 93 Agam. ℣.750. 94 Cruciatum meo dignum errore, qui omnia aliorum vitia ſuperat. 95 Hippol. ℣.1226. 96 Thyeſt. ℣.152. 97 Rotationibus, & revolutionibus tuis, ô rota, qua volvitur Ixion. Herc. Fu. 749. 98 Hippol. ℣. 1228. 99 Omnes Danaides crudelitatis ſuæ pœnas apud inferos dant, una excepta: ut Herc. Fu. ℣.499. una ergo vacat ſedes: Iſtum ergo locum cum vacat, occupare Deianira poſtulat ipſa quoque criminis ejuſdem rea. * Vt mihi ſit ſpatium. *laxatque fores.* 6 Æneid.

[1] Phaſiaca conjux. pejor hæc, pejor tuo
Vtroque dextra eſt. ſcelere, [2] ſeu mater nocens,
3 Seu dira ſoror es. adde me comitem tuis,
4 Threicia conjux, ſceleribus. [6] gnatam tuam,
5 Althæa mater, recipe: nunc verâm tuam
Agnoſce [6] prolem. quid tamen tantum manus
7 Veſtræ abſtulerunt? claudite [8] Elyſium mihi,
Quæcunque fidæ conjuges nemoris ſacri
Lucos tenetis. ſi qua reſperſit manus
Viri cruore, nec memor caſtæ facis
Stricto cruenta [9] Belias ferro ſtetit,
In me ſuas cognoſcat & laudet manus.
In hanc abire conjugum turbam libet.
Sed & illa fugiet turba tam diras manus.
Invicte conjux, innocens animus mihi,
Sceleſta manus eſt. prô nimis mens credula,
10 Prô Neſſe fallax! namque ſemiferi dolis
Auferre cupiens pellici, eripui mihi.
Recede, [11] Titan; tuque quæ blanda tenes
In luce miſeros, vita: caritura Hercule
Lux vilis iſta eſt, exigam pœnas tibi,
Reddamque vitam. fata-ne extendo mea?
Mortemque conjux [12] in tuas ſervo manus?
Virtusne ſupereſt aliqua, [13] & armatæ manus
Intendere arcum tela miſſurum valent?
14 An arma ceſſant, teque languenti manu
Non audit arcus? ſi poteſt letum dare,
Animoſe conjux, dexteram exſpecto tuam.
15 Mors differatur. frange ut inſontem Licham;
Alias in urbes ſparge; & ignotum tibi
Emitte in orbem. perde, ut [16] Arcadiæ nefas,
Et quidquid aliud reſtitit. [17] ab illis tamen
Conjux rediſti. HYL. Parce jam, mater, precor.
Ignoſce fatis. error à culpa vacat.
DE. Si vera pietas, Hylle, quærenda eſt tibi,
Iam perime matrem. pavida quid tremuit manus?

1 Medea Colchis. *Hippol.* ỳ. 561. *& tota Med.*
2 Vbi filios interfeciſti. Med. act. 5.
3 Vbi Abſyrtum fratrem diſcerpſiſti, Med. ỳ. 44. & 131.
4 Procne Terei regis Thracij uxor. Aga. ỳ. 665. & ſupra ỳ. 191.
5 Medea. ỳ. 779. Aga. ỳ. 208.
6 Sceleris tui æmulam. ſic apud Ovid. *Tu quoque cognoſces in me Meleagre ſororem.*
7 Si cum meis conferantur quæ illum Heroa Herculem ſuſtulerunt.
8 Beatorum ſedes Tro. ỳ. 942.
9 Beli neptis, Danai filia. Her. Fu. ỳ. 498.
10 Centauri biformis Neſſi.
11 Sol. *Med.* ỳ. 5.
12 Vt à te interficiar.
13 Reſpicit Megaram & liberos ab Herc. Fu. interfectos. Al. leg. *Virtusne ſupereſt aliqua Sarmatica? & manus Intendere arcum tela miſſurum valet?* hoc ſenſu. Si adhuc viribus pares non tibi ipſi, nec virilioribus, ſed fœminis Amazonibus, & arcum iis ereptum tendere potes in meam mortem, dextra mea non utar. Sarmatas fuiſſe Amazonas, uſaſque arcu & ſagittis legi eſt, Agamem. ỳ. 844. 14 An forte veneni vi victus arcum tendere & ſagittas mittere non vales? 15 Mea manu decreta. 16 Mænalium ſuem. 17 Victor, quod à meo ſcelere non potes.

Quid

*Quid ora flectis? hoc erit pietas ſcelus.*
*Ignave, dubitas? Herculem eripui tibi.*
*Hæc hæc peremit dextra, cui debes patri*
*Avum tonantem.* [18] *majus eripui decus,*
*Quam in luce tribui. ſi tibi ignotum eſt nefas,*
*A matre diſce. ſeu tibi jugulo placet*
*Merſiſſe ferrum, ſive maternum libet*
*Invadere uterum; mater intrepidum tibi*
*Præbebit animum. non erit totum ſcelus*
*A te peractum. dextera ſternar tua,*
*Sed mente noſtra.* [19] *natus Alcide times?*
[20] *Ita nulla peragas juſſa, nec frangens mala*
*Erres per orbem: ſi qua naſcetur fera,*
*Referas parentem. dexteram intrepidam paras.*
*Patet ecce plenum pectus ærumnis. feri.*
*Scelus remitto. dexteræ parcunt tuæ*
[21] *Eumenides ipſæ.* [22] *verbum crepuit ſonus.*
*Quænam iſta* [23] *torquens angue vipereo comam*
*Temporibus atras ſquallidis pinnas quatit?*
*Quid dira me flagrante perſequeris face,*
[24] *Megæra? pœnas poſcit Alcides. dabo.*
*Iamne* [25] *inferorum,* [26] *Diva, ſedere* [25] *arbitri?*
*Sed ecce, diras carceris video fores.*
[27] *Quis iſte ſaxum immane detritis gerit*
*Iam ſenior humeris? ecce, jam vectus lapis*
*Quærit relabi.* [27] *membra quis præbet rotæ?*
*Heic ecce pallens dira* [28] *Tiſiphone ſtetit,*
*Cauſſam popoſcit. parce verberibus, precor,*
*Megæra, parce; ſuſtine Stygias faces.*
[29] *Scelus eſt amoris. ſed quid hoc? tellus labat*
*Et aula tectis crepuit excuſſis.* [30] *minax*
*Vnde iſte cœtus? totus in vultus meos*
*Decurrit orbis, hinc & hinc populi* [31] *fremunt.*
*Totuſque poſcit vindicem mundus ſuum.*
*Iam parcite, urbes. quo fugam præceps agam?*
Mors ſola portus. *dabitur ærumnis locus.*
*Teſtor nitentis flammeam Phœbi rotam,*
*Superoſque teſtor, Herculem terris adhuc*
*Moritura linquo.* HYL. [32] *Fugit attonita. hei mihi!*

18 Patrem tollendo quam te in lucem pariendo.
19 Emphatice. q. d. ab intrepido patre degeneras ſi timeas.
20 *Adjurantis.* Sic nulla unquam, per orbem vagans juſſuſque ut pater tuus ab Euryſtheo, perdas monſtra, ſi mihi parcas. Sic patrem monſtrorum domitorem referas ac repræſentes, ut me intrepidus peremeris.
21 Furiæ ultrices quæ ſcelera perſequi ſolent. reſpicitque poëta ad Oreſtis furias.
22 Furens adeſſe ſibi furias imaginatur.
23 Thyeſt. ℣. 78. & 97. Agam. ℣. 82. Herc. Fu. 100.
24 ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν.
25 Herc. Fu. 733.
26 O furia.
27 Siſyphum ſibi vidiſſe videtur & Ixiona.
28 ἀπὸ τοῦ τίειν τοὺς φόνους.
29 Vt Herculis amorem à pellice ad me transferrem.
30 Furenti videtur irruere populus, qui non irruit.
31 Al. *premunt.*
32 *Receſſit ſcilicet è ſcena, ne ſe coram populo trucidaret.*

 Per-

*Peracta jam pars matris eſt. ſtatuit mori.*
33 *Nunc noſtra ſupereſt, mortis auferre impetum.*
34 *O miſera pietas! ſi mori matrem vetas,*
35 *Patri es ſceleſtus. ſi mori pateris tamen,*
*In matre peccas. ſurgit* 36 *hinc illinc nefas.*
*Inhibenda tamen eſt. pergam, & eripiam ſcelus.*

33 Meæ reſtant partes ut matrem mori volentem impediam.
34 Rurſum ſe corrigit dubius. 35 Quem illa interfecit. 36 A patris parte & à matris.

## CHORVS.

*Sumpta ab Herculis robore labefactato occaſione, Chorus omnia interitui obnoxia, nihil natum æternum canit. quam ſententiam ab autore Orpheo commendat, ejuſque artem obiter celebrat.*

*VErum eſt, quod cecinit* 1 *ſacer*
*Threſſæ ſub Rhodopes jugis,*
*Tangens Threiciam chelym,*
*Orpheus,* 2 *Calliope genus:*
Æternum fieri nihil.
3 *Illius ſtetit ad modos*
*Torrentis rapidi fragor,*
4 *Oblituſque ſequi fugax*
*Amiſit liquor impetum:*
*Et dum fluminibus mora eſt,*
*Defeciſſe putant* 5 *Geten*
*Hebrum* 6 *Biſtones ultimi.*
*Advexit volucrem nemus,*
7 *Et ſylva reſidens venit;*
*Aut ſi qua aëra pervolat,*
*Auditis vaga cantibus*
*Ales deficiens cadit.*
*Abrupit ſcopulos* 8 *Athos,*
9 *Centauris obitum ferens;*
*Et juxta Rhodopen ſtetit*
*Laxata nive cantibus.*
*Et* 10 *quercum fugiens ſuam,*
*Ad vatem properat* 10 *Dryas,*
*Ad cantus veniunt ſuis*
*Ipſæ cum latebris feræ.*
*Iuxtaque impavidum pecus*
*Sedit* 11 *Marmaricus leo,*

1 Muſarum vates ſacer interpreſque deorum.
2 Calliopes & Oeagri fl. filius, al. Apollinis.
3 Med. ℣. 625.
4 *Flumina ſiſtebat cantu.*
5 Thracium, Scythicum ſupra ℣. 819.
6 Herc. Fu. ℣. 225.
7 Ioſ. Scal. *Et ſylvas reſides vehit.*
8 Med. ℣. 719.
9 Quos ruina oppreſſerat al. *Centauros obiter ſerens.* prior lectio placet.
10 Singulis arboribus Nympham præeſſe credebant antiqui. quam quod una cum arbore naſceretur moreretur que Hamadryadem nuncupabant, cum Dryas ſit quæ toti nemori ſylvæque præſit, *Querquetulana*, à δρῦς.
11 Ferox inſtar Libyci leonis. Agam. ℣. 735.

Nec

*Nec damæ trepidant lupos.*
*Et ſerpens latebras fugit,*
[12] *Tunc oblita veneni.*
*Quin per* [13] *Tænarias fores*
[14] *Manes cum tacitos adit,*
[15] *Mœrentem feriens chelym,*
*Cantu Tartara flebili*
*Et triſtes Erebi deos*
*Movit: nec timuit Stygis*
[16] *Iuratos ſuperis lacus.*
*Hæſit* [17] *non ſtabilis rota*
*Victo languida turbine.*
*Increvit* [18] *Tityi jecur,*
*Dum cantus* [19] *volucres tenet.*
*Audito quoque* [20] *navita*
*Inferni ratis æquoris*
[21] *Nullo remigio venit.*
[22] *Tunc primum Phrygius ſenex*
*Vndis ſtantibus immemor*
*Excuſſit rapidam ſitim,*
*Nec pomis adhibet manus.*
*Sed cum linqueret inferos*
*Orpheus carmina fundens,*
*Et vinci lapis* [23] *improbus,*
*Et vatem potuit ſequi.*
*Conſumptas iterum* [24] *deæ*
*Supplent Eurydices colos.*
*Sed dum reſpicit immemor,*
*Nec credens ſibi redditam*
*Orpheus Eurydicen ſequi,*
*Cantus* [25] *præmia perdidit.*
*Quæ* [26] *nata eſt iterum, perit.*
*Tunc ſolamina cantibus*
*Quærens, flebilibus modis*
*Hæc Orpheus cecinit* [27] *Getis:*
Leges in ſuperos datas,
*[Et qui tempora digerens*
*Quatuor præcipitis deus*
*Anni diſpoſuit vices]*
Nulli non-avidas [28] colo
Parcas ſtamina nectere.

12 Al. *Tunc oblita mali.*
13 Herc. Fu. ꝟ. 586.
14 Herc. Fu. ꝟ. 570.
15 Ipſe mœſtus ob Eurydices mortem.
16 Herc. Fu. 711.
17 Non prius ſtare ſolita Ixionis rota.
18 Hippol. ꝟ. 1228.
19 Vultures qui Tityi jecur depaſcebantur. Nec *carpſere jecur volucres.*
20 Portitor Charon.
21 Advolante Charontis cymba abſque remigis opera.
22 Nec *Tantalus undam captavit refugam.*
23 Durus qui inferna ſepta claudit. *vel* Siſyphius lapis.
24 Parcæ reſtituunt Eurydices vitæ ſtamina.
25 Eurydicen ſibi redditam.
26 Cui reſtituta vita fuit.
27 Sup. ꝟ. 819. [Tres iſtos verſus uncinulis incluſos, utpote huic loco male convenientes tranſponit I. Rutgerſius ut ſequantur ꝟ. 1109. *Boreas ferit. Et qui tempora dirigens,&c.* 6. c. 2. *l. variar. lect.*
28 Al. *polo.*

 [29] Quod

[29] Quod natum eſt, poterit mori.
*Vati credere Thracio*
*Devictus jubet Hercules.*
*Iam jam legibus obrutis*
*Mundo cum veniet dies;*
*Auſtralis polus obruet*
*Quidquid per* [30] *Libyam jacet,*
*Et* [31] *ſparſus Garamas tenet.*
*Arctous polus obruet*
*Quidquid ſubjacet axibus,*
[32] *Et ſiccus Boreas ferit.*
*Amiſſum trepidus polo*
*Titan excutiet diem.*
*Cœli regia concidet,*
*Certos atque obitus trahet.*
*Atque omnes pariter* [33] *deos*
*Perdet mors aliqua, &* [34] *chaos.*
*Et* [35] *mors fata noviſſima*
*In ſe conſtituet ſibi.*
*Quis* [36] *mundum capiet locus?*
*Diſcedet via tartari,*
*Stratis ut pateat polis?*
*An quod dividit æthera*
*A terris ſpacium, ſat eſt*
*Et mundi nimium malis?*
[37] *Quis tantum capiet nefas*
*Fratrum? quis ſuperis locus?*
*Pontum, ſidera, tartara,*
[38] *Regna unus capiet tria.*
*Sed quis non modicus fragor*
*Aures attonitas movet?*
*Eſt eſt Herculeus ſonus.*

29 Πᾶν τὸ γινόμενον φθαρτόν. omne ortum occidit. Cui naſci contigit, reſtat mori.

30 Africam.

31 Interioris Libyæ incola vagus.

32 *Et Quidquid Boreæ penetrabile frigus adurit nubifugus, viarum ſcopa Boreas.*

33 Sidera, ſtellas, Thyeſt. ℣. 890. vel Deos, qui Stoicis mortales.

34 Herc. Fu. ℣. 609.

35 Mors fati domina & ipſa peribit.

36 Sphæras cœleſtes pulchramque hanc machinam.

37 Quis locus capiet diſſolutum jam triplex regnum Iovis, Neptuni, Plutonis?

38 Miſta jam & confuſa.

## ACTVS QVARTVS.

### HERCVLES. CHORVS.

*Ejulans Hercules conqueritur, indigne ferens ſe indigna morte perire, fœmineis ſcilicet dolis.*

C*Onverte, Titan clare, anhelantes equos,*
[1] *Emitte noctem.* [2] *pereat hic mundo dies,*
*Quo moriar.* [2] *atra nube inhorreſcat polus.*
*Obſta novercæ. nunc, pater, cæcum chaos*

1 Abſentia tua.

2 Noctis nubiumque velum intendatur, ne morientem me Iuno videns triumphet.

*Reddi decebat. hinc & hinc compagibus*
*Ruptis uterque debuit frangi polus.*
[3] *Quid parcis aſtris? Herculem amittis, pater.*
*Nunc parte in omni, Iupiter, ſpecta poli,*
*Ne quis gigas Theſſalica jaculetur juga,*
*Et fiat* [4] *Othrys pondus Encelado leve.*
*Laxabit atri carceris jamjam fores*
*Pluton ſuperbus: vincula excutiet* [5] *patri,*
*Cælumque reddet. ille, qui* [6] *pro fulmine*
*Tuiſque facibus, natus in terris eram,*
[7] *Ad Styga revertor. ſurget Enceladus ferox,*
[8] *Mittetque, quo nunc premitur, in ſuperos onus.*
*Regnum omne, genitor, ætheris* [9] *dubium tibi*
*Mors noſtra faciet. antequam* [10] *ſpolium tui*
*Cælum omne fiat, conde me tota, pater,*
*Mundi ruina.* [11] *frange, quem perdis, polum.*
CH. *Non vana times, nate Tonantis.*
*Iam* [12] *Theſſalica Pelion Oſſa*
*Premet; & Pindo congeſtus Athos*
*Nemus ætheriis inſeret aſtris.*
*Vincet ſcopulos inde* [13] *Typhoëus,*
*Et Tyrrhenam feret* [13] *Inarimen.*
*Feret* [14] *Ætnæos inde caminos,*
*Scindetque latus* [15] *montis aperti,*
*Nondum Enceladus fulmine victus.*
*Iam te cœli ſigna ſequentur.*
HER. *Ego, qui* [16] *relicta morte. contempta Styge,*
*Per media Lethes ſtagna cum* [17] *ſpolio redii,*
*Cum pene trepidis excidit Titan equis:*
*Ego, quem* [18] *deorum regna ſenſerunt* [18] *tria,*
*Morior:* [19] *nec ullus per meum ſtridet latus*
*Tranſmiſſus enſis: haud mea telum necis*
*Saxum eſt, nec* [20] *inſtar montis abrupti latus,*
*Aut totus* [21] *Othrys, non truci vultu* [22] *Gyges*
*Pindo cadaver obruit toto meum.*
*Sine hoſte vincor: quodque me torquet magis,*

3 Cur autem non polos frangas, cur cœlo parcas? cui, ſublato jam Hercule, bellum ex nuovo inferent Gigantes. Herc. Fu. ℣. 970.
4 Encelado quidem Ætna impoſita. Her. Fu. 80. Sed Othryn dixit pondus leve quod torqueat & jaculetur in deos Enceladus. ſic infr. ℣. 1146.
5 *Saturno tenebroſa in Tartara miſſo.* vid. Herc. Fu. 964.
6 Loco fulminis tui in ſævos tyrannos. ſup. ℣. 5.
7 Vnde prius reverſus Cerberum extraxi.
8 Iaculabitur Ætnam. Herc. Fu. ℣. 80.
9 Incertas poſſeſſiones propter Gigantes.
10 Tibi ereptum.
11 Frange potius quam perdas coelum.
12 Herc. Fu. ℣. 970. Agam. ℣. 331.
13 Thyeſt. ℣. 807. *Durumque cubile Inarime Iovis imperiis impoſita Typhoëo.*
14 Herc. Fu. 106.
15 Ætnæ.
16 Herc. Fu. 611.
17 Cerbero.
18 Iovis, Neptuni, Plutonis. in æthere n. Stymphalidas, in aquis Hydram, in inferno Cerberum vicerat.
19 Κοὐ ταῦτα λόγχη πεδιὰς, οὔθ' ὁ γηγενὴς στρατὸς γιγάντων, &c. Γυνὴ δὲ θῆλυς οὖσα, κ' οὐκ ἀνδρὸς φύσιν, Μόνη με δὴ καθεῖλε φασγάνου δίχα.
20 Delrius emend. *inſtat.*
21 Mons Theſſal.
22 Gigas Briarei frater.

*(23 O miſera virtus!) ſummus Alcidæ dies*
*Nullum malum proſternit. 24 impendo, hei mihi,*
*In nulla vitam facta. prô mundi arbiter,*
*Superique, quondam dextera teſtes meæ!*
*Prô cuncta tellus, Herculis veſtri placet*
*Mortem perire? dirus ô nobis pudor,*
*O turpe fatum! fœmina Herculeæ necis*
*Auctor feretur: auctor Alcides 25 quibus?*
*26 Invicta ſi me cadere fœminea manu*
*Voluere 26 fata, 27 perque tam turpes colos*
*Mea mors cucurrit, cadere potuiſſem, hei mihi,*
*Iunonis odio: fœminæ caderem minis,*
*Sed cœlum habentis. ſi nimis ſuperis fuit,*
*Scythico ſub axe genita domuiſſet meas*
*Vires 28 Amazon. 29 fœminæ cujus manu*
*Iunonis hoſtis vincor? 30 hinc gravior tui,*
*Noverca, pudor eſt. quid diem hunc lætum vocas?*
*31 Quid tale tellus genuit irata tibi?*
*Mortalis odia fœmina exceſſit tua.*
*Adhuc furebas eſſe te Alcidæ imparem.*
*32 Victa es duobus: 33 pudeat irarum deos.*
*Vtinam meo cruore ſatiaſſet ſuos*
*34 Nemeæa rictus peſtis! aut 35 centum anguibus*
*Vallatus Hydram tabe paviſſem mea!*
*Vtinam fuiſſem præda 36 Centauris datus!*
*Qui inter umbras vinctus, 37 æterno miſer*
*Saxo ſederem, 38 ſpolia cum traxi 38 ultima*
*Fato ſtupente. nunc 39 ab inferna Styge*
*Lucem recepi, Ditis evici moras.*
*Vbique me mors fugit, 40 ut leto inclytæ*
*Fortis carerem. ô feræ victæ, ô feræ!*
*Non me triformis 41 ſole conſpecto canis*
*Ad Styga reduxit. non ſub Heſperio polo*

23 ὦ τλῆμον ἀρετὴ, λόγος ἄρ' ἦσθ' ἄλλος, ἐγὼ δέ σε ὡς ἔργον ἤσκουν.
24 Δυσχεραίνει τὸν τοιοῦτον θάνατον. &c. etiam fortis ægre fert ſibi non viriliter pereundum. atque ubi viribus non eſt locus.
25 Monſtris, tyrannis, gigantibus, feris?
26 Inexorabile fatum.
27 Tam in gloria Parcarum de me decreta, ut fœminea perirem manu.
28 Hippolyte, Herc. Fu. ỽ. 542.
29 Nunc autem quam vilis fœminæ manu pereo, qui Iunoni, dignus viſus ſum hoſtis?
30 Cum me perdat muliercula, quod tu facere non potuiſti.

31 Quod monſtrum genuit tellus in tui mihi infeſtæ gratiam pernicioſius quam Deianiram? 32 A me prius, nunc à Deianira, quæ plus in meam perniciem valuit quam tu dea. 33 Si mortales plus poſſint. 34 Leo Nemeæus. Herc. Fu. ỽ. 223. 35 Circumdatus fœcundæ capitibus Hydræ mortem extimuiſſem, ſanguine meo ab Hydræ veneno in tabem verſo. 36 Quos in monte Pholoe occidi & profligavi. 37 Reſpicit ad ſaxum cui adhæſit Theſeus. *Sedet æternumque ſedebit Infelix Theſeus.* 38 Cerberum, id eſt, mortem, rerum terminum. Herc. Fu. ỽ. 289. 39 Ab inferis redii Herc. Fu. ỽ. 611. 40 Lipſius ex M. S. *Vt telo inclytæ Mortis carerem.* 41 Herc. Fu. ỽ. 813.

48 *Ibera*

[42] *Ibera vicit turba* [42] *paſtoris feri;*
*Non* [43] *gemina ſerpens. perdidi mortem, hei mihi,*
*Toties honeſtam.* [44] *titulus extremus quis eſt?*
CH. *Viden, ut laudis conſcia virtus*
[45] *Non Lethæos horreat amnes?*
*Pudet auctoris, non morte dolet.*
*Cupit extremum finire diem*
*Vaſta preſſus mole Gigantum,*
*Et* [46] *montiferum Titana pati,*
*Rapidæque necem debere feræ.*
[47] *Si tua cauſſa eſt miſeranda necis,*
*Quod nulla fera eſt, nulluſque Gigas,*
*Iam quis dignus necis Herculeæ*
*Supereſt auctor, niſi dextra tui?*
HER. [48] *Heu qualis intus Scorpius, quis* [49] *fervida*
*Plaga revulſus Cancer infixus meas*
*Vrit medullas? ſanguinis quondam capax*
*Tumidi jecur pulmonis arentes fibras*
*Diſtendit: ardet felle ſiccato jecur,*
*Totumque lentus ſanguinem avexit* [50] *vapor.*
*Primam cutem conſumpſit, hinc aditus nefas*
*In membra fecit, abſtulit coſtis latus,*
*Exedit artus penitus, & totas* [51] *malum*
*Hauſit medullas. oſſibus vacuis ſedet.*
*Nec oſſa durant ipſa, ſed* [52] *compagibus*
*Diſcuſſa ruptis mole collapſa fluunt.*
*Defecit ingens corpus. &* [53] *peſti ſatis*
*Herculea non ſunt membra. prô, quantum eſt malũ*
*Quod eſſe vaſtum fateor? ô dirum nefas!*
*En cernite, urbes, cernite ex* [54] *illo Hercule*
*Quid jam ſuperſit. Herculem agnoſcis, pater?*
[55] *His-ne ego lacertis ſpolia* [56] *Nemeæi mali*
*Eliſa preſſi? tenſus hac arcus manu*
*Aſtris ab ipſis* [57] *depulit* [58] *Stymphalydas?*
*His ego* [59] *citatam greſſibus vici feram,*

42 Geryonis trigemini. Her. Fu. ỷ. 232.
43 Angues duo, quos à Iunone immiſſos eliſi jam in cunis vagiens. Herc. Fu. ỷ. 215. *vel* Hydra & Atlantica.
44 Atque ecce inhoneſta tandem morte pereo.
45 Mortem non horret, ſed ingloriæ mortis generis pudet. ſupra ỷ. 1172.
46 Enceladum, Typhoëa, Gygen. ſupra ỷ. 1167. Al. *monſtriferum.*
47 Ioſ. Scal. ſuſpicatur legendum, *Si cauſa eſt tua miſeranda necis.*
48 Al. leg. *Eheu quis intus, &c.*
49 E Zodiaco, in quem Iuno Cancrum transtulerat. Thyeſt. ỷ. 852. in pœnas meas reverſus.

50 Calor veneni. 51 Nefandum virus. 52 Nervis, ligamentis, tendonibus. 53 Graſſanti veneno. 54 Victore, domitore. 55 *His eliſa jacet moles Nemeæa lacertis, &c.* 56 Herc. Fu. ỷ. 223. 57 Al. leg. *detulit.* 58 Herc. Fu. ỷ. 243. 59 Cervam aureis radiantem cornibus, Herc. Fu. ỷ. 221.

*Radiante clarum fronte geſtantem caput?*
*His fracta* [60] *Calpi manibus eliſit fretum?*
*His tot feræ, tot ſcelera, tot reges jacent?*
[61] *His mundus humeris ſedit?* [62] *hæc moles mei eſt?*
*Hæc ne illa cervix? has ego oppoſui manus*
*Cœlo ruenti?* [63] *cujus, ô, cuſtos manu*
*Trahetur ultra Stygius?* [64] *ô, vires prius*
*In me ſepultæ! quid patrem appello Iovem?*
*Quid per Tonantem vindico cœlum mihi?*
*Iam jam meus credetur Amphitryo pater.*
*Quæcunque peſtis viſcere in noſtro lates,*
*Procede. quid me vulnere occulto petis?*
[65] *Quis ſe ſub axe frigido pontus Scythes,*
*Quæ pigra Tethys genuit,* [65] *aut Maurum premens*
*Ibera Calpe litus? ô dirum malum!*
*Vtrumne ſerpens ſquallidum criſta caput*
*Vibrans? an aliquod eſt mihi ignotum malum?*
*Numquid cruore es genita* [66] *Lernææ feræ?*
[67] *An te reliquit Stygius in terris canis?*
[68] *Omne malum,* [69] *nullumq́ʒ. quis vultus tibi eſt!*
*Concede ſaltem ſcire, quo peream malo.*
[70] *Quæcunque peſtis, ſæva quæcunque es fera,*
[71] *Palam timeres: quis tibi in medias locum*
*Fecit medullas? ecce, dirupta cute*
*Viſcera manus detexit, ulterior tamen*
*Inventa latebra eſt. ô malum* [72] *ſimile Herculi!*
*Vnde iſte fletus? unde in has lacrymæ genas:*
*Invictus olim vultus & nunquam malis*
*Lacrymas ſuis præbere conſuetus (pudet!)*
*Iam flere didicit. quis dies fletum Herculis,*
*Quæ terra vidit?* [73] *ſiccus ærumnas tuli.*
[74] *Tibi illa virtus, quæ tot eliſit mala,*
[74] *Tibi ceſſit uni. primo, & ante omnes mihi*
*Fletum* [75] *abſtuliſti. durior ſaxo horrido*
*Et chalybe vultus, & vaga* [76] *Symplegade,*
*Rictus meos infregit, & lacrymam extulit.*
*Flentem, gementem,* [77] *ſumme prô rector poli,*
*Me terra vidit, quodque me torquet magis,*
*Noverca vidit. urit ecce iterum fibras,*
*Incaluit ardor. unde nunc* [78] *fulmen mihi?*
CHO. *Quid non poſſit ſuperare dolor?*
*Quondam* [79] *Getico durior* [79] *Æmo,*

60 Bimaris è columnis Herculis una. vide Her.Fu. ℣.236.
61 Her.Fu. v. 68. *Hac cœlum cervice tuli?*
62 Hoccine corpus illud meum quondam toroſum?
63 Quis poſthac Cerberum ab inferis extrahet?
64 Lipſ. *ubi vires prius in me? ſepultæ.*
65 Vnde hoc venenum? à mari Scythico, Boreali aut Atlantico?
66 Hydræ.
67 An Aconitum illud es. è Cerberi ſpuma?
68 Ex effectu
69 Quia non appares.
70 Al. *Quæcunque peſtis, ſive quæcumque es fera.*
71 Prodires ſaltem meque aperto Marte aggredereris.
72 Invictum, indomitum.
73 Siccis oculis, non lacrymantibus.
74 O virulenta peſtis.
75 Extorſiſti.
76 Herc. Fu. ℣. 2210. Med. ℣.341.
77 Ioſ. Scal. *Summa, prô rector cœli, Me terra vidit.*
78 Quo peream.
79 Thracio monte.

*Nec [80] Parrhaſio [81] lentior axe,*
*Sævo ceſſit membra dolori;*
*Feſſumque movens per colla caput*
*Latus alterno pondere flectit.*
*[82] Fletum virtus ſæpe reſolvit.*
*Sic Arctoas laxare nives,*
*Quamvis tepido ſidere Titan*
*Non tamen audet, vicitque [83] faces*
*Solis aduſti glaciale jubar.*

80 Septentrionali, juxta quem Caliſtho è Parrhaſia urbe Arcadiæ in urſam verſa, cum filio Arcade. Herc. Fu. ℣. 129. 81 Heinſ. leg. *lenior*. 82 Lacrymas jam dolore fluere paratas animi robur abſumit: non ſecus ac glaciem ſtringit frigus Boreale, nec à Solis radiis ſolvi patitur. Lipſius itaque legendum conjicit *reſorbet*. & pro *virtus* alii hab. *luctus*. 83 Al. *nefas*. i. nefandum frigus glaciale vincit radios ſolis aduſti. Si retineas *faces*, ita expone: *glaciale jubar*, id eſt, ſplendor aquæ in glaciem pellucidam induratæ non diſſolvitur ſole.

## HERCVLES. ALCMENA.

*Lamentantem Herculem ſolatur Alcmena.*

*Converte vultus ad meas clades, pater.*
*Nunquam ad tuas confugit Alcides manus,*
*Non cum per artus Hydra fecundum meos*
*Caput explicaret. inter infernos lacus*
*Poſſeſſus atra nocte cum fato ſteti;*
*Nec invocavi. tot feras vici horridas,*
*Reges, tyrannos; [1] non tamen vultus meos*
*In aſtra torſi. ſemper hæc nobis manus*
*[2] Votum ſpopondit. nulla [3] propter me ſacro*
*Micuere cælo fulmina. hic aliquid dies*
*Optare juſſit. primus audierit preces,*
*Idemque ſummus. unicum fulmen peto.*
*[4] Giganta crede. non minus cœlum mihi*
*Aſſerere potui. dum patrem verum puto,*
*Cælo peperci. ſive crudelis pater,*
*Sive es miſericors, commoda gnato [5] manum.*
*Propera ante mortem, & [6] occupa hanc laudem tibi.*
*Vel, ſi piget, manuſque detrectat nefas,*
*Emitte [7] Siculo vertice ardentes, pater,*
*Titanas in me, qui manu Pindum ferant,*
*Aut te, Oſſa; qui me monte projecto opprimant.*
*Abrumpe & [8] Erebi clauſtra. me ſtricto petat*

1 Non implorans opem tuam ſuſpexi. 2 Certam fecit victoriæ ſpem. 3 In omen, aut auxilium meum, qui ipſe tui fulminis vice fuerim. Sup. 1143. 4 Crede me eſſe unum è gigantibus, fulminaque, nam ego his potentior cœlum perfringere potui, niſi pepercissem, quod te verum mihi patrem credidiſſem. 5 Fulminantem. 6 Præripe necis meæ laudem mulierculæ. 7 Typhoëa, Enceladum, Titanaſque alios Ætnæ ſubjectos, 8 Inferni Ætnæ ſubjectos.

[9] *Bellona ferro: mitte* [10] *Gradivum trucem;*
*Armetur in me dirus; &* [11] *frater quidem,*
*Sed ex noverca. tu quoque* [12] *Alcidæ ſoror*
*Tantum ex parente, cuſpidem in* [13] *fratrem tuum*
*Iaculare, Pallas. ſupplices tendo manus*
*Ad te, noverca. ſparge tu ſaltem, precor,*
*Telum. perire fœminæ poſſum manu.*
*Iam fracta, jam ſatiata, quid paſcis minas?*
*Quid quæris ultra? ſupplicem Alciden vides.*
*Et nulla tellus, nulla me vidit fera*
*Te deprecantem. nunc mihi irata quidem*
*Opus eſt novercâ. nunc tuus ceſſat dolor.*
*Nunc odia ponis. parcis, ubi votum eſt mori?*
*O terræ & urbes! non facem quiſquam Herculi,*
*Non arma tradet? tela ſubtrahitis mihi?*
[14] *Ita nulla ſævas terra concipiat feras*
*Poſt me ſepultum. nec meas unquam manus*
*Imploret orbis. ſi qua naſcetur fera,*
*Naſcatur* [15] *alius. undique infelix caput*
*Mactate ſaxis,* [16] *vincite ærumnas meas.*
*Ingrate ceſſas orbis? excidimus tibi?*
*Adhuc malis feriſque ſuppoſitus fores,*
*Ni me tuliſſes. vindicem veſtrum malis*
[17] *Eripite, populi.* [18] *tempus hoc vobis datur.*
*Penſate merita. mors erit pretium omnium.*
AL. *Quas miſera terras mater Alcidæ petam?*
*Vbi natus, ubinam eſt?* [19] *certa ſi viſus notat,*
*Reclinis ecce corde anhelanti æſtuat.*
*Gemit. peractum eſt. membra complecti ultima,*
*O nate, liceat.* [20] *ſpiritus fugiens meo*
*Legatur ore. brachia in amplexus cape.*
*Vbi membra ſunt? ubi illa, quæ mundum tulit,*
*Stelligera cervix? quis tibi exiguam tui*
*Partem reliquit?* HER. *Herculem ſpectas quidem,*
*Mater;* [21] *ſed umbræ ſimile neſcio quid mei*
*Agnoſce, mater. ora quid flectis retro,*
*Vultumque mœrens? Herculem dici tuum*
*Partum erubeſcis?* AL. *Quis feram mundus novam*
*Quæ terræ genuit? quodve tam dirum nefas*
*De te triumphat;* [22] *victor Herculeus quis eſt?*

9 Agam. ✠. 81.
10 Martem, à gradiendo in bello ultro citroque: ſive à κραδάω vibro. aliis quidem graudem divum.
11 Vid. Herc. Fu. ✠. 906. Martem autem concepit Iuno tacto flore in campis Oleniis.
12 Pallas è cerebro Iovis nata. εὐπατέρεια patrima virgo, ἀμήτωρ.
13 Me.
14 *Optantis & imprecantis eſt*, &c. ut.
15 Alius Herc. vindex.
16 Interficiendo liberate me ærumnis.
17 *Al.* Excipite.
18 Exolvendi vos ingratitudinis labe.
19 Res certas.
20 Apud veteres amiciſſimus quiſque & proximus parens expirantem deoſculatus fugientem ore animam extremumque ſpiritum excipit. *Extremo ſi quis ſuper halitus errat, Ore legam.*
21 Quam tamen potius agnoſcas Herculis animam quam Herculem ipſum.
22 Victor Herculis.

HER. [23] *Nuptæ jacentem cernis Alciden dolis.*
AL. *Quis tantus eſt, qui vincat Alciden, dolus?*
HER. *Quicunque,* [24] *mater, fœminæ iratæ ſat eſt.*
AL. *At unde in artus peſtis aut oſſa incidit?*
HER. *Aditum venenis palla fœmineis dedit.*
AL. *Vbinam ipſa palla eſt? membra nudata intuor.*
HER. *Conſumpta mecum eſt.* AL. *tantane inventa eſt lues?*
HER. *O mater, Hydram, & mille cum Lerna feras*
*Errare mediis* [25] *credo viſceribus meis.*
*Quæ tanta nubes flamma* [26] *Sicanias bibit?*
[27] *Quæ Lemnos ardens? quæ* [28] *plaga igniferi poli,*
[29] *Vitans flagranti currere in Zona diem?*
*In ipſa me jactate, prô comites, freta,*
*Mediosque in amnes. quis ſat eſt* [30] *Iſter* [31] *mihi?*
*Non ipſe* [32] *terris major Oceanus meos*
*Frangit* [33] *vapores. omnis in noſtris malis*
*Deficiet humor, omnis areſcet latex.*
*Quid, rector Erebi, me remittebas Iovi?*
*Decuit tenere. redde me tenebris tuis.*
[34] *Talem ſubactis Herculem oſtende inferis.*
[35] *Nil inde ducam. quid times iterum Herculem?*
[36] *Invade mors non trepida. jam poſſum mori.*
AL. *Compeſce lacrymas ſaltem, & ærumnas doma,*
*Maliſque tantis Herculem indomitum refer,*
*Mortemque vince. quod ſoles, vince inferos.*
HER. [37] *Si me* [38] *catenis horridus vinctum ſuis*
*Præberet avidæ Caucaſus volucri dapem*
[39] *Scythia gemente; flebilis gemitus mihi*
*Non extitiſſet.* [40] *ſi vagæ Symplegades*
*Vtraque premerent rupe; redeuntis minas*
[41] *Ferrem ruinæ.* [42] *Pindus incumbat mihi*
*Atque Æmus, & qui Thracios fluctus Athos*
*Frangit,* [43] *Ioviſque fulmen excipiens Mimas.*
*Non ipſe ſi in me, mater, hic mundus ruat,*
*Superque noſtros flagret incenſus rogos*
[44] *Phœbeus axis, degener mentem Herculis*

23 Deianiræ. 24 O mater. 25 Al. *crede.* 26 Siculas, Ætnæ ſupervolitantes. q. d. non Ætna flammas eructans —— 27 non Lemnos Ægæi maris inſula Vulcano ſacra crebris æſtuans incendiis. 28 non plaga torrida majori ardet igne quam pectus meum. alii leg. *Inferni* & Pyriphlegethonta intelligunt. 21 Ex opinione veterum Aſtrologorum, qui diem ſemper ſtare putabant & nunquam currere ſub ardenti plaga. *Semper ubi æterna vertigine clarា nitet Lux.* 30 Fl. Europæ max. 31 Ad me refrigerandum. 32 Terram enim circumcingere creditur. 33 Calores, ardores. 34 Afflictum, miſerum.

35 Vt olim Cerberum. 36 Al. *Invade mors, non trepido.* 37 Si viderem hoſtem ſciremque quid me cruciaret, &c. 38 Vt Prometheum. Herc. Fu. ℣. 1206. 39 Ipſis Scythis mei commiſerentibus. 40 Herc. Fu. ℣. 1210. 41 Sine queſtu aut gemitu. 42 Mons Theſſ. 43. *Feriunt enim ſummos fulmina montes.* 44 Solis currus.

*Clamor domaret. mille decurrant feræ,*
*Pariterque lacerent; hinc feris clangoribus*
*Ætheria me* [45] *Stymphalis; hinc* [46] *taurus minax*
*Cervice tota pulſet, & quidquid furit.*
*Solum quoque ingens ſurgat, hinc illinc fremens,*
*Artuſque noſtros dirus imminuat dolor.*
[47] *Sparſus ſilebo. non feræ excutient mihi,*
*Non arma gemitus. nil,* [48] *quod impelli poteſt.*
AL. *Non virus artus, nate, fœmineum coquit;*
*Sed dura ſeries operis; & longus tibi*
[49] *Favet* [50] *cruentis forſitan morbis dolor.*
HER. *Vbi mors? ubi* [51] *illa? teſtis eſt aliquis mali?*
*Intendat arcus.* [52] *nuda ſufficiet manus.*
[53] *In orbe mecum veniat huc aliquis mihi.*
*Procedat, agedum, huc.* AL. *Hei mihi, ſenſus quoq;*
*Excuſſit ille nimius* [54] *impulſu dolor.*
*Removete, quæſo, tela, & infeſtas, precor,*
*Rapite hinc ſagittas.* [55] *igne ſuffuſæ genæ*
*Scelus minantur. qua fuga latebras petam?*
*Dolor iſte furor eſt. Herculem ſolus domat.*
*Cur deinde latebras aut fugam vecors petam?*
*Obire forti meruit Alcmene manu.*
*Vel ſcelere pereat, antequam letum mihi*
*Ignavus aliquis mandet, ac turpis manus*
*De me triumphet.* [56] *ecce, laſſatus malis*
*Sopore feſſas alligat venas dolor,*
*Gravique anhelum pectus impulſu quatit.*
*Favete, ſuperi. ſi mihi gnatum inclytum*
*Miſeræ negatis; vindicem ſaltem precor*
*Servate terris. abeat excuſſus dolor,*
*Corpuſque vires reparet Herculeum ſuas.*

45 Herc. Fu. ℣. 254.
46 Agam. ℣. 827.
47 Humi ſtratus.
48 In quod vires exercere potero cum victoriæ ſpe.
49 Al. *Fervet.*
50 Crucis.
51 Mors, *vel* Deianira.
52 Inermis.
53 Alii leg. *in orbem veniat.* tibicine quidem immodulato, mente aliquando ſaniori. nec plane aſſequor locutionem niſi dicat in *certamen deſcendat.* manus enim conſerturi pugiles μονόμαχοι lineas ſibi & cancellos circumſcribunt. quos nec ipſis tranſire nec ſpectatorum coronæ in orbem cingenti liceat ingredi. videat lector.
54 Al. *impulſos.*
55 Rubore, ſanguine, ardore.
56 Act. 4. Herc. Fu. ℣. 1043.

## HYLLVS. ALCMENA. HERCVLES. PHILOCTETES muta perſona.

*Reverſus Hyllus nunciat Herculi, Deianiram, poſtquam ſe Neſſi dolo deceptam comperiſſet, ſibi mortem conſciviſſe.*

PRô lux acerba, prô capax ſcelerum [1] dolor!
[2] *Nurus Tonantis occidit. natus jacet.*
*Nepos ſuperſum, ſcelere materno hic periit.*

1 Al. *dies.* Sic inf. ℣. 1424.
2 Deianira.
3 Hercules.

*Fraude*

*Fraude illa capta eſt. quis per annorum vices,*
*Totoque in ævo poterit ærumnas ſenex*
*Referre tantas? unus eripiet dies*
*Parentem utrumque. cætera ut ſileam mala,*
*Parcamque fatis, Herculem amitto patrem.*
AL. *Compeſce voces, inclytum Alcidæ genus,*
[4] *Miſeræque fato ſimilis Alcmenæ nepos.*
[5] *Longus dolorem forſitan vincet ſopor.*
*Sed ecce laſſam deſerit mentem quies,*
*Redditque* [6] *morbo corpus. & luctus mihi.*
HER. [7] *Quid hoc? rigenti cernitur* [8] *Trachin jugo,*
*Et inter aſtra poſitus evaſi genus*
*Mortale tandem. quis mihi cœlum parat?*
*Te te, pater, jam video: placatam quoque*
*Specto novercam. qui* [9] *ſonus noſtras ferit*
[9] *Cœleſtis aures? Iuno me* [10] *generum vocat.*
*Video nitentem regiam clari ætheris,*
*Phœbique* [11] *tritam flammea zonam rotâ.*
[12] *Cubile video noctis.* [13] *hinc tenebras vocat.*
*Quid hoc? quis axem cludit, & ab ipſis, pater,*
*Deducor aſtris? ora Phœbeus modo*
*Afflabat axis.* [14] *tam prope a cœlo fui.*
*Trachina video. quis mihi terras dedit?*
*Modo nempe me infra ſteterat, ac totus mihi*
*Suppoſitus orbis. tam bene* [15] *excideras, dolor.*
*Cogis fateri.* [16] *parce, & hanc vocem occupa.*
*Hæc, Hylle, dona* [17] *matris; hoc munus parat.*
*Vtinam liceret ſtipite ingeſto impiam*
*Effringere animam, quale* [18] *Amazonium malum*
*Circa nivalis Caucaſi domui latus.*
*O clara Megara,* [19] *tune, cum furerem, mihi*
*Conjux fuiſti? ſtipitem atque arcus date.*
*Dextra inquinetur. laudibus maculam imprimam.*
*Summus legatur fœmina Herculeus labor.*
HYL. *Compeſce diras, genitor, irarum minas.*
[20] *Habet. peractum eſt. quas petis pœnas, dedit.*
*Sua perempta dextera mater jacet.*

4 Æque miſer, atque ego. Al. leg. *Miſeræque nato.*
5 Herc. Fu. 1077.
6 Dolori, ſeu furori.
7 *Diſcuſſo ſopore, Hercules apotheoſin ſuam velut extaſi raptus cernere videtur, ſeu propinqua morte vaticinatur.*
8 Supra ℣. 135.
9 E Pythagoræorum ſententia, qui concentum quendam & harmoniam effici corporum cœleſtium motu credebant.
10 Hebe mihi deſponſa.
11 Zonam torridam.
12 *Redditus terris videtur.*
13 Al. *in.*
14 Ita Herc. Fu. ℣. 977.
15 Mihi modo in cælos per extaſin rapto.
16 Melius occidiſſes me priuſquam emiſiſſem indignam hanc Hercule vocem; *cogis fateri*: quis enim me cogat? *vel*, innuit vocem illam qua minatur ſe fœminam interfecturum.
17 Tuæ. id eſt, Deianiræ.
18 Amazonum inſolentiam. ipſas Amazonas. Her. Fu. ℣. 542. Hippol. ℣. 397.
19 Dignior ſane fuit Deianira quæ furentis Herc. uxor eſſet.
20 Agamemn. ℣. 895.

HER. [21] *Cæci dolores. manibus irati Herculis*
*Occidere meruit. perdidit* [22] *comitem Lichas.*
*Sævire in ipſum corpus exanime impetus*
*Atque ira cogit. cur minis noſtris caret?*
*Ipſum cadaver pabulum accipiant feræ.*
HYL. [23] *Plus miſera læſo doluit.* [24] *huic aliquid quoq;*
*Detrahere velles. occidit dextra ſua,*
[25] *Tuo dolore. plura, quam poſcis, tulit.*
*Sed non cruentæ ſceleribus nuptæ jaces:*
*Nec fraude matris. Neſſus hos ſtruxit dolos;*
*Ictus ſagittis qui tuis vitam expulit.*
*Cruore tincta eſt palla* [26] *ſemiferi, pater,*
*Neſſuſque nunc has exigit pœnas* [27] *ſibi.*
HE. [28] *Habet. peractum eſt. fata ſe noſtra explicant.*
*Lux iſta ſumma eſt.* [29] *quercus hanc ſortem mihi*
*Fatidica quondam dederat, & Parnaſſio*
[30] *Cirrhea quatiens templa* [31] *mugitu nemus:*
,, [32] *Dextra perempti, victor Alcide, viri*
,, *Olim jacebis. hic tibi emenſo freta,*
,, *Terraſque & umbras, finis extremus datur.*
*Nil querimur ultra. decuit hunc finem dari,*
*Ne quis ſuperſtes Herculis victor foret.*
*Nunc mors* [33] *legatur clara, memoranda, inclyta,*
*Me digna prorſus. nobilem hunc faciam diem.*
*Cædatur omnis ſylva, & Oetæum nemus*
*Suſcipiat ignis. Herculem accipiat rogus.*
*Sed ante mortem, tu* [34] *genus Pœantium,*
*Hoc* [35] *triſte nobis juvenis, officium appara.*
*Herculea totum flamma ſuccendat diem.*
*Ad te preces nunc, Hylle, ſupremas fero.*
[36] *Eſt clara, captas inter* [37] *incultas,* [38] *genus*
*Regnumque referens,* [39] *Euryto virgo edita,*
*Iole. tuis hanc* [40] *facibus & flammis para.*
*Victor* [41] *cruentus abſtuli patriam, lares,*
*Nihilque miſeræ præter Alciden dedi;*

21 Heinſius ita hunc locum cenſet legendũ, *Sua perempta dextera mater jacet Læſi dolore.* Herc. *manibus irati Herc. &c.* tui ſc. læſi, i e. dolens quod te læſerit. Sic mox ỳ. 1465. *Occidit dextra ſua, tuo dolore.*
22 Me, vel lege *perdidit comitem Licham* i. Lichæ necis cauſa fuit.
23 Plus vel te, quem læſit.
24 Al. *hinc.* i. doloris ſui aliquid.
25 Quem de te conceperat, dolore.
26 Centauri.
27 Suæ necis ultionem.
28 Bene habet, ſatis eſt,
29 Med. ỳ. 349.
30 Oed. ỳ. 269.
31 Oraculi Delphici reſponſo. *ex adyto Cumæa Sibylla Horrendas canit ambages, antroque remugit.*

32 ἐμοὶ γὰρ ἦν πρόφαντον ἐκ πατρὸς πάλαι, Πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο, Ἀλλ' ὅστις ᾅδου φθίμενος οἰκήτωρ πέλοι. Hæc ſunt verba oraculi Dodonæi, quod Herculi olim datum fuit; nempe quod ab hoſte defuncto eſſet interficiendus. 33 Apparetur vel memoretur. 34 Philoctetа, Pæantis fil. 35 Funebre, ut pyram extruat. 36 Al. *Eſt clara, inclytum genus Regn.* Ioſ. Scal. legendum monet; *Oechalias genus Regemque referens, &c.* 37 Al. leg. *Oechalias.* 38 Regium genus; ἓν δεκ δυοῖν. 39 Rege Oechaliæ. 40 Nuptialibus, Thebaid. ỳ. 263, & 507. 41 Patrem illius & fratres interficiens.

*Et*

*Et iſte rapitur. penſet ærumnas ſuas :*
*Iovis* [42] *nepotem ſoveat, & [42] natum Herculis.*
*Tibi illa pariat quidquid ex nobis habet.*
*Tuque ipſa planctus pone funebres, precor,*
*O clara genitrix. vivet Alcides tuus.*
[43] *Virtute noſtra pellicem feci tuam*
*Credi novercam, ſive naſcente Hercule*
*Nox* [44] *illa certa eſt,* [45] *ſive mortalis meus*
*Pater eſt : licet ſit falſa progenies mihi ;*
*Materna culpa ceſſet, & crimen Iovis.*
*Merui parentem,* [46] *contuli cœlo decus.*
*Natura me concepit in laudes Iovis,*
*Quin ipſe quanquam Iupiter credi meus*
*Pater eſſe gaudet. parce jam lacrymis, parens*
*Superba matres inter Argolicas eris.*
*Quid tale Iuno peperit, æthereum gerens*
*Sceptrum, & Tonanti nupta? mortali tamen*
*Cœlum tenens invidit? Alciden ſuum*
*Dici eſſe voluit. perage nunc, Titan, vices*
*Solus relictus. ille, qui veſter comes*
[47] *Vbique fueram, Tartara & manes peto.*
*Hanc tamen ad imos perferam laudem inclytam,*
*Quod nulla peſtis vicit Alciden palam,*
*Omnemque peſtem vicit Alcides palam.*

42 Te.

43 Approbando me ex te natum Iovis eſſe filium magis ingenuum quam quos ex Iunone genuit. mox ỿ. 1509.

44 Geminata. Herc. Fu. ỿ. 24.

45 Etiamſi mortalis quiſpiam fuiſſet pater non Iupiter, virtute tamen mea feci ut Iovis credar progenies.

44 Virtute mea cœlum decoravi.

47 Sup. ỿ. 41.

## CHORVS.

*Solem orat ut toti mundo Herculis mortem nunciet. Herculis apotheoſim prædicit, Iovemque precatur, ut vel nulli producantur tyranni, feræ, monſtra, vel alius ſufficiatur Herc. malorum vindex.*

*O Decus mundi, radiate Titan,*
*Cujus ad* [1] *primos* [2] *Hecate vapores*
*Laſſa nocturnæ levat ora* [3] *bigæ,*
*Dic ſub aurora poſitis* [4] *Sabæis,*
*Dic ſub occaſu poſitis* [5] *Iberis,*
*Quique* [6] *ferventem patiuntur axem,*
*Quique ſub* [7] *plauſtro* [8] *patiuntur* [9] *Vrſæ;*
*Dic ad æternos properare Manes*
*Herculem, & regnum Canis* [10] *inquieti,*
*Vnde non unquam remeavit ullus.*
[11] *Sume, quos nubes radios ſequantur.*

1 Auroram tepidos recipientem radios.
2 Luna. *Hipp.* ỿ. 411.
3 *Agamem.* ỿ. 812.
4 Arabiæ Felicis incolis.
5 Hiſpanis.
6 Torridam zonam, quam tamen veteres ſentiebant non habitabilem præ nimio calore.
7 Septem ſtellis in plauſtrum ἄμαξαν formatis.
8 Ioſ. Scalig. legendum cenſet, *pariuntur*, ne repetatur τὸ *patiuntur*.
9 Herc. Fu. ỿ. 129.
10 Pervigilis, vel, qui *latratu ea regna trifauci Perſonat.*
11 Sume nubilam faciem & triſtem.

*Pallidus*

*Pallidus mœſtas ſpeculare terras,*
*Et caput turpes nebulæ pererrent.*
*Quando, prô Titan,* [12] *ubi, quove, ſumme,*
[13] *Herculem in terris alium ſequeris?*
*Quas manus, orbis miſer, invocabis,*
*Si qua ſub terra* [14] *numeroſa peſtis*
*Sparget intentam rabiem draconis?*
[15] *Arcadum ſi quis,* [15] *populi vetuſti,*
*Fecerit ſylvas* [16] *aper inquietas?*
[17] *Thraciæ ſi quis Rhodopes alumnus*
*Durior terris Helices nivoſæ*
*Sparget humano ſtabulum cruore?*
*Quis dabit pacem populo timenti,*
*Si quid irati ſuperi per urbes*
*Iuſſerint naſci? jacet omnibus* [18] *par,*
*Quem* [19] *parem tellus genuit Tonanti.*
[20] *Planctus immenſas reſonet per urbes,*
[20] *Et comas nullo cohibente nodo,*
*Fœmina exertos feriat lacertos?*
[21] *Solaque obductis foribus Deorum,*
*Templa ſecuræ pateant novercæ.*
[22] *Vadis ad Lethen Stygiumque littus,*
*Vnde te nullæ referent carinæ.*
*Vadis ad manes miſerandus, unde*
[23] *Morte devicta tuleras triumphum.*
*Vmbra* [24] *nudatis venies* [24] *lacertis,*
*Languido vultu, trepidoque collo:*
*Teque* [25] *non ſolum feret illa puppis.*
*Non tamen viles eris inter umbras;*
*Æacumque inter,* [26] *geminoſque Cretas;*
[27] *Fata diſcernes.* [28] *fieri tyranni*
*Parcite, ô dites, inhibete dextras.*
*Laudis eſt,* [29] *purum tenuiſſe ferrum.*
*Dumque regnabas,* [30] *minimum cruentis*
*In tuas urbes licuiſſe fatis.*
*Sed* locum virtus habet inter aſtra.
[31] *Sedis Arctoæ ſpatium tenebis?*
*An gravis Titan ubi promit æſtus?*
*An ſub Occaſu tepido nitebis,*
*Vnde* [32] *commiſſo reſonare ponto*
*Audies Calpen! loca quæ ſereni*

12 Vbi? Al. *quo ſub axe.*
13 Herculis quidem nomen ſtrenui, omnibus & claris viris à veteribus tributum, quos alii 63, alii, 43 numerant.
14 Hydra, numeroſum malum. Herc. Fu. 240.
15 Hippol. 783.
16 Sus Mænalius.
17 Diomedes Thraciæ rex. Herc. Fu. 225.
18 Robore & fortitudine modo, vel moriens ſicut alii.
19 Sup. ℣. 6.
20 Pro more lugentium. vid. Troad. ℣. 82.
21 Sup. ℣. 746.
22 ἀτραπὸν εἰς ἅδεα ἤνυσας.
23 Herc. Fu. act. 5.
24 Vmbras enim quam in vivis habuerant imaginem retinere credebant veteres.
25 Vt quondam, ne mergeretur gemens *cymba ſutilis ſub pondere.*
26 Rhadamanthum & Æacum Cretæ reges; quos propter juſtitiam infernis umbrarum judiciis præfecit Iupiter. Herc. Fu. 732.
27 Al. Facta. id eſt, *Quæ quis apud ſuperos Furto lætatus inani Geſſerit.*
28 Al. *Feries tyrannos.* id eſt, quartus ſtatueris judex; vel ea tibi mens manebit, quæ in vita, feriendi tyrannos.
29 Incruentum, innocens.
30 Minimum permittere tuæ licentiæ in ſubditorum vitas.
31 *Tibi numine ab omni Cedetur, jurisque tui natura relinquet Quis deus eſſe velis, ubi regnum ponere mundi. Sed neque in Arctoo ſedem tibi legeris orbe, Nec polus adverſi calidus qua vergitur Auſtri.*
32 Gaditano utrinque freto reſonare Calpen bimarem audies. vid. & Herc. Fu. 236.

*Depri-*

Deprimes cœli? [33] quis erit recepto
Tutus Alcidæ locus inter aſtra?
Horrido tantum procul [34] à Leone
Det pater ſedes, calidoque [34] Cancro;
Ne tuo vultu tremefacta leges
Aſtra conturbent, trepidetque Titan.
Vere dum flores venient tepenti,
Et [35] comam ſylvis hyemes recident,
[Vel comam ſylvis revocabit æſtas;]
Pomaque autumno fugiente cedent,
Nulla te terris rapiet vetuſtas.
Tu comes Phœbo, comes ibis aſtris.
Ante naſcetur ſeges in profundo,
Vel [36] fretum dulci reſonabit unda;
[37] Ante deſcendet glacialis Vrſæ
Sidus, & Ponto vetito fruetur,
Quam tuas laudes populi [38] quieſcant.
Te, pater rerum, miſeri precamur,
Nulla naſcatur fera, nulla peſtis.
Non [39] duces ſævos miſeranda tellus
[40] Habeat: nec ulla dominetur aula
Qui putet ſolum decus eſſe regni,
Semper [41] impenſum tenuiſſe ferrum.
Si quid in terris iterum timetur,
Vindicem terræ petimus relictæ. (ret,
Hem, quid hoc? mundus ſonat; ecce, mœ-
Mœret Alcidæ pater. an Deorum
Clamor, an vox eſt [42] timidæ novercæ?
Hercule an viſo fugit aſtra Iuno?
[43] Laſſus an pondus titubavit Atlas?
An magis diri tremuere Manes
Herculem? & viſum canis inferorum
Fugit abruptis trepidus catenis?
Fallimur: læto venit, ecce, vultu
Quem tulit [44] Pæas, humeriſque tela
Geſtat, & notas populis pharetras,
Herculis hæres.

33 *Ætheris immenſi partem ſi preſſeris unam, Sentiet axis onus, librati pondera cœli Orbe tene medio: pars ætheris illa ſereni Tota vacet.*

34 Thyeſt. ℣. 152.

35 Arboribus frondes.

36 Prius mare dulceſcet.

37 Thyeſt. ℣. 476.

38 Taceant.

39 Tyrannos.

40 I. Lipſius tibiæ adaptat verſum legendo, *Horreat nulla dom.* Ioſ. Scalig. nihil mutandum cenſet, cum *Habeat nec*, totidem habeat tempora quot, *Horreat.*

41 Ferro non parcere. alii *intenſum* leg.

42 Iunonis me in cœlum aſcendentem timentis.

43 Cœlum quod humeris ſuſtinere Atlanta Mauritaniæ regem Promethei fratrem fingunt; quod Aſtrologiam ſphæramque inveniſſet. duriuſcula autem locutio *laſſus pondus.*

44 Philoctetes, cui Hercules moriens ſagittas legavit.

ACTVS

## ACTVS QVINTVS.

### NVTRIX. PHILOCTETES.

*Philoctetes Herculis mortem atque funus nunciat.*

*Effare caſus, juvenis, Herculeos precor,*
*Vultuque quonam tulerit Alcides necem.*
PH. [1] *Quo nemo vitam.* NV. *Lætus adeone ultimos*
*Invaſit ignes?* PH. *Eſſe jam flammas nihil*
*Oſtendit ille, qui ſub* [2] *occaſu Herculis*
*Virtute vinci docuit indomita omnia.*
NVT. *Inter* [3] *vapores quis fuit forti locus?*
PH. [4] *Quod unum in orbe venerat nondum malum,*
*Et flamma victa eſt. hæc quoque acceſſit feris.*
*Inter labores ignis Herculeos abiit.*
NV. *Ediſſere agedum, flamma quo victa eſt modo?*
PH. *Vt omnis Oeten mœſta corripuit* [5] *manus,*
*Hinc fagus* [6] *umbras pendit, & toto jacet*
*Succiſa trunco:* [7] *flexit hinc pinum ferox*
*Aſtris minantem, & nube de media vocat;*
*Ruitura cautes movit, &* [8] *ſylvam trahit*
*Secum minorem.* [9] *Chaonis quondam loquax*
*Stat vaſta late quercus, &* [10] *Phœbum vetat,*
*Vltraque* [11] *totos porrigit ramos nemus.*
*Gemit illa multo vulnere impreſſo minax:*
*Frangitque cuneos. reſilit excuſſus chalybs,*
[12] *Vulnuſque ferrum patitur, & truncum fugit.*
*Commota tandem eſt. tunc cadens lenta mora*
*Duxit ruinam. protinus* [13] *radios locus*
*Admiſit omnes. ſedibus pulſæ ſuis.*
*Volucres pererrant nemore ſucciſo* [14] *diem,*
*Quæruntque laſſis garrulæ pinnis nemus.*
*Iamque omnis arbor ſonuit, &* [15] *ſacræ quoque*
*Senſere quercus horridam ferro manum,*
*Nullique priſcum profuit ligno nemus.*
*Aggeritur omnis ſylva, &* [16] *alternæ trabes*
*In aſtra tollunt Herculi* [17] *auguſtum rogum.*
*Rapit alta flammas pinus, & robur* [18] *tenax,*
*Et brevior ilex ſylva. contexit pyram*

1 Lætiori vultu mortem tulit, quam alius quiſpiam vitam.
2 Suo. Ioſ. Scal. itaque legit *Herculis*.
3 Ignis.
4 Ignis, quocumHercules non dimicavit hactenus. vid. ſup. ℣. 1401.
5 Multitudo comitum & famulorum Hercul. ſuccidere arbores ad rogum juſſa.
6 Succiſa enim.
7 Ioſ. Scal. emendat, *flexit hinc pinus ferox Aſtris minantem nube de media comam*, id eſt, aërium verticem flexit & inclinavit caſura.
8 *Corruit & mediam proſtravit pondere ſylvam.*
9 In hac ſylva erat ingens quercus; non minor Dodonæa illa in Chaonio Epiri nemore. de qua vide Med. ℣. 346. & Oed. 726.
10 Solis radios arcet.
11 Al. *totum.*
12 Hebetatur nec diffindere valet.
13 Quod ſupra ℣. 1619. dixit *fagus umbras perdit.*
14 Al. leg. *domus.*
15 Incæduæ & Iovi conſecratæ.
16 Alternatim poſitæ.
17 Al. *Auguſtum.* Qui *anguſtum* retinent exponunt *Hercules nimis arctum.* expoſitio nimis arcta & preſſa, non placet. ego dici arbitror *pyramidali aſcendentem forma in altum & anguſtum.*
18 Solidum.

19 *Popu-*

[19] *Populea ſylva,* [19] *frondis Herculeæ nemus.*
*At ille, ut ingens nemore ſub* [20] *Naſomonio*
*Æger reclini pectore admugit leo,*
*Fertur, quis illum credat ad flammas rapi?*
*Vultus petentis aſtra non ignes, erant.*
*Vt preſſit Oeten, ac ſuis oculis rogum*
*Luſtravit, omnes* [21] *fregit impoſitus trabes,*
*Arcumque poſcit: Accipe hæc, inquit,* [22] *ſate*
*Pæante, dona; munus Alcidæ cape.*
*Has Hydra ſenſit: his jacent* [23] *Stymphalydes,*
*Et quidquid aliud eminus vici malum.*
[24] *Victure felix: has enim* [25] *nunquam irritas*
*Mittes in hoſtes. ſive de media voles*
*Auferre volucres nube, deſcendent aves,*
*Et certa prædam tela de cœlo ferent.*
*Nec fallet unquam dexteram hic arcus tuam:*
*Librare telum didicit, & certam dare*
*Fugam ſagittis. ipſa non fallunt iter*
*Emiſſa nervo tela. tu tantum, precor,*
*Accommoda ignes, &* [26] *facem extremam mihi.*
*Hic* [27] *nodus, inquit, nulla quem capiet manus,*
*Mecum per ignem flagret, hoc telum Herculem*
*Tantum ſequatur. hoc quoque acciperes, ait,*
*Si ferre poſſes. adjuvet domini rogum.*
*Tum rigida ſecum* [28] *ſpolia Nemeæi mali*
*Arſura poſcit.* [29] *latuit in ſpolio rogus.*
*Ingemuit omnis turba: nec lacrymas dolor*
*Cuiquam remiſit. mater* [30] *in luctum furens*
*Diduxit* [31] *avidum pectus, atque utero tenus*
*Exerta, vaſtos ubera in planctus ferit;*
*Superoſque & ipſum vocibus* [32] *pulſans Iovem*
*Implevit omnem voce fœminea locum.*
*Deforme letum mater Herculeum facis:*
[33] *Compeſce lacrymas, inquit: introrſus dolor*
*Fœmineus abeat. Iuno cur lætum diem*
[34] *Te flente ducat? pellicis gaudet ſuæ*
*Spectare lacrymas. contine infirmum* [35] *jecur*
*Mater: nefas eſt* [36] *ubera atque uterum tibi*
*Laniare, qui me genuit.* [37] *& dirum fremens*

19 Her. Fu. ỳ. 892.
20 Libyco. Naſamones autem Libyæ pop. ex naufragiis & rapto ad Syrtes viventes.
21 Pondere ſuo.
22 Philoctetæ.
23 Herc. Fu. ỳ. 243.
24 Lipſ. ex. m.s.l. *virtute felix juvenis has nunquam irritas,* &c.
25 Herc. Fu. ỳ. 989.
26 Funebrem qua rogus accendebatur. id eſt, incende mihi rogum. quod defuncto neceſſitudine devincti præſtabant ſed adverſa facie.
27 Clava. Appoll. στιβαρὸν δέχεν ὄζον ἐλαίης.
28 Pellem leonis Nemeæi.
29 Pellis rogum ſummum texit.
30 Luctui nimium indulgens.
31 Planctus & pœnæ avidum.
32 Compellans.
33 Μήδε γύυς Δάκρυε, καρτεροι φιλόικτιρον γυνή.
34 Tuis inſultans lacrymis.
35 Affectus, quorum jecur ſedes ſupra ỳ. 579.
36 Pro more lugentium. vide Troad. ỳ. 82.
37 Et hoc dicto, Herc. dirumq; fremens qualis duxit, &c. Herc. Fu. ỳ. 809.

Qualis

*Qualis per urbes duxit Argolicas canem,*
*Cum victor Erebi Dite contempto rediit*
*Tremente fato; talis incubuit rogo.*
*Quis* [38] *ſic triumphans lætus in curru ſtetit*
*Victor? quis* [39] *illo gentibus vultu dedit*
*Leges* [40] *tyrannus? quanta pax obitus tulit?*
[41] *Hæſere lacrymæ. cecidit expulſus dolor*
*Nobis quoque ipſis. nemo morituro ingemit.*
*Iam flere pudor eſt. ipſa, quam ſexus jubet*
*Mœrere,* [42] *ſiccis hæſit Alcmene genis;*
*Stetitque nato pene jam ſimilis parens.*
NV. *Nullaſne in aſtra miſit ad ſuperos preces*
*Arſurus, aut in vota reſpexit Iovem?*
PH. *Iacuit ſui ſecurus, & cœlum intuens,*
*Quæſivit oculis* [43] *arce an ex aliqua pater*
*Deſpiceret illum. tum manus tendens ait:*
*Quacumque* [43] *parte proſpicis natum, pater,*
[44] *Iſte eſt pater, quem nocte commiſſa dies*
*Quæſivit unus. ſi meas laudes canit*
[45] *Vtrumque Phœbi litus, &* [46] *Scythiæ genus,*
*Et omnis* [47] *ardens ora, quam torret dies.*
*Si pace tellus plena, ſi nullæ* [48] *gemunt*
*Vrbes, nec aras* [49] *impius quiſquam inquinat;*
[50] *Si ſcelera deſunt, ſpiritum admitti hunc precor*
*In aſtra. nec me mortis infernæ locus,*
*Nec mœſta nigri regna conterrent Iovis:*
*Sed ire ad illos * umbra, quos vici, Deos,*
*Pater, erubeſco. nube diſcuſſa diem*
*Pande; ut Deorum vultus ardentem Herculem*
*Spectet: licet tu ſidera & mundum neges*
*Vltro, pater, cogêre.* [53] *ſi voces dolor*
*Abſtulerit ullas, pande tum Stygios lacus,*
*Et redde* [54] *Fatis. approbæ gnatum prius.*
[55] *Vt dignus aſtris videar, hic faciet dies.*
*Leve eſt quod actum eſt. Herculem genitor prius*
[56] *Invenit, an damnavit?* [57] *hoc poſtque addidit;*
*Noverca cernat, quo feram flammas modo.*
*Flammas popoſcit. hoc age* [58] *Alcidæ comes;*
*Non ſegnis, inquit, corripe Oetæam* [59] *facem.*

38 Vt ille rogo. 39 Tam læto & ſereno.
40 Rex, τύραννος. ſic enim primitus Græcis uſurpatum.
41 Ceſſavere.
42 Non lacrymantibus.
43 Cœli.
44 Ego ſum filius ille tuus quem geminata nocte genuiſti. Her. Fu. ℣. 24.
45 Oriens & occidens.
46 Septentrio.
47 Meridies.
48 A tyrannis oppreſſæ.
49 Al. *Impias*, utrumque recte, intelligit autem Buſiridis aras.
50 Si ſcelerati homines mea opera devicti ceſſent.
* τύπος, εἴδωλον, nudum ſimulachrum, quod (animâ vel in cœlum, unde deducta eſt, vel in alia corpora migrante è corpore, quod in elementa diſſolvitur) petit inferos.
53 Revocat, corrigitque ſupremam vocem *cogere*.
54 Inferis, mortis loco.

55 Quæ per vitam ſtrenue feci non tam aſtra merentur, quam mors hæc acerba, quam fortiter fero. 56 Immortalitate ne donavit, an ad pœnas damnavit? 57 Scilicet *Noverca cernat quo feram flammas modo*. 58 Philoctetа. 59 Supra ℣. 1660.

Quid

*Quid dextra tremuit? num manus pavida impium*
*Scelus refugit? redde jam pharetras mihi,*
*Ignave, iners, inermis.* [60] *en noſtros manus*
*Quæ tendat arcus. quis ſedet pallor genis?*
*Animo faces invade, quo Alciden vides*
*Vultu jacere: reſpice arſurum, miſer.*
[61] *Vocat ecce jam me genitor, & pandit polos.*
*Venio, pater. vultuſque non idem fuit.*
*Tremente* [62] *pinum dextera ardentem impuli.*
*Refugit ignis, & reluctantur faces,*
*Et* [62] *membra vitant: ſed recedentem* [63] *Hercules*
*Inſequitur ignem.* [64] *Caucaſum, aut* [65] *Pindum, aut* ([66] *Athon*
*Ardere credas. nullus erumpit ſonus.*
*Tantum* [67] *ingemiſcit ignis ad durum jecur.*
[68] *Typhon in illo poſitus immanis rogo*
*Gemuiſſet ipſe,* [69] *quique convulſam ſolo*
*Impoſuit humeris Oſſan Enceladus ferox.*
*At ille medias inter exſurgens faces*
*Semiuſtus ac laniatus, intrepidus, rubens;*
*Nunc, ô parens Herculea,* [70] *ſic ſtare ad rogum,*
*Te mater, inquit,* [70] *ſic decet fleri Herculem.*
*Inter vapores poſitus, & flammæ minas,*
*Immotus, inconcuſſus, in neutrum latus*
*Correpta flectens membra, adhortatur, monet.*
[71] *Gerit aliquid ardens: omnibus fortem addidit*
*Animum miniſtris.* [72] *urere ardentem putes.*
*Stupet omne vulgus,* [73] *vix habens flammæ fidem.*
*Tam placida frons eſt, tanta majeſtas viro.*
[74] *Nec properat uri. cumque jam forti datum*
*Leto ſatis penſavit, igniferas trabes*
*Hinc inde traxit,* [75] *nimia quas flamma occupat;*
*Totaſque in ignem vertit, & quæ plurimus*
*Exundat ignis, recipit intrepidus, ferox.*
*Nunc ora flammis implet. aſt illi graves*
*Luxere barbæ: cumque jam vultum minax*
*Appeteret ignis, lamberent flammæ caput,*
*Non preſſit oculos. Sed quid hoc? mœſtam intuor*
[76] *Sinu gerentem reliquias magni Herculis.*
[77] *Crinemque jactans ſqualidam Alcmene gemit.*

60 Tuæ ne manus dignæ arcu & ſagittis meis, quæ trepidat rogum meum incendere.
61 Al. *rogat.* Sed minus decorum eſt ut Iupiter roget.
62 Tum facem rogo ſubdidi.
63 Devitant Herculem quaſi non tentare auſæ.
64 Montem Scythiæ.
65 Theſſaliæ montem.
66 Montem inter Macedoniam & Thraciam.
67 V. Thyeſt. ℣. 768.
68 Gigas Medeæ ℣. 772.
69 Herc. Fu, ℣. 80.
70 Intrepide, non lacrymis, non gemitu.
71 Ne nihil agens moriatur, alios ad virtutem adhortatur, monet.
72 Crederes ipſum ira ardentem in ignem agere, non ab eo pati.
73 Vix credebant eum eſſe ignem.

74 Quo pœnæ eriperetur. 75 Lipſius legit *minima.* 76 Ad utrumque parentem ſpectabat, relliquias colligere, ſinu fovere, & componere, de qua forma vide Troad. ℣. 707. 77 Alibi erat mens I. L. cum reponeret *Cineremia. ſqu. Alc. gerit.* neque enim ſimul geſſit & jactavit cineres, quod etiam crudelitatis fuiſſet.

ALCME.

## ALCMENA. PHILOCTETES.

*Suam ex Herculis morte cladem Alcmena dolet.*

*TImete [1] ſuperi fata. tam [2] parvus cinis*
*Herculeus eſt ; huc ille [3] decrevit gigas.*
*[4] O quanta Titan, in nihil moles abit !*
*Anilis, heu me, cepit Alciden ſinus.*
*Hic tumulus illi eſt. ecce vix totam Hercules*
*Complevit urnam. quam [5] leve eſt pondus mihi,*
*[6] Cui totus æther pondus incubuit leve !*
*Ad tartara olim regnaque, ô gnate, ultima*
*Rediturus ibas. quando ab inferna Styge*
*Remeabis iterum ! non uti [7] ſpolium trahas,*
*Rurſumque [8] Theſeus debeat lucem tibi :*
*Sed quando ſolus ? [9] ignis impoſitus tuas*
*Compeſcet umbras, teque Tartareus canis*
*Inhibere poterit ? quando Tænareas fores*
*Pulſabis ? ah, quas mater ad fauces agar ?*
*Qua mors aditur ? vadis ad Manes iter*
*[10] Habiturus [10] unum. quid diem queſtu tero ?*
*Quid miſera duras vita ? quid lucem hanc tenes ?*
*Quem parere rurſus Herculem poſſum Iovi ?*
*Quis me parentem gnatus Alcmenam ſuam*
*Tantus vocabit ? ô nimis felix, nimis,*
*[11] Thebane conjux. Tartari intraſti loca*
*Florente gnato ; teque venientem inferi*
*Timuere forſan, quod pater tantum Herculis*
*Vel [12] falſus aderas. quas petam terras anus,*
*Inviſa [13] ſævis regibus ? ſi quis tamen*
*Rex eſt relictus ſævus. hei miſeræ mihi.*
*Quicumque [14] cæſos ingemunt gnati [14] patres,*
*A me petent ſupplicia. me cuncti obruent.*
*Si quis [15] minor Buſiris, aut ſi quis [16] minor*
*Antæus urbes [17] perfidæ terret plagæ,*
*Ego prada ducar. [18] ſi quis Iſmarios greges*
*Thracis [19] cruenti vindicat, carpent greges*
*Mea membra diri. forſitan pœnas petet*

1 Mortales qui ſupera aura veſcimini. *vel* Dii, namque Iovis ſepulchrum oſtendit Creta & Bacchi ſimulachrum inferos adiit.
2 Quem parva capiat urna.
3 Decreſcendo devenit.
4 O Sol, quanta moles in nihil abiit, *ſuſpicor tamen hunc locum, & Titana de Hercule ab autore conceptum fuiſſe.*
5 *Quod digitis quinque levatur onus.*
6 Cœlum. Her. Fu. ℣. 68.
7 Cerberum.
8 Herc. Fu. ℣. 805. Hippol. 840.
9 Infernus.
10 Vnicum, non remeabile, *vel* æque ab omni orbis regione diſtans, inquiunt interpretes. Quid ſi dicamus *ſolum*, i. ſine me ? diſpiciat lector ex iis quæ ſequuntur.
11 Amphitryo Thebanorum dux, mihi conjux; Herc. pater (putative) tu felix, qui intraſti, &c.
12 Putativus.
13 Tyrannis.
14 Patres tyrannos ab Hercule cæſos.
15 Filius Buſiridis.
16 Antæi filius.
17 Afrorum, Pœnorum, quorum perfidia abiit in gentis notam.
18 Si quis Diomedis filium patrem ſuis equis objectum vindicare voluerit. Her. Fu. ℣. 225.
19 Humana carne paſti.

*Irata*

*Irata Iuno. totus*[20] *uretur dolor.*
*Secura victo tandem ab Alcide vacat.*
*Pellex ſuperſum,*[21] *ſupplicia de qua exigat.*
[22] *Ne parere poſſem, fecit hic gnatus mihi*
*Vterum timendum. quæ petam Alcmene loca?*
*Quis me locus, quæ regio, quæ mundi plaga*
*Defendet? aut quas mater in latebras agar?*
*Vbique certe nota. ſi patriam petam,*
[23] *Lareſque miſeros, Argos Euryſtheus tenet.*
*Orbata Thebas,*[24] *regnum & Iſmenum petam,*
*Thalamoſque noſtros, in quibus quondam Iovem*
*Dilecta vidi? prô nimis felix, nimis,*
[25] *Si fulminantem & ipſa ſenſiſſem Iovem!*
*Vtinam meis viſceribus Alcides foret*
*Exectus infans! nunc datum eſt miſeræ, datum,*
*Videre gnatum laude certantem*[26] *Iovi:*
*Et*[27] *hoc daretur ſcire, quod fatum mihi*
*Eripere poſſet! quis memor vivet tui,*
*O gnate, populus? omne jam ingratum eſt genus.*
*Petam*[28] *Cleonas? Arcadum an populos petam!*
*Meritiſque*[29] *terram nobilem quæram tuis?*
[30] *Heic dira ſerpens cecidit,*[31] *heic ales fera?*
[32] *Heic rex cruentus;*[33] *heic tua fractus manu,*
*Qui te ſepulto*[33] *poſſidet cœlum, leo.*
*Si grata terra eſt, populus Alcmenam tuam*
*Defendat omnis. Thracias gentes petam,*
*Hebrique populos? hæc quoque eſt meritis tuis*
[34] *Defenſa tellus. ſtabula cum regno jacent.*
*Heic pax cruento rege proſtrato data eſt.*
[35] *Vbi enim negata eſt? quod tibi infelix anus*
*Quæram ſepulchrum? de tuis totus rogis*
*Contendat orbis. reliquias magni Herculis*
*Quis populus, aut quæ templa, quæ gentes colent?*
*Quis jam petet, quis poſcet*[36] *Alcmenes*[36] *onus*
*Quæ tibi ſepulchra, gnate, quis tumulus ſat eſt?*
*Hic totus orbis fama erit tumulus tibi.*
*Quid anime trepidas? Herculis cineres tene.*
*Complectere oſſa. reliquiæ auxilium dabunt.*
*Erunt ſatis præſidia. terrebunt tuæ*

20 Conſumetur, impendetur in me.
21 Vt in me iras exerceat.
22 Ne partus pœnam à me exigat Iuno.
23 Domum patris mei Electryonis.
24 Thebanum quod alluit Iſmen. fluv.
25 Si ipſo concubitu periiſſem fulmine ut Semele. Herc. Fu. ꝟ. 455.
26 Cum Iove. Helleniſm.
27 Te mihi ita fulminatæ ac mortuæ ſuperſtitem eſſe.
28 Oppidum inter Argos & Corinthum juxta quod ſylva Nemeæa.
29 Heinſ. *Lernam* legendum conjicit, vel lege *Terras nobiles.*
30 In Lerna palude Argiva.
31 In Arcadia Stymphalis volucris. vel cerva æripes alata.
32 In Ægypto, Thracia, Lybia, Buſiris, Diomedes, Antæus.
33 Herc. Fu. ꝟ. 223. Thyeſt. ꝟ. 853.
34 Interfecto Diomede. Her. Fu. ꝟ. 225.
35 Lipſ. *Vbi ea negata eſt*, q. d. Thraciæ univerſæ data eſt pax poſtquam Diomedi uni negata eſt quem interemit.
36 Vrnam Herculis continentem reliquias quam geſto.

*Reges vel umbræ.* PH. *Debitos gnato quidem*
*Compeſce fletus, mater Alcidæ inclyti.*
Non eſt gemendus, nec gravi urgendus nece,
[37] Virtute quiſquis abſtulit fatis iter.
*Æterna virtus Herculem fleri vetat.*
[38] Fortes vetat mœrere, degeneres jubet.
AL. *Sedabo queſtus? vindicem amiſi* [39] *parens*
*Terræ atque pelagi, quaque* [40] *purpureus dies*
[41] *Vtrumque* [42] *clara ſpectat Oceanum* [42] *rotâ.*
*Quot miſera in uno condidi gnatos parens?*
*Regno carebam, regna ſed* [43] *poteram dare.*
*Vna inter omnes terra quas matres regit,*
[44] *Votis peperci: nil ego à ſuperis petii*
*Incolume nato. quid dare Herculeus mihi*
*Non poterat* [45] *ardor? quis Deus quidquam mihi*
*Negare poterat? vota in hac fuerant manu:*
*Quidquid negaret Iupiter, daret Hercules.*
*Quid tale genitrix ulla mortalis tulit?*
*Deflevit* [46] *aliqua* [47] *mater, & toto ſtetit*
*Succiſa fœtu, biſque ſeptenos greges*
*Deplanxit una;* [48] *gregibus æquari meus*
*Quot ille poterat? matribus miſeris adhuc*
*Exemplar ingens deerat: Alcmene* [49] *dabit.*
*Ceſſate matres, pertinax ſi quas dolor*
*Adhuc jubet lugere, quas luctus gravis*
[50] *In ſaxa vertit. cedite his cunctæ malis.*
*Agedum, ſenile pectus ô miſeræ manus*
*Pulſate. & una funeri tanto ſat eſt*
*Grandæva anus defecta; quod totus brevi*
*Iam quæret orbis? expedi in planctus tamen*
*Defeſſa quanquam brachia.* [51] *invidiam ut Deis*
*Lugendo facias, advoca in planctum* [52] *genus.*

37 Quiſquis ab injuria oblivionis & mortalitatis ſe vindicavit ſibique ſua virtute ad cœlum ſtruxit iter. 38 Non ſunt lugendi, qui ſibi virtute ſua nomen æternum aſſecuti ſunt, ſed ii qui nihil in vita egerunt, quo poſteris ſe bene vixiſſe teſtentur. 39 Ego mater illius. 40 Sol rubens. 41 Orientem, & Occidentem, Indicum & Gaditanum. 42 Curru ſplendido. 43 Per filium regum victorem. 44 Non votis Deos fatigavi. neque enim opus, cum nihil non mihi filius ſuppeditaret. 45 Ardens amor & virtus. 46 Neſcio quæ. nimirum Niobe. al. *olim.* 47 Herc. Fu. ỷ. 389. 48 Natorum. 49 Exemplar miſeræ matris. 50 Vt Nioben. 51 *Invidiam factura parens.* vid. Oed. ỷ. 200. 52 Humanum, *vel* Herculis. ut in ſequenti nænia, alii *genas.*

## ALCMENA.

*Triſtis Alcmena næniam canit.*

1 Herc. Fu. ỷ. 24.

F*Lete Alcmenen, magnique Iovis*
*Plangite gnatum,* [1] *cui concepto*
*Lux una periit, noctesque duas*

*Contulit*

*Contulit*[2] *Eos: ipſa*[3] *quiddam*
*Plus luce perit. tota pariter*
*Plangite gentes, quarum ſævos*
*Ille tyrannos juſſit Stygias*
*Penetrare domos, populiſque*[4] *madens*
*Ponere ferrum. fletum meritis*
*Reddite tantis. totus, totus*
*Perſonet orbis. fleat Alciden*
[5] *Cærula Crete; magno tellus*
*Clara Tonante.*[6] *centum populi*
*Brachia pulſent.*
*Nunc*[7] *Curetes, nunc*[8] *Corybantes,*
[9] *Arma Idea quaſſate manu:*
[10] *Armis illum lugere decet.*
*Nunc nunc funus plangite*[11] *verum:*
*Iacet Alcides non minor ipſo,*
*Creta, Tonante.*
*Flete Herculeos, Arcades, obitus,*
*Nondum*[12] *Phœbe naſcente genus.*
*Iuga*[13] *Parthenii*[14] *Nemeæque ſonent;*
*Feriantque graves*[15] *Mænala planctus.*
*Poſcite magno Alciden gemitu:*
*Stratus veſtris*[16] *ſetiger oris:*
[17] *Aleſque ſequi juſſa ſagittas,*
[18] *Totum pinnis velata diem.*
*Flete, Argolici; flete,*[19] *Cleonæ;*
*Hic terrentem mœnia quondam*
*Veſtra leonem fregit noſtri*
*Dextera nati. Date Sithoniæ*[20]
*Verbera matres, gelidusque ſonet*
*Planctibus Hebrus. flete Alciden,*
*Quod non ſtabulis*[21] *naſcitur infans;*
*Nec veſtra greges viſcera carpunt.*
*Fleat*[22] *Antæo libera tellus,*
*Et rapta fero*[23] *plaga Geryone.*
*Mecum miſeræ plangite gentes:*

2 Aurora. 3 Hercules, propter quem illius diei lux periit. 4 Subditorum cæde madens. 5 Inſula clara incunabulis Iovis cui Herc. filius, *vel* propter taurum Cretenſem ab Herc. interfectum. Agamem. ỳ. 827. 6 Cretæ ἑκατομπόλεως. 7 Popul. Cretæ qui ex Ida Phrygiæ monte in Cretam trajecerunt *vel ut alii* ex Ida Cretæ monte Opis digitis tacta nati ſunt, unde & dactyli Idæi dicti, qui quod ἐνόπλιον ſaltantes vel cymbala pulſantes Iovis vagitum celarent ἀπὸ τῆς κουροτροφίας nomen ſortiri ſunt. aliis ἀπὸ τῆς κουρᾶς dicti, quod anteriorem partem capitis detonſi poſteriorem fovebant, *vel* quod mollium puellarum ritu comam foverent; quam quia inter ſaltandum rotarent 8 Corybantes dicti. q. κορύπτοντες; aliis tamen à κόρη pupilla, quod vigiles Iovem cuſtodirent: aliis παρὰ τὴν κόρυθα quod galeati incederent. Lucianus tamen Corybantes Phrygiæ Cybeles, Curetas Cretenſis Iovis ſacerdotes eſſe vult. 9 Cymbala, tibiam, tympana, buxum Berecynthium. *vel ſimpliciter*, arma. Curetes enim primum ἐνόπλιον ſaltaſſe dicuntur, ut Iovis vagitum armorum ſtrepitu obtegerent. 10 Heroëm ſcilicet fortem. 11 Non falſum & imaginarium, ut Iovis quondam. 12 Scribendum *Phœbe*. i. Arcades προσέληνοι. vid. Hippol. ỳ. 783. 13 Montis Arcadiæ. 14 Sylvæ inter Cleonas & Phlinotem, in qua Herc. Leonem interfecit. 15 Arcadiæ mons. 16 Aper Erymanthius, Mænalius, Arcadius. 17 Stymphalides quæ Solis radios pennis obumbrarunt ſagittis Herc. vel ut alii æ rei crotali crepitu pulſæ. Thebaid. ỳ. 422. 18 Supra ỳ. 1654. 19 Sup. ỳ. 1811. 20 Threſſæ à Sithone monte Thraciæ. 21 Non alitur pabulum futurum equis Diomedis, paſſive vel per Hyppalagen Lipſ. *naſcitur*. 22 Sup. ỳ. 24. 23 Hiſpania, vid. Herc. Fu. ỳ. 232.

[24] *Audiat ictus utraque Tethys.*
*Vos quoque mundi [25] turba citati,*
*Flete Herculeos, numina, caſus.*
*Veſtrum Alcides [26] cervice meus*
*Mundum, ſuperi, cœlumque tulit:*
*Cum ſtelligeri vector Olympi,*
*Pondere liber ſpiravit Atlas.*
*Vbi nunc veſtræ, Iupiter, arces?*
*Vbi promiſſi regia mundi?*
*Nempe Alcides mortalis obit,*
*Nempe ſepultus. quoties [27] telis*
*Facibuſque tuis ille pepercit!*
*Quoties ignis ſpargendus erat?*
*In me ſaltem jaculare facem,*
[28] *Semelemque puta. Iamne [29] Elyſias,*
*O gnate, domus, jam litus habes,*
[30] *Ad quod populos natura vocat.*
[31] *An poſt raptum Styx atra canem*
*Præcluſit iter;*
*Teque in primo limine Ditis*
*Fata morantur? [32] quis nunc Vmbras,*
*Gnate, [32] tumultus, Maneſque tenet?*
[33] *Fugit abducta navita cymba,*
*Et Centauris Theſſala motis*
*Ferit attonitos ungula Manes?*
*Angueſque ſuos Hydra ſub undis*
*Territa merſit? teque labores*
*O gnate, timent?*
*Fallor, fallor, veſana parens;*
*Nec te Manes umbræque timent.*
[34] *Non [35] Argolico rapta leoni*
*Fulva pellis contecta juba*
*Lævos operit dura lacertos;*
*Vallantque [36] feri tempora dentes.*
*Donum pharetræ ceſſere tuæ.*
*Telaque mittet jam [37] dextra minor.*
*Vadis inermis, gnate, per umbras,*
*Ad quas ſemper manſurus eris.*

24 Solem Orientem emittens & Occidentem excipiens. vide Herc. Fu. ỷ. 25.
25 Cœlicolæ.
26 Herc. Fu. ỷ. 68.
27 Sup. ỷ. 6.
28 Sup. ỷ. 1804.
29 Troad. ỷ. 942.
30 Mortis communem omnibus portum.
31 An quod olim Cerberum rapuiſti aditum jam tibi negant, ingredique prohibent?
32 Te ſecundo jam adveniente.
33 Fugitne Charon monſtrorumque ſimulachra ut quondam? Herc. Fu. ỷ. 769.
34 Non enim deſcendis armatus ut quondam.
35 Cleonæo, Sup. ỷ. 1811.
36 Rictus leonis galeæ loco gerebat. Herc. Fu. ỷ. 797.
37 Philoctetæ dextra, tua minus valida.

HER-

## HERCVLES. ALCMENA.

*Solatur lugentem matrem Hercules in deorum collegium tranſlatus.* machina autem demiſſus Herc. ex editiore loco ſupra epiſcenium inducitur.

QVid me [1] tenentem regna ſiderei poli,
[2] Cœloque tandem [2] redditum, [3] planctu jubes
Sentire fatum? parce. nam virtus mihi
In aſtra, & ipſos fecit ad ſuperos iter.
AL. Vnde ſonus trepidas aures ferit?
Vnde meas inhibet lacrymas fragor?
Agnoſco, agnoſco, victum eſt [4] chaos.
A Styge, gnate, redis iterum mihi:
Fractaque non ſemel eſt mors horrida.
Viciſti rurſus Noctis loca,
[5] Puppis & infernæ vada triſtia.
Pervius eſt [6] Acheron jam languidus,
Et remeare licet ſoli tibi,
Nec te Fata tenent poſt funera.
[7] An tibi præcluſit Pluton iter,
Et [8] pavidus regni metuit ſibi?
Certe ego te vidi flagrantibus
Impoſitum ſylvis, cum pluribus
In cœlum furerent flammæ minis,
Arſiſti certe; verum [9] ultima
Non tenuere tuas umbras [9] loca.
[10] Quid timuere tui manes precor?
Vmbra quoque eſt Diti nimis horrida.
HER. Non me rigentis ſtagna [11] Cocyti tenent.
Non puppis umbras furva tranſvexit meas.
Iam parce, mater, queſtibus. Manes [12] ſemel
Vmbraſque vidi: [13] quidquid in nobis tui
Mortale fuerat, ignis injectus tulit.
Paterna cœlo pars data eſt; flammis tua.
Proinde planctus pone, [14] quos gnato paret
Genitrix inerti. luctus in turpes eat.
[15] Virtus in aſtra tendit, in mortem timor.
Præſens ab aſtris, mater, Alcides [16] cano;

1 Herculem in cœlum relatum alii Eugonaſim, alii Martis ſtellam putant.
2 *Vel* quod Iove ſatus fuerit. vel ex opinione Platonica, animas priuſquam in corpora demitterentur in cœlo fuiſſe.
3 Viventium planctu luctuque nimio manes offendi creditum. *Tu manes ne læde meos & parce ſolutis crinibus, Et teneris Delia parce genis. Tibull.*
4 Infernum & mors.
5 Cymbæ Charontis.
6 Agam. ℣. 12.
7 Sup. ℣. 1920.
8 Ne regnum illi eriperes metuens.
9 Inferna, Tartara.
10 Quam tui partem timuere manes? an & umbram tuam? vid. ſup. quæ ad ℣. 1706.

11 Agam. ℣. 22. 12 Dum in vivis eram. 13 Anima cælum periit, corpus in cognata elementa, unde ortum, abiit. putabant autem ἀποθεώσεως illi fautores oportere terrenum illud omne corpori admixtum comburi ut immortalis quis fieret. 14 Supra ℣. 1835. 15 Fortes virtus ſua cœlo & immortalitate beat, ignavorum memoriam una cum corpore mors abſorbet. 16 Tibi prædico.

[17] *Pœnas cruentus jam tibi Euryſtheus dabit.*
*Curru ſuperbum vecta tranſcendes caput.*
*Me jam decet ſubire cœleſtem plagam,*
*Inferna* [18] *vinco rurſus Alcides loca.*
AL. *Mane parumper. ceſſit; ex oculis abiit;*
*In aſtra fertur. fallor, an vultus putat*
*Vidiſſe gnatum?* [19] miſera mens incredula eſt.
*Et numen, & te mundus æternus tenet.*
[19] *Credo,* [20] *triumphas; regna Thebarum petam,*
*Novumque templis additum numen canam.*

17 Ab Herculis filiis enim & Iolao apud Marathonem poſtea devictus eſt. *vel ut alii* ejus ab Hyllo interempti caput ad Alcmenam allatum.
18 Alii *Vito.*
19 Alii *Miſera mens eſt credula.* vid. ℣. 312. Herc. Fu.
20 Ex authoritate Ioſ. Scal. ſcribe *Credo, triumphas,* cum prius legeretur. *Credo triumphu.*

## CHORVS.

*Herculis* ἀποθεώσει *adſpirat Chorus, novumque numen adorat.*

[1] NVnquam Stygias fertur ad umbras
Inclyta virtus. *vivite fortes;*
*Nec Lethæos ſæva per amnes*
*Vos fata trahent: ſed cum ſummas*
*Exiget horas conſumpta dies,*
Iter ad ſuperos gloria pandet.
*Sed* [2] *tu domitor magne ferarum,*
*Orbiſque ſimul pacator ades.*
*Nunc quoque noſtras reſpice terras:*
*Et ſi qua novo* [3] *bellua vultu*
*Quatiet populos terrore gravi,*
[4] *Tu fulminibus frange* [5] *triſulcis.*
*Fortius ipſo genitore tuo*
*Fulmina mittes.*

1 Sup. ℣. 1835. & 1969.
2 Hercules.
3 Monſtrum, tyrannus.
4 Supra ℣. 6.
5 Triſulcum dicitur fulmen, propter ignes trium ſuperiorum ſiderum ad terram deciduos, quorum ſummus ex nimio Saturni humore infuſcat, ἀργής: imus ex ardore Martis cremat diſſipatque, ψολόης: medius è clara Iovis ſubtilitate penetrat etiam illæſis operimentis, καταιβάτης: Iovi rurſus tres datæ ſunt manubiæ, Minores, quæ moneant; Majores quæ XII deorum concilio miſſæ diſcutiant: Maximæ, quas Iupiter eorundem nutu jaculatus, accendit, diſperdit, imis ſumma commutat.

OCTA-

# OCTAVIA.

## PERSONÆ.

| | |
|---|---|
| OCTAVIA. | POPPEA. |
| NVTRIX OCTAVIÆ. | NVTRIX POPPEÆ. |
| CHORVS Romanorum. | AGRIPPINA. |
| SENECA. | NERO. |
| PRÆFECTVS. | NVNCIVS. |

## ARGVMENTVM.

Claudius Druſus Cæſar Meſſalinæ, quæ, illi Britannicum & Octaviam pepererat, quod Silio nupſiſſet, mori juſſæ, Agrippinam filiam fratris ſui Germanici, viduam Cn. Dom. Ænobarbi Neronis ſuperinduxit; cujus filio Neroni Octaviam ſuam in matrimonium dedit. Claudio & Britannico veneno ſublatis, Nero Imp. Octaviam quam oderat repudiat, Poppeam Sabinam ducit. cujus divortii cauſa commoti populi tumultum multa cæde reprimit, & Octaviam in Pandatariam ablegatam interfici jubet.

## ACTVS PRIMVS.

### OCTAVIA.

*Vita pertaſa miſerias ſuas deflet Octavia.*

*IAm vaga cœlo ſidera fulgens,*
*Aurora fugat: ſurgit Titan*
*Radiante coma, mundoque diem*
*Reddit clarum.*
*Eia age, tantis onerata malis*
*Repete aſſuetos jam tibi queſtus,*
*Atque æquoreas vince* [1] *Alcyonas;*
*Vince &* [2] *volucres* [2] *Pandionias:*
*Gravior namque bis fortuna tua eſt.*
*Semper* [3] *genitrix* [4] *deflenda mihi,*
*Prima meorum cauſa malorum,*
*Triſtes queſtus*
*Nata exaudi,* [5] *ſi quis remanet*

1 Vide Agam. ℣. 674.
2 Luſciniam & hirundinem, in quas mutatæ Procne & Philomela Pandionis regis Athenarum filiæ. Agamem. ℣. 665.
3 Meſſalina.
4 Dedecore tuo *vel* morte *propter ſeq.*
5 Poëtis hoc familiare, ut ſimulacris hiſce apud inferos maneant memoria & affectus.



*Senſus*

*Senſus in umbris. utinam ante manu*
*Grandæva ſua* [6] *mea rupiſſet*
*Stamina Clotho;* [7] *tua quam mœrens*
*Vulnera vidi,*
*Oraque fœdo ſparſa cruore!*
*O lux ſemper funeſta mihi!*
*Tempore ab illo lux eſt tenebris*
*Inviſa magis.*
*Tulimus ſæva juſſu* [8] *novercæ,*
*Hoſtilem animum, vultuſque truces.*
*Illa illa meis* [9] *triſtis Erinnys*
*Thalamis Stygios prætulit ignes:*
*Teque* [10] *extinxit, miſerande* [11] *pater,*
*Modo* [12] *cui totus paruit orbis*
*Vltra Oceanum; cuique Britanni*
*Terga dedere,*
[13] *Ducibus noſtris ante ignoti,*
*Iuriſque ſui.*
[14] *Conjugis (heu me) pater inſidiis*
*Oppreſſe jaces; ſervitque domus*
*Cum prole tua capta* [15] *tyranno!*

6 Vitæ meæ abſcidiſſet telam Parca. Herc. Fur. ℣.558. 7 Claudius Valeriam Meſſalinam repudiatis Herculanilla & Ælia Petina uxorem duxit. inſatiatæ libidinis mulier præter alia dedecora C. Silio nupſit, quod ubi compeὶiſſet Imperator ſupplicio affecit; illa autem cum timide & fruſtra ferrum pectori & jugulo admoviſſet, à tribuno tandem confoſſa interiit.
8 Agrippinæ. 9 Vid. Med. ℣.17. 10 Boleto venenato Claudium Agrippina ſuſtulit.
11 T. Claudii.
12 Namque *Ille Britannos ultra noti Litora ponti & cæruleos Scuta Brigantas dare Romuleis colla catenis juſſit, &c.* 13 Noti & quidem tentati Iulio Cæſari, ſed non ſubacti: ut & Auguſto. 14 Tuæ, Agrippinæ, ſupra ℣. 21. 15 Neroni.

## NVTRIX OCTAVIÆ.

*Propter alumnæ ſuæ Octaviæ calamitatem ſublimis & aulicæ vitæ conditionem execratur.*

*FVlgore primo captus, &* [1] *facili bono*
*Fallacis aulæ, quiſquis attonitus ſtupet,*
*Subito* [2] *latentis ecce Fortunæ impetu*
*Modo præpotentem cernat everſam domum,*
*Stirpemque Claudii, cujus imperio fuit*
*Subjectus orbis; paruit* [3] *liber diu*
[3] *Oceanus, & recepit invitus* [4] *rates.*
*En* [5] *qui Britannis primus impoſuit jugum,*
*Ignota tantis claſſibus texit freta,*
*Interque gentes barbaras tutus fuit,*
*Et ſæva maria; conjugis ſcelere occidit,*
*Mox illa* [6] *gnati. cujus extinctus jacet*
[7] *Frater venenis: mœret infelix ſoror,*
[8] *Eademque conjux. nec graves luctus valet*

1 Levi *vel* quod etiam malis citra virtutem contineat.
2 Al. *Labantis.*
3 Pop. Britanniæ diu liberi.
4 Noſtras, Romanas.
5 Sup. ℣. 25.
6 Neronis. inf. ℣. 305.
7 Britannicus frater Octaviæ uterinus. Neronis, per adoptionem Claudii: quem Nero, ut imperium ſolus & ſine æmulo obtineret, Locuſtæ veneficæ opera ſuſtulit. 8 Octavia quam duxerat adoptatus à Claudio Nero.

Ira

*Ira coacta tegere* [9] *crudelis viri*
*Secreta refugit ſemper, atque* [10] *odio pari*
*Ardens mariti, mutua flagrat face.*
*Animum dolentis noſtra ſolatur fides,*
*Pietaſque fruſtra mutat immitis dolor*
*Conſilia noſtra. nec regi mentis poteſt*
*Generoſus ardor, ſed malis vires capit.*
*Heu quam nefandum proſpicit noſter timor*
*Scelus, quod utinam numen avertat Deûm!*

9 Maritum averſata, non ſuſtinet ſola cum illo eſſe.
10 Octavia Neronem haud minus odit quam ipſam Nero.
11 Dolor faciet ut Octavia meorum conſiliorum immemor ultionem meditetur.

## OCTAVIA. NVTRIX.

*Lugentem Octaviam nutrix conſolatur, & à vindicta quam cogitat dehortatur.*

*O Mea* [1] *nullis æquanda malis*
*Fortuna! licet repetam* [2] *luctus*
*Electra tuos: tibi mœrenti*
*Caſum licuit flere parentem;*
*Scelus ulciſci vindice fratre,*
*Tua quem pietas* [3] *hoſti rapuit,*
*Texitque fides: me crudeli*
*Sorte parentes raptos prohibet*
*Lugere timor,* [4] *fratriſque necem*
[5] *Deflere vetat, in quo fuerat*
*Spes una mihi,*
[6] *Totque malorum breve ſolamen.*
*Nunc in luctus ſervata meos,*
*Magni reſto nominis umbra.*
NVT. *Vox en noſtras perculit aures*
*Triſtis alumnæ.*
*Ceſſas thalamis inferre gradus*
[7] *Tarda ſenectus?* OCT. *Excipe noſtras*
*Lacrymas, nutrix, teſtis noſtri*
*Fida doloris.* NVT. *Quis te tantis*
*Solvet curis, miſeranda, dies?*
OCT. [8] *Qui me Stygias mittet ad umbras.*
NVT. *Omina, (quæſo) ſint iſta procul.*
OCT. *Non vota meos tua nunc caſus,*
*Sed fata regunt.* NVT. *Dabit afflictæ*
*Meliora Deus tempora mitis:*
*Tu modo blando vince obſequio*

1 Omnibus major.
2 Electra enim apud Sophoclem largiter Agamemnonem ab Ægiſtho & Clytemneſtra cæſum deflet, expectans interim ut Oreſtes aliquando reverſus patris cædem ulciſceretur.
3 Matri & Ægiſtho. vide Agam. ℣. 920.
4 Britannici ſup. ℣. 44.
5 Quod tyrannicum & acerbum eſt.
6 *Stat magni nominis umbra, & ut quercus trunco non frondibus efficit umbram.* Lucan. de Pompejo.
7 Mea, id eſt, cur ego ſenio tarda ceſſo thalamos Octaviæ ingredi?
8 Dies ſc. ille quo moriar.

*Placata virum.* OCT. *Vincam ſævos*
*Ante leones, tigreſque truces,*
*Fera quam ſævi corda tyranni.*
*Odit genitos ſanguine claro,*
*Spernit ſuperos hominesque ſimul,*
[9] *Nec fortunam capit ipſe ſuam,*
*Quam dedit illi per* [10] *ſcelus ingens*
*Infanda parens.* [11] *licet ingratum*
*Diræ pudeat munere matris,*
*Hoc imperium cepiſſe; licet*
*Tantum munus morte rependat:*
*Feret hunc* [12] *titulum poſt fata tamen*
*Fœmina longo ſemper in ævo.*
NVT. *Animi retine verba furentis.*
*Temere emiſſam comprime vocem.*
OCT. *Toleranda* [13] *quamvis patiar, haud unquam* *(queant.*
*Niſi morte triſti, noſtra finiri mala.*
*Genitrice cæſa, per ſcelus rapto patre.*
*Orbata fratre, miſeriis, luctu obruta,*
*Mœrore preſſa, conjugi inviſa, ac meæ*
*Subjecta* [14] *famulæ, luce non grata fruor;*
*Trepidante ſemper corde, non mortis metu,*
*Sed ſceleris.* [15] *abſit crimen à fatis meis:*
*Mori juvabit. pœna nam gravior nece eſt,*
*Videre tumidos & truces miſeræ mihi*
*Vultus tyranni, jungere atque hoſti oſcula,*
*Timere nutus; cujus obſequium meus*
*Haud ferre poſſet, fata poſt fratris, dolor,*
*Scelere interempti; cujus imperium tenet*
*Et* [16] *morte gaudet auctor infandæ necis.*
*Quam ſæpe triſtis* [17] *umbra germani meis*
*Offertur oculis,* [18] *membra cum ſolvis quies,*
*Et feſſa fletu lumina oppreſſit ſopor!*
*Modo facibus atris armat infirmus manus,*
*Oculoſque, & ora* [19] *fratris infeſtus petit:*

9 Secunda Fortuna ebrius & elatus ſibi temperare non poteſt, nec ſe intra officii fines continere.

10 Cædem Claudii mariti & Britannici privigni. Sup. ℣. 45.

11 Licet matrem Agrippinam, cujus maleficiis imperium adeptus eſt, mori juſſerit. infra ℣. 305.

12 Parti filio imperii. quod per matris ſuæ ſcelus imperat Nero.

13 Lipſ. emendat *Quævis.* hac mente: animo meo moderari & linguam coërcere vis; poſſem equidem ſi toleranda, & quæ ſola mors finiat.

14 Poppeæ, è familia concubinæ (inf. ℣. 191.) equiti quidem Rom. ante nuptæ, quam ſuperinduxit Nero die duodecimo poſt divortium Octaviæ. infr. ℣. 719.

15 Nullum neci meæ prætexatur crimen. quam tamen adulterii criminis poſtea adeo impudenter inſimulavit, ut omnibus in quæſtione negantibus, Anicetus eam à ſe dolo ſtupratam fateretur. Quin & adulterii cum Alexandrino tibicine & abacti partus falſo criminabatur.

16 Imperii ſorte & parte quæ ipſi ex morte Britannici obtigerat Lipſ. itaque *ſorte* legendum autumat.

17 Homicidæ ſcelerum ſuorum conſcientia territi opinioni de furiis & occiſorum umbris ſceleratos perſequentibus viam fecerunt.

18 Αὐτομελής.

19 Neronis illi per adoptionem fratris.

20 *Modo*

[20] *Modo trepidus idem refugit in thalamos meos.*
*Perſequitur hoſtis, atque inhærenti mihi,*
[20] *Violentus enſem per latus noſtrum rapit.*
*Tunc tremor & ingens excutit ſomnos pavor,*
*Renovatque luctus & metus miſeræ mihi.*
*Adice his ſuperbam pellicem,* [21] *noſtræ domus*
*Spoliis nitentem; cujus in munus ſuam*
[22] *Stygiæ parentem natus impoſuit* [22] *rati;*
*Quam dira poſt naufragia ſuperato mari*
[23] *Ferro interemit, ſævior pelagi* [24] *fretis.*
*Quæ ſpes ſalutis poſt* [25] *nefas tantum mihi?*
*Inimica, victrix, imminet thalamis meis;*
*Odioque noſtri flagrat, &* [26] *pretium ſtupri*
*Iuſtæ maritum conjugis captat caput.*
*Emergere undis, & fer auxilium tuæ*
*Gnatæ invocanti, genitor; aut Stygios ſinus*
*Tellure rupta pande, quo præceps ferar.*
NVT. *Fruſtra parentis invocas manes tui,*
*Miſeranda; fruſtra.* [27] *nulla cui prolis ſuæ*
*Manet inter umbras cura: qui* [28] *gnato ſuo*
*Præferre potuit* [29] *ſanguine alieno ſatum,*
[30] *Genitamque fratris conjugem captus ſibi*
*Toris* [31] *nefandis* [32] *flebili junxit* [32] *face.*
*Hinc orta ſeries facinorum, cædes, doli,*
*Regni cupido, ſanguinis diri ſitis:*
*Mactata ſoceri concidit thalamis* [33] *gener*
*Victima, tuis ne fieret* [34] *hymenæis potens.*
*Pro facinus ingens!* [35] *feminæ eſt munus datus*
*Sillanus, & cruore fœdavit ſuo*
*Patrios penates,* [36] *criminis ficti reus*
*Intravit* [37] *hoſtis ( hei mihi ) captam domum*
*Dolis* [38] *novercæ,* [39] *Principis factus gener,*
*Idemque* [40] *gnatus, juvenis infandi ingenii*
*Capaxque ſcelerum,* [41] *dira cui genitrix facem*

20 Celeriter agere videtur enſem in latus meum dum petit Neronem mihi inhærentem ut ſe tueatur.
21 Auguſtæ, imperialis.
22 Solutili, cujus laxatæ naufragio periret. inf. ℣.307.
23 Inf. ℣. 350.
24 Quæ illi pepercerant.
25 Matris ſuæ cædem.
26 A marito poſcit caput meum, quæ vera conjux, ſum, in præmium ſtupri.
27 Cui vivo nulla prolis cura, nedum mortuo.
28 Britannico.
29 Neronem quem peperit Agrippina filia Germanici Neroni filio Antoniæ.
30 Al. *Gnatamque fratris. conjugem captam ſibi*: Al. *Gnatamque fratre*, i. e. Agrippinam filiam ſui fratris Germanici, cujus per jus oſculi & occaſiones blanditiarum amore captus eſt. 31 Ad id tempus Romæ injuſtis & illicitis. tum vero Imp. Claudii gratia Senatus conſulto permiſſis. vix tamen reperti qui exemplum ſequerentur. 32 Triſtibus & infauſtis nuptiis. Theb. ℣. 263, & 507. Med. ℣. 17. adde quod XXX Senatorum & Romanorum equitum innumerorum cæde nuptias has celebravit, inter quos. 33 L. Sillanus Octaviæ ſponſus funeſto illo nuptiarum die interfectus eſt. 34 Theb. ℣.262. 35 Agrippinæ pro munere & victima nuptiali datus. 36 Inceſtus criminis confícti & à Vitellio illi objecti. 36 Nero hoſpes, alienus. ut ſup. ℣.137. 38 Agrippinæ. 39 Teo Octavia in uxorem accepta. 40 Per adoptionem. 41 Med. ℣.16.

*Accendit, & te junxit invitam metu.*
*Tantoque victrix facta ſucceſſu ferox,*
*Auſa imminere eſt orbis imperio* [42] *ſacri.*
*Quis tot referre facinorum formas poteſt,*
*Et ſpes nefandas fœminæ, & blandos dolos*
*Regnum petentis per gradum ſcelerum omnium?*
[43] *Tunc ſancta Pietas extulit trepidos gradus,*
*Vacuamque* [44] *Erinnys ſæva funeſto pede*
*Intravit* [45] *aulam; polluit Stygia face*
*Sacros penates; jura Naturæ furens*
*Faſque omne rupit;* [46] *miſcuit conjux viro*
*Venena ſæva;* [47] *cecidit atque eadem ſui*
*Mox ſcelere gnati. tu quoque extinctus jaces*
*Deflende nobis ſemper, infelix puer,*
*Modo ſidus orbis, columen Auguſtæ domus*
*Britannice, (heu me) nunc levis tantum cinis,*
*Et triſtis umbra; ſæva cui lacrymas dedit*
*Etiam noverca, cum rogis artus tuos*
*Dedit cremandos, membraque & vultus* [48] *Deo*
*Similes* [48] *volanti, flamma fervens abſtulit.*
OCT. *Extinguat & me, ne manu noſtra cadat.*
NVT. *Natura vires non dedit tantas tibi.*
OCT. [49] *Dolor, ira, mœror, miſeria, luctus dabunt.*
NVT. *Vince obſequendo potius immitem virum.*
OC. [50] *Vt fratrem ademptum ſcelere reſtituat mihi?*
NVT. *Incolumis ut ſis ipſa, labentem ut domum*
*Genitoris olim ſobole reſtituas tua.*
OCT. *Exſpectat* [51] *aliam principis ſobolem domus:*
[52] *Me dira miſeri fata germani trahunt.*
NVT. *Confirmet animum civium* [53] *tantus favor:*
OCT. *Solatur iſte noſtra,* [54] *non relevat, mala,*
NVT. Vis magna populi eſt. OCT. Principis major tamen.
NVT. *Reſpiciet ipſe conjugem.* OCT. *Pellex vetat.*
NVT. *Invisa cunctis nempe.* OCT. *Sed cara eſt viro.*
NV. *Nondum uxor eſt.* OC. *Iam fiet, & genitrix ſimul.*
NVT. [55] *Iuvenilis ardor impetu primo furit;*
*Langueſcit idem facile, nec durat diu*
[56] *In Venere turpi, ſeu levis flammæ vapos.*
*Amor perennis conjugis caſtæ manet.*
*Violare prima quæ toros auſa eſt tuos,*
*Animumque domini* [57] *famula poſſedit diu,*

42 Auguſti. i. Imperatori Rom. gubernati.
43 Quando Agrippina intravit.
44 Agam. ℣. 82. Megæra, diſcordia.
45 Auguſtam domum.
46 Sup. ℣. 25.
47 Inf. ℣. 305.
48 Cupidini volucri alato.
49 Fœminæ.
50 Quorſum obſequium? neque enim ego vel officiis meis corda tyranni vincam, neque ille poteſt damna mihi penſare.
51 Ex pellice ſcilicet Poppea quam mihi ſuperducere cogitat.
52 Ego non alia quam quæ fratri meo Britannico fata obtigerunt exſpecto.
53 Qui magnus erat in Octaviam.
54 Non minuit, non tollit.
55 ἀεὶ δ᾽ ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται.
56 Vt hic inceſtu ſcilicet. ſup. ℣. 139.
57 Sup. ℣. 102.

*Iam*

*Iam metuet* [58] *eadem, nempe prælatam ſibi,*
*Subjecta & humilis atq;* [59] *monumenta exſtruit,*
*Quibus timorem faſſa teſtatur ſuum.*
*Et hanc levis fallaxque deſtituet deus*
*Volucer Cupido. ſit licet forma eminens,*
*Opibus ſuperba; gaudium capiet breve.*
*Paſſa eſt ſimiles ipſa dolores*
[60] *Regina deûm, cum ſe formas*
*Vertit in omnes dominus cœli,*
*Divûmque pater:*
*Et modo* [61] *pennas ſumpſit oloris;*
*Modo* [62] *Sidonii cornua tauri;*
[63] *Aureus idem*
*Fluxit in imbri. fulgent cœlo*
[64] *Sidera Ledæ: patrio reſidet*
[65] *Bacchus Olympo. Deus Alcides*
[66] *Poſſidet Heben, nec Iunonis*
*Iam timet iras; cujus gener eſt,*
*Qui fuit hoſtis.* [67] *vicit ſapiens*
*Tamen obſequium conjugis* [68] *altæ,*
*Preſſuſque dolor. ſola Tonantem*
*Tenet æthereo ſecura toro*
*Maxima Iuno; nec mortali*
*Captus forma deſerit aliam*
*Iupiter aulam. tu quoque terris*
[69] *Altera Iuno, ſoror Auguſti,*
*Conjuxque, graves vince dolores.*
OCT. *Iungentur ante ſæva ſideribus freta,*
*Et ignis undæ, Tartaro triſti polus,*
*Lux alma tenebris, roſcidæ nocti dies:*
*Quam cum ſceleſti conjugis mente impia*
*Mens noſtra; ſemper fratris extincti memor.*
*Vtinam nefandi principis dirum caput*
*Obruere* [70] *flammis Cœlitum rector paret,*
*Qui ſæpe terras fulmine infeſto quatit,*
[71] *Menteſque noſtras* [70] *ignibus* [71] *terret ſacris,*
*Noviſque* [72] *monſtris! vidimus cœlo jubar*

58 Ne itidem alia ſibi præferatur, ut illa mihi. 59 Signa quibus ſe jam timere oſtendit. 60 Iuno. 61 Hippol. ℣.299. 62 Vbi in taurum mutatus rapuit Europam Agenoris filiam regis Sidonis. Hippol. ℣.302. 63 Vbi Iup. aureus imber factus, per alienas tegulas in Danaës Acriſii filiæ gremium influxit, ſucumque fecit mulieri. 64 Caſtor & Pollux (alter ſaltem) Bacchus & Hercules ex Iovis adulteriis nati & in deorum numerum relati. 65 Herc. Fu- ℣.455. 66 Agamem. ℣. 80. & Herc. Oet. ℣. 1437. 67 Obſequium tamen Iunonis prudenter exhibitum, & diſſimulatus dolor animum Iovis flexit vicitque. 68 Al. *Altæ Preſſuſque dolor.* ita Virgil. Æn. *premit altum corde dolorem.* 69 Quia *Diviſum imperium cum Iove Cæſar habet?* anne argutius, quia ſoror & conjux Neronis, ut illa Iovis? ſup. ℣.45. 70 Fulmine 71 *Humanas tonitrua mentes.* 72 Prodigiis, cometis mutationem regum portendentibus. *Lucan. mutantem regna cometen.* infra ℣. 232.

*Ardens,*[73] *cometam pandere infeſtam facem,*
[74] *Qua plauſtra tardus noctis æterna vice*
*Regit Beotes, frigido Arctoo rigens.*
*En ipſe diro*[75] *ſpiritu ſævi ducis*
*Polluitur æther,*[76] *gentibus clades novas*
*Minantur aſtra, quas regit*[77] *dux impius,*
*Non tam ferum*[78] *Typhona neglecto Iove*
*Irata tellus edidit quondam parens.*
*Hæc gravior illo peſtis.*[79] *hic hoſtis deûm*
*Hominumque,*[80] *templis expulit ſuperos ſuis:*
*Civeſque patria; ſpiritum fratri abſtulit;*
*Hauſit cruorem matris; & lucem videt,*
*Fruiturque vita, noxiam atque animam trahit?*
*Pro, ſumme genitor, tela cur fruſtra jacis*
[81] *Invicta toties temere*[82] *regali manu?*
*In tam nocentem dextra cur ceſſat tua?*
[83] *Vtinam ſuorum facinorum pœnas luat*
[84] *Nero, ipſe Divo Domitio genitus patre,*
*Orbis tyrannus, quem premit turpi jugo;*
*Morumque vitiis nomen Auguſtum inquinat.*
NVT. *Indignus ille (fateor) eſt thalamis tuis;*
*Sed cede fatis atque fortunæ tuæ,*
*Alumna, quæſo; neve violenti move*
*Iram mariti. forſitan vindex deus*
*Exſiſtet aliquis; lætus & veniet dies.*
OCT. *Gravi deorum noſtra jam pridem domus*
*Vrgetur ira: prima quam preſſit Venus.*
[85] *Furore miſeræ dira genetricis meæ:*
[86] *Quæ nupta demens nupſit inceſta face,*
*Oblita*[87] *noſtri, conjugis,*[88] *legum immemor;*
*Illo ſoluta crine, ſuccincta anguibus,*
[89] *Vltrix Erinnys venit ad*[90] *Stygios toros,*

73 Sex enim menſibus, hic, quem nos Neronis principatu latiſſimo (legendum credo *lætiſſimi* nam cap. 17. dixerat detraxiſſe hunc Cometæ invidiam) ſpectandum ſe præbuit. Sen. 7. nat. quæſt. c. 21. 74 In Septentrione Med. ℣. 315. ſemper autem Septentrionem verſus apparent Cometæ, unde & hic motus ſui initium fecit, & per Occidentem in Meridiana pervenit, ubi curſum erigens ſuum oblituit. cap. 29, l. 7, natur. quæſt. * Al. leg. *Frigore Arctoo.* 75 Alludit ad cauſam Cometarum, ubi plurimum exhalationis calidæ & pinguis ad ſupremam aëris regionem elevatur. Sic Oed. ℣. 36. 76 *Ventorum quoque certa dabunt tibi ſigna Cometæ, Illi etiam belli motus feraque arma minantur, Magnorum & clades populorum. & funera Regum.* 77 Tyrannus Nero. 78 Gigantem terræ filium. Thyeſt. ℣. 807. ventum item igneſcentem à τύφω. 79 Nero. 80 Vaſa enim ſacra & deorum ſimulachra conflavit. 81 Fulmina quibus nihil poteſt reſiſtere. 82 Qua cuncta regis. 83 Melius hæc è nutricis perſona; ſedatiora enim quam quæ conveniant præcedentibus Octaviæ. 84 Al. *Genere inſitivo.* id eſt, qui in meliorem ſtirpem inſertus ſtolo ſpurius vitiis ſuis familiam Cæſaream in quam adoptatus eſt inquinat. 85 Libidine. *qua is ſolet matres furiare equorum.* 86 Quæ Claudio nupta, profecto illo ad Hoſtiam, C. Silio nupſit. ſup. ℣. 16. 87 Britannici, meique. 88 Non permittentium ut mulier vivo marito nec repudiata alteri nubat. 89 Med. ℣. 16. 90 Lethales nuptias. utrique enim cauſa exitii fuerunt.

[91] *Raptaſque thalamis ſanguine extinxit faces :*
*Incendit ira* [92] *Principis pectus truci*
*Cædem in nefandam.* [93] *cecidit infelix parens*
*(Heu) noſtra ferro,* [94] *meque perpetuo obruit*
*Extincta luctu : conjugem* [55] *traxit ſuum ,*
*Natumque ad umbras;* [96] *prodidit lapſam domum.*
NVT. *Renovare luctus parce cum fletu pios ,*
[97] *Manes parentis neve* [98] *ſolicita tuæ ,*
*Graves* [99] *furoris quæ ſui pœnas dedit.*

91 Ita Cydipp. apud Ovid. *Et face pro thalami fax mihi mortis adeſt.*
92 Claudii.
93 Sup. ℣. 16.
94 Namque illa extincta duxit Claudius Agrippinam cujus ſcelere pater meus & frater venenati , ego invita Neroni nupta fui.
95 Al. *truſit.*
96 Lipſ. *perdidit.*
97 Herc. Oet. ℣. 1940.
98 Med. ℣. 271.
99 Sup. ℣. 255.

## CHORVS.

*Poppeæ nuptias deteſtatur Chorus Octaviæ favens, degenerem, lentam nimis & ſervilem Romanorum arguit patientiam. & in ſcelera Neronis invehitur.*

*QVæ fama modo venit ad aures ,*
*Vtinam falſo credita,* [1] *perdat*
*Fruſtra toties jactata* [1] *fidem ?*
*Nec nova noſtri conjux thalamos*
*Principis intret.* [2] *teneatque ſuos*
*Nupta penates Claudia proles :*
*Edat partu pignora pacis ,*
*Qua tranquillus gaudeat orbis ,*
*Servetque* [3] *decus Roma æternum.*
[4] *Fratris thalamos ſortita tenet*
*Maxima Iuno. ſoror* [4] *Auguſti*
*Sociata toris, cur a patria*
*Pellitur aula ? ſancta quid illi*
*Prodeſt pietas,* [5] *Divuſque pater ?*
*[ Quid virginitas, caſtuſque pudor ? ]*
*Nos quoque noſtri ſumus immemores*
*Poſt fata ducis, cujus prodimus*
*Stirpem* [6] *ſævo ſuadente metu.*
*Vera priorum virtus quondam*
*Romana fuit, verumque genus*
[7] *Martis in illis ſanguiſque viris.*
*Illi* [8] *reges hac expulerant*
*Vrbe ſuperbos; ultique tuos*
*Sunt bene manes,* [9] *virgo, dextra*

1 Vtinam non vera ſit fama quæ venit, &c.
2 Octavia Claudii filia maneat Neroni juncta, cui pariat liberos amoris mutui pignora & quietæ ſucceſſionis.
3 Imperii decus ætern.
4 Sup. ℣. 216. Neronis.
5 Claudius ex more Rom. imperatorum in deorum numerum relatus , quem tamen rurſus detruſum ad inferos jocatur Seneca in Apocolocyntoſi.
6 Propter tyranni Neronis metum.
7 Propter Romulum & Remum Martis ac Iliæ filios Romæ conditores.
8 Tarquinium ſuperbum cum filiis, & Decemviros.
9 Virginia. cujus forma captus Appius Claudius Xvir , illam per libertum, qui eam ex ancilla natam falſo aſſeverabat, in ſervitutem redigere conatus eſt; cui cum pater Virginius reſiſtere non poſſet, cultro è proxima laniena arrepto , filiam propria manu jugulavit potius quam turpe ſervitium ſubiret. quo facinore commotus populus Xviros abire magiſtratu coëgit.

Cæſa parentis, ne ſervitium
Paterere grave, aut improba ferret
Præmia victrix dira libido.
Te quoque [10] bellum triſte ſecutum eſt,
[11] Mactata tua miſeranda manu
Nata Lucretii; ſtuprum ſævi
Paſſa tyranni. dedit infandi
[12] Sceleris pœnas cum Tarquinio
Tullia conjux? quæ per cæſi
Membra parentis ſævos egit
Impia currus, laceroque ſeni
Violenta [13] rogos nata negavit.
[14] Hoc quoque noſtra videre nefas
Secula; magnum cum Tyrrhenum
Rate ferali Princeps captam
Fraude parentem miſit in æquor.
Properant placidos linquere portus
Juſſi nautæ;
Reſonant remis pulſata freta;
Fertur in altum provecta ratis.
Quæ reſoluto robore labens
Preſſa dehiſcit, ſorbetque mare.
Tollitur ingens
Clamor ad aſtra cum fœmineo
Miſtus planctu. mors ante oculos
Dira vagatur. quærit leti
Sibi quiſque fugam:
Alii laceræ puppis tabulis
Hærent nudi, fluctuſque ſecant:
Repetunt alii litora nantes:
Multos mergunt fata profundo:
Scindit veſtes [15] Auguſta ſuas,
Laceratque comas, rigat & mœſtis
Fletibus ora.
Poſtquam ſpes eſt nulla ſalutis,
Ardens ira, jam victa malis;
Hæc, [15] exclamat, mihi pro [16] tanto
Munere reddis præmia, gnate?
Hac ſum, fateor, digna carina,

10 A Porſena Hetruſcorum rege qui Tarquinios propter Lucretiam à Sexto Tarq. regis filio violatam exactos reducere contendebat.

11 Advocatis marito & parente propria manu ſibi mortem conſcivit ne adulterio conſenſiſſe videretur.

12 Quod Servium Tullium ſocerum Tarq. Sup. uxoris conſilio interfecit, ut ſolus regnaret, filiaque ſcelerata patris in vico Cyprio ſtratum cadaver carpento prætervecta eſt.

13 Solenne funus, ſepulturæ ritum & monumentum patri negavit.

14 Quo melius appareat locus adjeci Tranquilli verba. Nero matrem dicta factaque ſua exquirentem acerbius & corripientem gravatus primum honore privavit, mox omni modo vexavit, denique tollere ſtatuit. Quod cum veneno ter tentaſſet ſentiretque antidotis præmunitam; lacunaria, quæ noctu ſuper dormientem laxata machina deciderent, paravit. Hoc conſilio per ſocios parum celato, ratem ſolutilem cujus naufragio periret commentus eſt: atque ita ſimulata reconciliatione jucundiſſimis literis Bajas evocavit ad ſolennia quinquatrium ſimul celebranda, &c. unde repetentem Baulos machinoſo illo navigio nimis ſero à miniſtris ſceleris diſſoluto, ubi illam nando evaſiſſe comperit. inops conſilii L. Agernium libertum Agrippinæ ſalvam & incolumem cum gaudio nunciantem objecto clam pugione, ut percuſſorem ſibi ſubornatum arripi conſtringique juſſit, matremque occidi; quaſi deprehenſum crimen voluntaria morte vitaſſet, vide & Tacit. 14. Annal. 15 Agrippina. 16 Imperio ſupra ℣. 45, & 93.

Quæ

*Quæ te genui, quæ tibi lucem*
*Atque imperium nomenque dedi*
*Cæſaris amens. exere vultus*
*Acheronte tuos, pœniſque meis*
*Paſcere* [17] *conjux : ego cauſa tuæ,*
*Miſerande, necis; gnatoque tuæ*
*Funeris auctor.*
*En, ut merui, ferar ad manes*
*Inhumata tuos,*
*Obruta ſævis æquoris undis.*
*Feriunt fluctus ora loquentis.*
*Ruit in pelagus, rurſumque ſalo*
*Preſſa reſurgit.* [18] *pellit palmis*
*Cogente metu fata, & cedi*
*Feſſa labori,* [19] *manſit tacitis*
*In pectoribus ſpreta triſti*
*Iam morte fides. multi dominæ*
*Ferre auxilium pelago fractis*
*Viribus audent. brachia quamvis*
*Lenta trahentem, voce hortantur,*
*Manibuſque levant. quid tibi ſævi*
*Fugiſſe maris profuit undas?*
*Ferro es gnati moritura tui :*
[20] *Cujus facinus vix poſteritas,*
*Tarde ſemper credula, credet,*
*Furit, ereptam pelagoque dolet*
*Vivere matrem*
*Impius, ingens geminatque nefas.*
*Ruit in miſeræ fata parentis,*
*Patiturque moram ſceleris nullam.*
[21] *Miſſus peragit juſſa* [21] *ſatelles;*
*Reſerat dominæ pectora ferro :*
[22] *Cædis moriens illa miniſtrum*
*Rogat infelix, utero dirum*
*Condat ut enſem.*
*Hic eſt, hic eſt fodiendus, ait,*
*Ferro, monſtrum qui tale tulit.*
*Poſt hanc vocem cum ſupremo*
*Miſtam gemitu*
*Animam tandem per fera triſtem*
*Vulnera reddit.*

17 Claudi.

18 Notando ſe morte eripere tentat.

19 Famulorum ſpectantiumque in litore plerique fidei in Agrippinam Neronis iram poſthabentes illi ſuccurrebant.

20 Ita immane & horrendum ut vix apud poſteros fidem ſit habiturum.

21 Anycetus libertus pueritiæ Neronis educator jamque claſſis apud Miſenum præfectus cum Herculeo trierarcho, & Oloarito centurione miſſi ad Agripp. interficiendam.

22 Habentur hæc fere ad verbum in Tacit. 14 Annal. *Exclamavit rogans miniſtrum, ut utero dirum enſem conderet, adjiciens, hic eſt hic eſt fodiendus ferro, monſtrum qui tale tulit, poſt hanc vocem cum ſupremo mixtam gemitu animam tandem per fera triſtem vulnera reddidit.*

## ACTVS SECVNDVS,

### SENECA.

*Philoſophus, ſeculi ſui vitia deteſtatus, priſci ævi ſimplicitatem laudat, utque omnia in dies in deteriora ruerint commemorat.*

*QVid me potens Fortuna, fallaci mihi*
*Blandita vultu, ſorte contentum mea*
*Alte extuliſti,* [1] *gravius ut ruerem edita*
*Receptus arce, totque proſpicerem metus?*
[2] *Melius latebam procul ab invidiæ malis*
*Remotus inter Corſici rupes maris:*
*Vbi liber animus, & ſui juris, mihi*
*Semper vacabat, ſtudia recolenti mea.*
[3] *O quam juvabat (quo nihil majus parens*
*Natura genuit operis immenſi artifex)*
*Cœlum intueri, Solis & currus ſacros,*
*Mundique motus, Solis alternas vices,*
*Orbemque Phœbes, aſtra quem cingunt vaga,*
*Lateque fulgens* [4] *ætheris magni decus*
[5] *Qui ſi ſeneſcit, tantus in cæcum chaos*
*Caſurus iterum, nunc adeſt mundo dies*
*Supremus ille, qui premat genus impium*
*Cœli ruina; rurſus ut ſtirpem novam*
*Generet, renaſcens melior: ut quondam tulit*
[6] *Iuvenis tenente regna Saturno poli,*
*Tunc illa* [7] *virgo, numinis magni dea,*
*Iuſtitia, cœlo miſſa cum ſancta* [8] *Fide,*
*Terras regebat mitis.* [9] *humanum genus*
*Non bella norat; non tubæ fremitus truces;*
*Non arma gentes cingere aſſuerant ſuas*
*Muris nec urbes. pervium cunctis iter.*
*Communis uſus omnium rerum fuit.*
*Et ipſa tellus læta fecundos ſinus,*
*Pandebat ultro, tam piis felix parens,*
*Et tuta alumnis.* [10] *alia ſed ſoboles minus*
*Conſpecta mitis.* [11] *tertium ſolers genus*
*Novas ad artes exſtitit; ſanctum tamen.*
*Mox* [12] *inquietum, quod ſequi curſu feras*

1 *An me tollis in altum, ut caſu graviore ruam?*
2 Senecam quaſi Iuliæ Germanici F. adulteriorum conſciū Meſſalina criminata fecit ut à Claudio in Corſicam ſcopuloſam inſulam relegaretur, unde, intercedente poſtmodum Agrippina, revocatus Neroni præficiebatur.
3 Hæc omnia ex conſol. ad Elbiam. ca. 4, 8, & 9.
4 Cœli.
5 Qui ſi ſeneſcit aliquando interiturus ut nova progenies melior naſcatur (ex nonnullorum philoſophorum ſententia) nunc ſane inſtat tempus quo *Omne in præcipiti vitium ſtetit.*
6 Recens natus & ſub rege Saturno aureus.
7 Aſtræa. Thyeſt. ℣. 855.
8 Quæ juſtitiæ fundamentum eſt.
9 Hæc ex Heſiodi, Arati & Ovid. deſcript. nota.
10 Secunda, argentea, *Auro deterior.*
11 Ætas Athenea, *Durior ingeniis, & ad horrida promptior arma. Non ſcelerata tamen.*
12 Quartum genus.

*Auderet acres; fluctibus tectos graves*
*Extrahere piſces rete;* [13] *vel calamo levi*
*Decipere volucres: premere ſubjectos jugo*
*Tauros feroces,* * *vulnere immunem prius*
*Sulcare terram. læſa quæ fruges ſuas*
*Interius alte condidit ſacro ſinu.*
* *Sed in parentis viſcera intravit ſua*
*Deterior ætas; eruit ferrum grave,*
*Aurumque; ſævas mox & armavit manus;*
* *Partita fines regna conſtituit, novas*
*Exſtruxit urbes; tecta defendit ſuis*
*Aliena telis, aut petiit præda imminens.*
* *Neglecta terras fugit. & mores feros,*
*Hominum cruenta cæde pollutas manus,*
[14] *Aſtræa virgo, ſiderum magnum decus.*
*Cupido belli crevit, atque auri fames.*
*Totum per orbem maximum exortum eſt malum,*
*Luxuria, peſtis blanda; cui vires dedit*
*Roburque longum* [15] *tempus, atque error gravis.*
Collecta vitia per tot ætates diu
In nos redundant. ſeculo premimur gravi,
Quo ſcelera regnant. *ſævit impietas furens;*
*Turpi libido Venere dominatur potens.*
[16] *Luxuria victrix orbis immenſas opes*
[17] *Iampridem avaris manibus, ut perdat, rapit.*
*Sed ecce greſſu fertur attonito Nero:*
*Trucique vultu. quid ferat, mente horreo.*

NERO. PRÆFECTVS.
SENECA.

*Incaßum monet ſuum Neronem Philoſophus, qui tyrannicis inſtitutis pertinaciter inſiſtit, proximumque diem nuptiis cum Poppea deſtinat.*

*PEræge imperata:* [1] *mitte, qui Plauti mihi,*
[2] *Sullæque cæſi referat abſciſſum caput.*
PR. *Iuſſa haud morabor,* [3] *caſtra confeſtim* [4] *petam.*
SE. Nihil [5] in propinquos temere conſtitui decet.

13 Sagitta vel calamo viſcato. Al. lect. *Extrahere piſces rete vel calamo levi: Decipere volucres crates cervos aut leves Tenere laqueo; premere, &c.* ac *calamum* intelligunt arundinem piſcatoriam. & *cratem* quæ facili tibicine fulta in volucres ſub ea eſcam appetétes decidat.

14 Thyeſt. 855.

15. Conſuetudo qua augeſcunt tum vitia tum virtutes.

16 *Sævior armis Luxuria incubuit victumque ulciſcitur orbem.*

17 Multa injuſte rapit ut nequiter profundat.

1 Mitte alios milites in Aſiam qui Plauti Rubellii, in Galliam Narbonenſem; alios qui Sullæ in Maſſiliam amoti capita mihi referant. Tac. Ann. 14.

2 Cæſorum capita ad Neronem retulere Centuriones quibus ille crudeliſſime illuſit. Syllæ quidem tanquam præmatura canitie deformi cap.

3 Prætoriana quæ ad muros urbis.

4 Vt mittam milites percuſſores qui mandatum tuum exequantur.

5 In amicos & tibi propinquitate conjunctos.

NE. [6] Iuſto

NE. [6] Iuſto eſſe facile eſt, cui vacat pectus metu.
SE. Magnum timoris remedium clementia eſt.
NE. Extinguere hoſtem, maxima eſt virtus ducis.
SE. Servare cives major eſt [7] patriæ patri.
NE. [8] Præcipere mitem convenit pueris ſenem.
SE. Regenda [9] magis eſt fervida adoleſcentia.
NE. [10] *Ætate in hac ſatis eſſe conſilii reor.*
SE. *Vt facta ſuperi comprobent ſemper tua.*
NE. [11] Stulte verebor, ipſe cum faciam, deos.
SE. *Hoc plus verere, quod licet tantum tibi.*
NE. *Fortuna noſtra cuncta permittit mihi.*
SE. *Crede obſequenti parcius:* [12] *levis eſt dea.*
NE. *Inertis eſt, neſcire quid liceat ſibi.*
SE. [13] Id facere laus eſt, quod decet, non quod licet.
NE. Calcat jacentem vulgus. SE. inviſum opprimet.
NE. Ferrum tuetur principem. SE. melius fides.
NE. Decet timeri Cæſarem. SE. quidquid exprimitur, grave eſt.
NE. *Iuſſiſque noſtris pareant.* SE. *juſta impera.*
NE. [15] *Statuam ipſe.* SE. [16] *quæ conſenſus efficiat rata.*
NE. [17] *Deſpectus enſis faciet.* SE. *hoc abſit nefas.*
NE. *An patiar ultra, ſanguinem noſtrum* [18] *peti*
[18] *Invictus, & contemptus ut ſubito opprimar?*
*Exilia non fregere ſummotos procul*
*Plautum atque Sullam; pertinax quorum furor*
*Armat miniſtros ſceleris in cædem meam.*
[19] *Abſentium cum maneat etiam ingens favor*
*In urbe noſtra, qui* [20] *fovet ſpes exulum;*
*Tollantur hoſtes* [21] *enſe ſuſpecti mihi.*
*Invisa conjux pereat, & carum ſibi*
*Fratrem ſequatur.* [22] *quidquid excelſum eſt, cadat.*

6 Si tibi quæ mihi, imminerent pericula & metus non omnia ex juſto præciperes.
7 Bono Imperatori & principi.
8 Languida hæc tua præcepta magis convenirent pueris.
9 Quam pueritia.
10 Nempe *Ingenium & rerum prudentia velox Ante pilos venit.*
11 Quorſum timeam deos quos ſibi quiſque ex ſuperſtitione ſua facit, qualiſque Claudius eſt quem ego nuper indigetem conſecravi?
12 Inconſtans dea eſt Fortuna.
13 *Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit Occurrat.*
14 οἱ φίλοι πιστοὶ σκῆπτρον ἐστὶ βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον.
15 *Non ſic excubiæ non circumſtantia pila Vt tutatur amor.*
16 Quæ imperata ejuſmodi quæ probent ordines Senatorum & equitum ſciatque plebs. 17 Autoritas & prærogativa mea Imperatoria cujus inſigne enſem gero, quem quia non ſatis ſævit contemnunt, eos conſentire coget. al. *Detectus.* 18 A conjurantibus in vitam meam. al. *inviſus.* 19 Conjuratorum quos in exilium miſi. 20 Vt me tandem cæſo revocentur ab exilio. 21 Vulgus ſecuri feriebatur, nobiles gladio. 22 Tyrannicum ſcitum ὡς τοὺς ὑπερέχοντας στάχυας κολούειν, οὕτω καὶ τοὺς ὑπερέχοντας τῶν πολιτῶν ἀναιρεῖν.

SE. Pulchrum eminere eſt inter illuſtres viros;
Conſulere patriæ; parcere afflictis; fera
Cæde abſtinere; tempus atque iræ dare;
Orbi quietem; ſeculo pacem ſuo.
Hæc ſumma virtus: petitur hac cœlum via.
[23] *Sic ille patriæ [24] primus Auguſtus parens*
*Complexus aſtra eſt, colitur & templis Deus,*
*Illum tamen Fortuna jactavit diu*
*Terra marique per graves belli vices;*
*Hoſtes [25] parentis donec oppreſſit ſui.*
[26] *Tibi numen incruenta ſummittit ſuum;*
*Et dedit habenas imperii facili manu,*
*Nutuque, terras, maria, ſubjecit tuo.*
[27] *Invidia triſtis victa conſenſu pio*
*Ceſſit. ſenatus, equitis accenſus favor*
*Plebiſque votis, atque judicium patrum eſt.*
*Tu pacis auctor, generis humani arbiter*
*Electus, orbem tu ſacra ſpecie regis*
*Patriæ parens: quod nomen, ut ſerves, petit,*
*Suoſque cives Roma commendat tibi.*
NE. [28] *Munus Deorum eſt, ipſa quod ſervit mihi*
*Roma, & ſenatus;* [29] *quodque ab invitis preces,*
*Humileſque voces exprimit noſtri metus.*
[30] *Servare cives principi & patriæ graves*
*Claro tumentes genere, quæ dementia eſt,*
*Cum liceat una voce ſuſpectos ſibi*
*Mori jubere? Brutus in cædem [31] ducis,*
*A quo [32] ſalutem tulerat, armavit manus.*
*Invictus acie, gentium domitor, [33] Iovi*
*Æquatus alios ſæpe per honorum gradus,*
*Cæſar nefando civium ſcelere occidit.*
*Quantum cruoris Roma tunc vidit ſui,*
*Lacerata toties! ille, [34] qui meruit pia*
*Virtute cælum Divus Auguſtus, viros*

23 His virtutibus, clementia, &c. 24 Primus é principibus Pater patriæ ſalutatus, ante vero M. Cato. ante *Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.* 25 Iulii Cæſaris qui Octavium ſororis ſuæ filium adoptavit. 26 Fortuna ſubmiſit tibi numen ſuum ſine bello. 27 Al. diſtinguunt. *Invidia triſtis victa conſenſu Pio Ceſſit Senatus; equitis accenſus favor; Plebiſque votum; atque judicium patrum.* 28 Diis imperium acceptũ potius refert (quos tamen ſupra ỳ.440. contempſit) quam ſe quid Romanis debere agnoſcat. 29 Quem de me conceperunt, metus eos vel invitos in officio continet. 30 Servare autem cives factioſos, conjuratos in patriæ & principis perniciem, nobilitate ſua fretos ſuperboſque, quæ dementia. 31 C. Iulii Cæſ. Imp. 32 Publicam, vel etiam privatam cum eum ſemper dilexiſſet, heredemque de parte ſcripſiſſet, unde & confoſſus ingemuit, *Et tu Brute?* 33 *Iupiter in cælis, Cæſar regit omnia terris.* Primus è Rom. Impp. in deorum numerum relatus Aug.

[35] *Quot interemit nobiles, juvenes, ſenes,*
*Sparſos per orbem, cum ſuos mortis metu*
*Fugerent penates, &* [36] *trium ferrum ducum*
[37] *Tabula notante deditos triſti neci?*
[38] *Expoſita roſtris capita cæſorum patres*
*Videre mœſti: flere nec licuit ſuos,*
*Non gemere, dira tabe polluto foro,*
*Stillante ſanie per putres vultus gravi.*
*Nec finis heic cruoris aut cædis ſtetit.*
[39] *Pavere volucres & feras ſævas diu*
*Triſtes Philippi.* [40] *hauſit & Siculum mare*
*Claſſes,* [41] *viroſque ſæpe cedentes: ſuos*
*Concuſſus orbis viribus.* [42] *Magnis ducum*
*Superatus acie puppibus* [43] *Nilum petit*
*Fugæ paratis, ipſe periturus brevi.*
*Hauſit cruorem* [44] *inceſta Romani ducis*
[45] *Ægyptus* [46] *iterum. nunc leves* [47] *umbras tegit.*
*Illic* [48] *ſepultum eſt impie geſtum diu*
*Civile bellum. condidit tandem ſuos*
*Iam feſſus enſes victor, hebetatos feris*
*Vulneribus, & continuit imperium metu.*
*Armis, fideque militis tutus fuit,*
[49] *Pietate gnati factus eximia Deus*
*Poſt fata conſecratus, & templis datus.*
[50] *Nos quoque manebunt aſtra, ſi ſævo prior*
*Enſe occuparo quidquid infeſtum eſt mihi,*
*Dignaque noſtram ſobole fundaro domum.*
SE. *Implebit aulam ſtirpe cœleſti tuam*
[51] *Generata Divo, Claudiæ gentis decus,*
*Sortita fratris, more Iunonis, toros.*
NE. [52] *Inceſta genitrix detrahit generi fidem,*
*Animuſque nunquam conjugis junctus mihi,*
SE. *Teneris in annis haud ſatis clara eſt fides,*

35 Cum bello tum proſcriptione, cui aliquandiu restitit, incœptam crudelius exercuit.
36 Triumvirum, Lepidi, Antonii, Octavii.
37 Tab. dictante proſcriptos.
38 Senatores viderunt capita Ciceronis, L. Pauli, aliorumque illuſtrium virorum affixa ſuggeſto in foro, quod ex roſtris navium Antiatum.
39 Cadaveribus Rom. cæſorum in campis Philippicis in Macedonia ubi pugnatum ab Octavio & Antonio contra Brutum & Caſſium.
40 In prœlio navali contra Sext. Pompejum.
41 Cives, imo fratres cognatoſque ſuos. quod ſæpe in civilibus bellis fit. 42 Sic locum hunc diſtinguit Ia. Rutgerſius, quem adi c. 15. l. 1. Var. lect. atque intelligi vult de Sexto Pompejo, qui ab Agrippa primum, ab Auguſto denuo victus navali prœlio è Sicilia in Aſiam fugit: ubi à Titio ex mandato Antonii interfectus eſt. Quamvis illa. 43 De *Nilo*. 44 *Ægypto*. 45 *Vmbris belli civili ſedato*. M. Antonii fugam & necem innuere videntur. 46 Semel Cn. Pompeji, iterum M. Antonii. 47 Propter Cleopatram Ptolemæo fratri nuptam. 48 Sedatum, finitum. 49 A Tiberio filio adoptivo Divus conſecratus. ſup. ℣. 496. 50 Et me quoque ſuo excipient Dii conſortio, ſi prius inimicos ſuſtulero. 51 Octavia ſup. ℣. 216. 52 Meſſalina, vulgatum illud proſtibulum, ſuſpectam mihi reddit Octaviam & prolem incertam. *exſpectas ut tradat mater honeſtos, Aut alios mores quam quos habet?*

53. Pu-

[53] *Pudore victus cum tegit flammas amor.*
NE. *Hoc equidem & ipſe credidi fruſtra diu,*
*Manifeſta quamvis pectore inſociabili*
*Vultuque ſigna proderent odium mei.*
*Tandem* [54] *quod ardens ſtatuit ulciſci dolor:*
*Dignamque thalamis conjugem inveni meis*
*Genere atque forma,* [55] *victa cui cedat Venus,*
*Ioviſque conjux, ut ferox armis Dea.*
SE. *Probitas, fideſque conjugis, mores, pudor,*
*Placeant marito; ſola perpetuo manent*
*Subjecta nulli, mentis atque animi bona:*
[56] *Florem decoris ſinguli carpunt dies.*
NE. [57] *Omnes in unam contulit laudes Deus,*
*Talemque naſci fata voluerunt mihi.*
SE. *Recedat a te, temere ne credas, amor.*
NE. *Quem ſubmovere* [58] *fulminis dominus nequit,*
*Cœli tyrannum, ſæva qui penetrat* [59] *freta.*
[60] *Ditiſque regna, detrahit ſuperos polo.*
SE. *Volucrem eſſe amorem fingit, immitem Deum:*
*Mortalis error, armat & telis manus,*
*Arcuſque ſacros miſcuit ſæva face;*
*Genitumque credit Venere, Vulcano ſatum.*
*Vis magna mentis, blandus atque animi calor,*
*Amor eſt; juventa gignitur; luxu, otio*
*Nutritur, inter læta fortunæ bona.*
*Quem ſi fovere atque alere deſiſtas, cadit,*
*Brevique vires perdit extinctus ſuas.*
NE. [61] *Hanc eſſe vitæ maximam cauſſam reor,*
*Per quam voluptas oritur: interitu caret,*
*Cum procreetur ſemper humanum genus*
*Amore grato,* [62] *qui truces mulcet feras.*
[63] *Hic mihi jugales præferat tedas Deus,*
*Iugetque noſtris igne Poppeam toris.*
SE. *Vix ſuſtinere poſſet hos thalamos dolor*
*Videre populi: ſancta nec pietas ſinat!*
NE. *Prohibebor unus* [64] *facere, quod cunctis licet?*
SE. [65] *Majora populus ſemper a ſummo exigit.*

53 Vbi verecundia impedit, quo minus amorem oſtendat ſuum.
54 Quo ultionis genere ſuum mei contemptum referre ſtatui.
55 Cui tres illæ Deæ cedant, ut quondam duæ Veneri ſub Paride judice.
56 *Forma bonum fragile*, &c. *Carpitur & ſpacio fit minor ipſa ſuo.*
57 Huic (teſte Tacito) cuncta alia fuere, præter honeſtum animum: forma, opes, ingenium, ſermo comis, &c.
58 Iup. vide Hippol. ℣. 186. unde hæc.
59 Nereides, Thetis, Tethys, atque ipſe *flagrat Neptunus in undis*, Hipp. ℣. 332.
60 In Proſerpinam.
61 Vt ſui ſimile generet.
62 *Omne adeo genus in terris, hominumque ferarumque, Et genus æquoreum, pecudes pictaque volucres In furias ignemque ruunt.* Hipp. ℣. 337.
63 Cupido mihi auſpex præferat faces nuptiales: vide Theb. ℣. 263, & 507.
64 Repudiare uxorem?
65 A principibus, in ſublimi ſpecula atque in oculis omnium poſitis, exſpectant alii ingens vitæ & morum exemplar, multa itaque ſibi permittit populus, quæ tamen principi nequaquam permittit.

NE. *Libet experiri, viribus fractus meis*
*An cedat animis temere conceptus favor.*
SE. *Obſequere potius civibus placidis tuis.*
NE. *Male imperatur, cum regit vulgus duces.*
SE. *Nihil impetrare cum valet, juſte dolet.*
NE. *Exprimere jus eſt, [66] ferre quod nequeunt preces.*
SE. [67] *Negare durum eſt.* NE. *principem cogi nefas.*
SE. [68] *Remittat ipſe.* NE. *fama ſed victum feret.*
SE. *Levis atque vana,* NE. *ſi licet, multos notat.*
SE. *Excelſa metuit.* NE. *Non minus carpit tamen.*
SE. *Facile opprimetur : merita te [69] Divi patris,*
*Ætaſque [70] frangat conjugis, probitas, pudor.*
NE. *Deſiſte tandem jam gravis nimium mihi,*
*Inſtare, liceat facere quod Seneca improbat.*
*Et ipſe [71] populi vota jampridem moror,*
*Cum portet utero pignus, & partem mei.*
*Quin deſtinamus proximam thalamis diem?*

66 Al. *ferro, quod;* male. alii *facere quod nequeunt.* 67 Lipſ. *Necare* hoc enim minatus Nero in verſu anteriore. 68 Ipſe princeps cedat aliquantulum de jure ſuo: etſi flecti reges, quam vinci non minus turpe exiſtiment. Hipp. ℣. 135. 69 Claudii patris Octaviæ qui te adoptavit. 70 Animum avertat à Poppea. 71 Deſiderantis ex me prolem legitimam quæ firmet etiam imperium.

## ACTVS TERTIVS.

### AGRIPPINA.

*Ab inferno prodit Agrippina, dira auſt ex faces exitiales præferens nuptiis Poppeæ & Neronis, cujus mortem prædicit.*

[1] TEllure rupta Tartaro greſſum extuli,
[2] *Stygiam cruenta præferens dextra facem*
*Thalamis ſceleſtis : [3] nubat his flammis meo*
*Poppea gnato juncta, quas vindex manus,*
*Dolorque matris [3] vertet ad triſtes rogos.*
[4] *Manet inter umbras impia [5] cædis mihi*
*Semper memoria, manibus noſtris gravis*
*Adhuc inultis, reddita & meritis meis*
*Funeſta merces puppis & precium [6] imperii*
*Nox illa, qua naufragia [7] deflevi mea*
[8] *Comitum necem, natique crudelis nefas*
*Deflere votum fuerat : haud tempus datum eſt*
*Lacrymis, ſed ingens ſcelere geminavit nefas,*
*Perempta ferro, fœda vulneribus, [9] ſacros*
*Intra penates ſpiritum effudi gravem*

1 In ſcena exſiliebant umbræ ſcalis Charoniis. 2 Funeſtam, exitialem, Med. ℣. 16. 3 Vertat nuptialem facem in feralem & funebrem. ſupra ℣. 260 4 *Cura non ipſa in morte relinquant.* Oed. ℣. 615. 5 Sup. ℣. 360. 6 Neroni mea opera parti. ſup. ℣. 327. 7 Sup. ℣. 323. 8 Creperii Galli, & Acceroniæ. 9 In villa Auguſta Lucrini lacus.

*Erepta pelago, ſanguine extinxi meo*
*Nec odia gnati.* [10] *ſævit in nomen ferum*
*Matris tyrannus. obrui meritum cupit:*
[11] *Simulacra, titulos deſtruit, mortis metu,*
*Totum per orbem,* [12] *quem dedit pœnam in meam*
*Puero regendum noſter infelix amor.*
*Extinctus umbras agitat infeſtas meas*
*Flammiſque vultus noxios* [13] *conjux petit,*
*Inſtat, minatur, imputat* [14] *fatum mihi*
*Tumulumque* [15] *gnati; poſcit* [16] *auctorem necis.*
*Iam, parce, dabitur. tempus haud longum peto.*
*Vltrix Erinnys impio dignum parat*
*Lethum tyranno;* [17] *verbera, &* [18] *turpem fugam,*
*Pœnaſque queis &* [19] *Tantali vincat ſitim,*
[20] *Dirum laborem Siſyphi,* [21] *Tityi alitem,*
[22] *Ixioniſque membra rapientem rotam.*
*Licet exſtruat marmoribus, atque auro tegat*
*Superbus aulam, limen armatæ ducis*
*Servent cohortes, mittat immenſas opes*
[23] *Exhauſtus orbis,* [24] *ſupplices dextram petant*
*Parthi cruentam, regna, divitias, ferant:*
*Veniet dies tempuſque, quos reddat ſuis*
*Animum nocentem* [25] *ſceleribus,* [26] *jugulum hoſtibus,*
[27] *Deſertus, & deſtructus, &* [28] *cunctis egens.*
*Heu quo labor, quo vota ceciderunt mea!*
*Quo te furor provexit attonitum tuus,*
*Et fata, gnate? cedat ut tantis malis*
*Genetricis ira, quæ tuo ſcelere occidit!*
*Vtinam antequam te parvulum in lucem edidi,*

10 Natalem Agrippinæ inter nefaſtos referri dies à Senatu impetraverat Nero, ſtatuas demolitus, nomen & titulos ubique, ipſamque ejus memoriam delere conabatur. 11 Mortem iis minatus quicunque mei ſimulachra habuerint. 12 Cujus orbis imperium ego infelix illi dedi, ut & mihi vitam eripere poſſet. 13 Claudius. 14 Al. *fatum mihi Tumulumque gnati poſcit authorem necis.* Quæ lectio hiſtoriam reſpicit. Mors enim ejus celata eſt, dilataque ſepultura, donec circa ſucceſſorem omnia ordinarentur. 15 Britannici. 16 Neronem. 17 Vbi deſciviſſe Galbam & Hiſpanias cognovit, collapſus diu inter mortuos jacuit; ut reſipuit, capite converberato, actum de ſe pronunciavit. 18 Hoſtis à Senatu judicatus & quæſitus ut puniretur more majorum, nudo pede & tunicatus conſcenſo equo fugit ad Phaontis ſuburbanum, in quod, ut clam introivit quadrupes per effoſſæ cavernæ anguſtias receptus eſt. 19 Thyeſt. ỳ. 151. Nero autem, dum clandeſtinus ad villam introitus pararetur, aquam ex ſubjecta lacuna potaturus manu hauſit, & *hæc* inquit *eſt decocta Neronis.* 20 Hippol. ỳ. 1226. 21 Hippol. ỳ. 1228. 22 Herc. Fu. ỳ. 750. 23 Exactionibus. 24 Quod non fecerunt, rebellantes autem Armeniam invaſerunt. 25 Suppliciis, quæ tantis ſceleribus debentur. 26 Vbi appropinquaſſe equites audiit, quibus præceptum ut vivum eum attraherent, ferrum trepidanter jugulo adegit. 27 Fugientibus cuſtodibus, nec reperto cujus manu periret percuſſoris, *Ergo*, inquit, *nec amicum habeo nec inimicum.* 28 Fame & ſiti interpellante, panem quidem ſordidum oblatum aſpernatus eſt, aquæ autem tepidæ aliquantum bibit.

*Aluique, ſævæ noſtra laceraſſent feræ*
*Viſcera! ſine ullo ſcelere, ſine ſenſu innocens*
[29] *Meus occidiſſes: junctus atque hærens mihi,*
*Semper quietam cerneres ſedem Inferûm,*
*Proavos, patremque, nominis magni viros.*
*Quos nunc pudor, luctuſque perpetuus manet,*
*Ex te nefande meque, quæ talem tuli,*
*Quid tegere ceſſo Tartaro vultus meos.*
[30] *Noverca, conjux, mater infelix meis?*

29 *Emph.* à me non ablegandus. al. *mecum occidiſſes*, id eſt, mihi commortuus fuiſſes infans & innocens.

30 Infelix Britannici noverca, Claudii conjux, Neronis mater.

## OCTAVIA. CHORVS.

*Octavia diſsimulata triſtitia faventem ſibi popul. orat ne divortium ſui lugeat. Chorus tamen ipſius vicem dolet.*

*Parcite lacrymis urbis* [1] *feſto*
*Lætoque die: ne tantus amor,*
*Noſtrique favor, principis acres*
*Suſcitet iras, vobiſque ego ſim*
*Cauſſa malorum. non hoc primum*
*Pectora vulnus mea ſenſerunt:*
*Graviora tuli. dabit hic noſtris*
*Finem curis vel morte dies?*
*Non ego ſævi cernere cogar*
[2] *Conjugis ora, non inviſos*
*Intrare mihi thalamos famulæ.*
[3] *Soror Auguſti, non uxor, ero.*
*Abſint tantum triſtes pœnæ,*
*Lethique metus.* [4] *ſocerum diri*
*Miſeranda viri potes hæc demens*
*Sperare memor? hos ad thalamos*
*Servata diu, victima tandem*
*Funeſta cades. ſed quid patrios*
*Sæpe penates reſpicis udis*
*Confuſa genis? propera tectis*
*Efferre gradus: linque cruentam*
*Principis aulam.* CH. *en illuxit*
*Suſpecta diu fama toties*
*Iactata dies. ceſsit thalamis*
[5] *Claudia diri pulſa Neronis,*
*Quos jam victrix Poppea tenet,*
*Ceſſat pietas dum noſtra, gravi*

1 Principis nuptiali, geniali.

2 Poppea. ſup. ℣. 102.

3 *Certe ſoror*, inquit Iuno. vide Herc. Fu. ℣. 1.

4 Sed unde tibi, ô demens Octavia, vitæ ſpes, ſi ad memoriam revocaris Claudium patrem meum, Neronis ſocerum, & Appium Silanum patrem Iunii Silani mihi deſponſi, & pro victima nuptiali cæſi. ſup. ℣.14. à Nerone ad firmandas nuptias trucidatos? idem te manet lethum ſervatam victimam in hunc nuptiarum diem. Raphelengius ex fide codicum Ortelii legit *Scelerum diri*, &c.

5 Octavi Claudii filia.

*Compreſſa*

*Compreſſa metu, ſegniſque dolor.*
*Vbi Romani vis eſt populi?*
*Fregit claros quæ ſæpe [6] duces;*
*Dedit invicta leges patriæ;*
*Faſces dignis civibus olim;*
*Iuſsit bellum, pacemque; feras*
*Gentes domuit; captos reges*
*Carcere cluſit? gravis en oculis*
*Vndique noſtris jam Poppeæ*
*Fulget imago juncta Neroni:*
*[7] Affigat humo violenta manus*
*Similes nimium vultus dominæ:*
*Ipſamque thoris detrahat altis:*
*Petat infelix mox & flammis*
*Teliſque [8] feri principis aulam.*

6 Siphacen, Perſen, Iugurtham, Herodem, &c.

7 Lege *Affligat* ut inf. ỳ. 785. id eſt, Quin Poppeæ has imagines manus noſtra illidat.

8 Tyranni, Neronis.

## ACTVS QVARTVS.

### NVTRIX. POPPEA.

*Territa in ſomno Poppea nutrici narrat ſomnium; quam illa, vana ſomnium eludens interpretatione, ſolatur.*

*QVo trepida greſſum conjugis thalamis tui*
*Effers alumna? quodve ſecretum petis*
*Turbata vultu? cur genæ fletu madent?*
*Certe petitus precibus & votis dies*
*Noſtris refulſit: Cæſari juncta es tuo*
*Tæda jugali. quem tuus cepit decor,*
*Et [1] culpa Senecæ; tradidit vinctum tibi*
*Genitrix amoris [2] maximum numen Venus.*
*O qualis, altos quanta preſsiſti [3] toros*
*Reſidens in aula! vidit attonitus tuam*
*Formam Senatus, [4] thura cum ſuperis dares,*
*Sacraſque grato ſpargeres aras mero,*
*Velata ſummum [5] flammeo tenui caput.*

1 Quænam hæc Senecæ culpa? an quod diſſuadendo Neronem, protervi juvenis eo magis accendebat animum? an (quod ſolent delicta diſcipulorum conferre in magiſtros) arguitur Seneca non tam erudiiſſe indolem Neronis, quam armaſſe ſævitiam? an Senecam mortis Agrippinæ inſimulat, quæ una maxime his nuptiis obſtabat? Namque & Senecæ crimini datum, ſcribit Dion, quod Agrippinæ congrederetur, deinde Neronem ad cædem ejus incitaſſe, ut ſuſpicionem hanc à ſe derivaret. *Prima ratio perſonæ convenientior, cæteræ validiores.* 2 Μεγάλη ὡ σθένος Κύπρις, ἐκφέρεται νίκας ἀεί. 3 Diſcubitorios. 4 In nuptiis aquæ & ignis ſacramenta adhibita, quæ calorem & humorem ad fœtum denotarent, hinc faces & thura, necnon vini libatio. neque enim uxor niſi peractis ſacrificiis ducebatur. 5 Velamento luteo ſeu rubeo quo novas nuptas tegi moris erat pudoris gratia, vel ſubjectionis ſymbolum.

Et ipſe lateri junctus atque hærens tuo
Sublimis inter civium[6] læta omina
Inceſſit, habitu atque ore lætitiam gerens
Princeps ſuperbo, [7] talis emerſam freto
Spumante Peleus conjugem accepit Thetin.
Quorum toros celebraſſe cœleſtes ferunt,
Pelagique numen omne conſenſu pari.
Quæ ſubita vultus cauſa mutavit tuos?
Quid pallor iſte, quid ferant lacrymæ, doce.
POP. Confuſa triſti proximæ noctis metu
Viſuque, nutrix, mente turbata feror,
Defecta ſenſu. læta nam poſtquam dies
Sideribus atris ceſſit, & nocti polus,
Inter Neronis juncta complexus mei
Somno reſolvor: nec diu placida frui
Quiete licuit. viſa thalamos meos
Celebrare turba eſt mœſta; [8] reſolutis comis
Matres Latinæ flebiles planctus dabant;
Inter tubarum ſæpe terribilem ſonum
Sparſam cruore [9] conjugis genitrix mei
[10] Vultu minaci ſæva quatiebat facem:
Quam dum ſequor coacta præſenti metu,
Diducta ſubito patuit ingenti mihi
Tellus hiatu: [11] læta quo præceps, toros
Cerno jugales pariter & miror meos,
In queis reſedi feſſa, venientem intuor
Comitante turba [12] conjugem quondam meum,
[13] Gnatumque; properat petere complexus meos
[14] Criſpinus, intermiſſa libare oſcula;
Irrumpit intra tecta cum trepidus [15] mea,
Enſemque jugulo condidit ſævum Nero.
Tandem quietem magnus excuſſit timor:
Quatit ora & artus horridus noſtros tremor,
Pulſatque pectus: [16] continet vocem timor,
Quam nunc fides pietaſque produxit tua.
Heu quid minantur Inferûm manes mihi,
Aut quem cruorem conjugis vidi mei?
NVT. [17] Quæcumque mentis agitat infeſtus vigor,
Ea per quietem ſacer & arcanus [18] refert

6 Vide Med. ṽ. 58.
7 Πᾶσα ὃ κυδάνεσσα θεῶν ἔσπευδε γενέθλη Αὐτοκασιγνήτην λευκώλενον Ἀμφιτρίτης, &c. Coluth.
8 Quod in luctu fieri ſolet. Troad. 83.
9 Neronis mater Agrippina.
10 Sup. ṽ. 585.
11 Huc ego delata præceps.
12 Criſpinum equitem Romanum.
13 Rufum Criſpinum Poppeæ gnatum quem impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari dum piſcaretur, ſervis ipſius demandavit Nero.
14 Conjux, al. leg. *Priſtinus*. al. *Peſtinus*.
15 Nova illa apud inferos. Lipſ. *meus* ſc. Nero. Rapheleng. *meo Enſemque jugulo*.
16 *Vox faucibus hæſit.* 17 Ἀνλίτυπον γὸ Ἔργον ὅπερ τελέ τις ἐν ἤμασι νυξὶ δοκεῦ. *Somnia nam curas referunt nocturna diurnas.* 18 Reducit ad phantaſiam.

*Veloxque ſenſus, conjugem, thalamos, rogos,*
*Vidiſſe te miraris, amplexu novi*
*Hærens mariti?* [19] *ſed movent læto die*
*Pulſata palmis pectora, & fuſa comæ.*
*Octaviæ deſidia planxerunt ſacros*
*Intra penates* [20] *fratris,* & [21] *patrium larem.*
*Fax illa, quam ſecuta es* [22] *Auguſtæ manu*
*Prælata: clarum nomen invidia tibi*
*Partum ominatur.* [23] *Inferûm ſedes, toros*
*Stabiles futuros ſpondet æterna domus.*
*Iugulo quod enſem condidit* [24] *princeps tuus;*
*Bella haud movebit, pace ſed ferrum teget.*
*Recollige animum, recipe lætitiam, precor:*
*Timore pulſo, redde te thalamis tuis.*
POP. *Delubra & aras petere conſtitui ſacras,*
*Cæſis* [25] *litare victimis numen* [26] *deûm,*
*Vt expientur noctis & ſomni minæ,*
*Terrorque in hoſtes redeat attonitus meos.*
*Et vota pro me ſuſcipe, & precibus piis*
*Superos adora,* [27] *manet ut præſens metus.*

19 Populi autem planctus ſuper Octaviæ divortio tibi in ſomno repræſentatus eſt. 20 Neronis. 21 Claudii. 22 Agrippinæ. 23 Terra, cum ſit immobilis. *vel* inferni leges cum æternæ ſint. 24 Nero. al. legunt, *tuo*, ſc. jugulo. 25 Romani mola ſalſa, Græci vivo flumine nocturnos terrores expiabant. 26 ἀλεξικάκων, deorum Averruncorum; Iovis prodigialis, Apollinis, Telluris; Heroum, ut Herculis, Caſtoris & Pollucis, &c. qui placati infauſta ſomniorum omina credebantur avertere. 27 Defluat, abeat, à *mano, as.*

## C H O R V S.

*Laudat Chorus Poppeæ formam.*

*SI vera loquax fama tonantis*
[1] *Furta &* [2] *gratos narrat amores,*
[3] *Quem modo Ledæ preſſiſſe ſinum:*
*Tectum plumis pinniſque ferunt:*
[4] *Modo per fluctus raptam Europen*
*Taurum tergo portaſſe trucem;*
[5] *Quæ regit, & nunc deſeret aſtra,*
*Petet amplexus Poppea tuos:*
*Quos & Ledæ præferre poteſt:*
*Et tibi quondam,* [6] *cui miranti*
*Fulvo Danaë fluxit in auro.*
*Formam Sparte jactet* [7] *alumnæ*
*Licet; &* [8] *Phrygius* [9] *præmia paſtor;*
*Vincet vultus hæc* [10] *Tyndaridos,*
[11] *Qui moverunt horrida bella,*
*Phrygiæque ſolo regna dedere.*

1 Furtivos amores *ſlippes.* 2 A fronte quidem gratos, bellos ac mellitos primum, μελωνέρους & γλυκυπίκρους, quorum exitus amarus ſuper aloën & abſynthium. 3 Hippol. ỳ.300. 4 Hipp. ỳ.302. 5 *Ord.* Deſeret aſtra quæ nunc regit & petet tuos amplexus ô Poppea. 6 Cui novitatem rei ſtupenti in gremium per aureum impluvium cecidit. ſup. ỳ.203. 7 Helenes, candidæ quidem utpote Iove cygno genitæ, teneræ utpote ovo excluſæ. 8 Paris. 9 Helenam. 10 Helenæ Tyndari putativæ filiæ. 11 Qui vultus moverunt, hor. bell.

 Sed

*Sed quis greſſu ruit attonito?*
*Aut quid pectore portat anhelo?*

## NVNCIVS. CHORVS.

*Motum populi nunciat ob repudiatam Octaviam nuptiaſque Poppeæ.*

[1] QVicumque tectis miles [2] exſultat ducis,
Defendat [3] aulam, cui furor populi imminet.
[4] Trepidi cohortes ecce præfecti trahunt
Præſidia ad urbis; [5] victa nec cedit metu
Concepta rabies temere; ſed vires capit.
CHO. Quis iſte mentes agitat attonitus furor?
NVN. Octaviæ furore perculſa [6] agmina,
Et efferata per nefas ingens ruunt.
CHO. Quid auſa facere, quove conſilio, doce.
NVN. [7] Reddere penates Claudiæ Divi parant,
Toroſque fratris, debitam partem imperii.
CHO. Quos jam tenet Poppea concordi fide?
NVN. [8] Hic urit animos pertinax nimium furor,
Et in furorem temere præcipites agit.
Quæcunque claro marmore effigies ſtetit;
Aut ære fulgens, ora Poppeæ gerens
Afflicta vulgi manibus, & ſævo jacet
Everſa ferro; membra per partes trahunt
[9] Diducta laqueis; obruunt turpi diu
Calcata cœno. verba conveniunt feris
Immiſta factis, quæ timor recipit meus.
[10] Sepire flammis principis ſedem parant,
Populi niſi iræ conjugem reddat novam,
Reddat penates Claudiæ victus ſuos.
Vt noſcat ipſe civium motus, mea
Voce haud morabor juſſa præfecti exſequi.
CHO. Quid fera fruſtra bella movetis?
Invicta gerit tela Cupido.
Flammis veſtros obruet ignes:
[11] Queis extinxit fulmina ſæpe,
Captumque Iovem cœlo traxit.
[12] Læſi triſtes dabitis pœnas
Sanguine veſtro, non eſt patiens
Fervidus iræ faciliſque regi.
[13] Ille [14] ferocem juſſit Achillem

1 Quotquot ſtationis Palatini milites eſtis.
2 Propter inſolentiam σωματοφυλάκων. Raphelengius emendat *Excubat.*
3 Palatium.
4 Præfecti vel tribuni Prætoriani feſtini ducunt cohortes ſuas ad præſidia urbis.
5 Nec populi etiam victi furor & motus cedit.
6 Multitudo populi.
7 Reddere Octaviæ penates Claudii & Neronis nuptias.
8 Indignatio ex his nuptiis.
9 καθαιρεθέντα, reſti & laqueis ex alto dejecta, *deſcendunt ſtatuæ reſtemque ſequuntur.*
10 Circumdare.
11 *Illeſuis ſævos compeſcuit ignibus ignes ſæpe Iovis.*
12 Offenſi Neronis. *vel* vos læſi dab. itaque alii.
13 Amor.
14 Propter ereptam Briſeida iratum. Troad. ℣.221. *vel ſimpl.*

*Pulſare*

*Pulſare lyram : fregit*[15] *Danaos ;*
*Fregit*[16] *Atridem ; regna evertit*
*Priami; claras diruit urbes,*
[17] *Et nunc animus quid ferat horret*
*Vis immitis violenta Dei.*

15 Diutino bello Trojam expugnantes recuperandæ Helenæ gratia.
16 Agamem. ℣. 181.
17 Timeo ne amantis Neronis ira ſævum quid moliatur.

## ACTUS QUINTUS.

### NERO. PRÆFECTUS.

*Æſtuans ira Nero propter tumultum populi, in ipſum ſæviri jubet, & Octaviam, veluti motus cauſam, deportatam in Pandatariam, interfici.*

*O Lenta nimium militis noſtri manus,*
*Et ira patiens poſt*[1] *nefas tantum mea ;*
*Quod non cruor civilis accenſas faces*
*Extinguit in nos; cæde nec populi madet*
[2] *Funerea Roma, quæ viros tales tulit !*
*Admiſſa ſed jam morte puniri parum eſt.*
[3] *Graviora meruit impium plebis ſcelus,*
*Et*[4] *illa, cui me civium ſubicit furor,*
*Suſpecta conjux & ſoror ſemper mihi,*
*Tandem dolori ſpiritum reddat meo,*
*Iramque noſtram ſanguine extinguat ſuo.*
[5] *Mox tecta flammis concidant urbis meis :*
*Ignes, ruinæ, noxium populum premant,*
*Turpiſque egeſtas, ſæva cum luctu fames.*
[6] *Exſultat ingens ſeculi noſtri bonis*
*Corrupta turba : nec capit clementiam*
*Ingrata noſtram, ferre nec pacem poteſt,*
*Sed inquieta rapitur : hinc audacia,*
*Hinc temeritate fertur in præceps ſua.*
*Malis domanda eſt, & gravi ſemper jugo*
*Premenda, ne quid ſimile tentare audeat,*
*Contraque*[7] *ſanctos conjugis vultus meæ*
*Attollere oculos. fracta per pœnas metu*
*Parere diſcet principis*[8] *nutu ſui.*
*Sed adeſſe cerno,*[9] *rara quem pietas*[9] *virûm*
*Fideſque caſtris nota præpoſuit meis.*
PRÆ. *Populi furorem cæde paucorum, diu*
*Qui reſtiterunt temere, compreſſum*[10] *affero.*

1 Motum pop.
2 Funeribus oppleta.
3 Mox. ℣. 821.
4 Octavia.
5 Hoc poſtea fecit incendiarius Imperator, & ſævientem jam per ſex dies ſeptemque noctes ignem ac incendium ipſe è turri Mæcenatiana proſpectans, lætus flammæ pulcritudine, ἅλωσιν Ilii in illo ſuo ſcenico habitu decantavit.
6 Luxuriat (ſcilicet) ex clementia principis (tyranni) nec patitur longæ pacis mala.
7 Auguſtos.
8 Nutui.
9 Tigillinum præfectum prætorio; æqualem Imperatori pietate.
10 Annuncio.

NE. *Et hoc* [11] *ſat eſt?* [12] *ſic miles audiſti ducem?*
*Compeſcis? hæc vindicta debetur mihi?*
PR. *Cecidere motus impii ferro duces.*
NE. [13] *Quid? illa turba petere quæ flammis meos*
*Auſa eſt penates, Principi legem dare,*
*Abſtrahere noſtris conjugem caram toris,*
*Violare quantum licuit inceſta manu*
*Et voce dira, debita pœna vacat?*
PR. [14] *Pœnam dolor conſtituet in cives tuos?*
NE. *Conſtituet, ætas nulla quam famæ eximat.*
PR. [15] *Quam temperet non ira, non noſter timor?*
NE. [16] *Iram expiabit prima quæ meruit meam.*
PR. *Quam poſcat ede, noſtra ne parcat manus.*
NE. *Cædem* [17] *ſororis poſcit, & dirum caput.*
PR. *Horrore victum trepidus adſtrinxit rigor.*
NE. *Parere dubitas?* PR. *cur meam damnas fidem?*
NE. *Quod parcis hoſti.* PR. [18] *fœmina hoc nomen capit?*
NE. [19] *Si ſcelera cepit.* PR. *eſtne qui ſontem arguat?*
NE. *Populi furor.* PR. *quis regere dementes valet?*
NE. *Qui concitare potuit.* PR. *haud quemquam reor.*
NE. [20] *Mulier, dedit natura cui pronum malo*
*Animum, ad nocendum pectus inſtruxit dolis;*
*Sed vim negavit, ut ne inexpugnabilis*
*Eſſet, ſed ægras frangeret vires timor,*
*Vel pœna; quæ tam ſera* [21] *damnatam premit,*
*Diu nocentem. tolle conſilium, ac preces;*
*Et imperata perage:* [21] *devectam rate*
*Procul in* [22] *remotum litus interimi jube,*
*Tandem ut reſidat pectoris noſtri tumor.*

11 Paucorumne cæde.
12 Sic executus es Imperatoris mandatum?
13 Cur non & tota turba quæ petere flammis auſa eſt, &c. pro merito pœnas motus dedit?
14 Anne iratus pœnas exiges?
15 Conſtitueſne pœnas cui non ira, non timor noſter ponat modum?
16 Illa prima expiabit iram meam quæ meruit.
17 Octaviæ.
18 Hoſtiſne nomen in fœminam cadit?
19 Si ſcelera capit, & nomen hoſtis.
20 Mulier potuit, cui mala mens, malus animus. *vel* Octaviam intellige.
21 Octaviam.
22 Pandatariam inſulam in ſinu Cajetano. inf. ℣. 959.

## CHORUS. OCTAVIA.

*Chorus pernicioſum multis favorem populi fuiſſe canit. mox dura fata mulierum domus Cæſareæ commemorat.*

O *Funeſtus multis populis*
*Diruſque favor! qui cum flatu*
*Vela ſecundo ratis implevit,*
*Vixitque* [1] *procul; languidus idem*
*Deſerit alto ſævoque mari.*

1 A litore in altum.

*Flevit*

*Flevit* [2] *Gracchos miſeranda* [3] *parens,*
*Perdidit ingens quos plebis amor*
*Nimiuſque favor,* [4] *genere illuſtres,*
*Pietate, fide,* [5] *lingua claros,*
*Pectore fortes,* [6] *legibus acres,*
*Te quoque,* [7] *Livi ſimile letho*
*Fortuna dedit;- quem neque* [8] *faſces*
*Texere ſui, nec tecta domus.*
*Plura referre prohibet præſens*
*Exempla dolor. modo* [9] *cui patriam*
*Reddere cives aulam, & fratris*
*Voluere toros; nunc ad pœnam*
*Lethumque trahi, flentem, miſeram*
*Cernere poſſunt.* Bene paupertas
Humili tecto contenta latet.
Quatiunt altas ſæpe procellæ
Aut evertit fortuna domos.
OCT. *Quo me trahitis? quodve tyrannus*
*Aut exilium* [10] *regina jubet;*
*Si mihi vitam fracta remittit*
*Tot jam noſtris evicta malis;*
*Si cæde mea cumulare parat*
*Luctus noſtros; invidet etiam*
*Cur in patria mihi ſæva mori?*
*Sed jam ſpes eſt nulla ſalutis,*
*Fratris cerno miſeranda* [11] *ratem.*
*Hæc eſt, cujus vecta carina*
*Quondam genitrix, nunc & thalamis*
*Expulſa ſoror miſeranda vehar:*
*Nullum pietas nunc numen habet.*
*Nec ſunt ſuperi: regnat mundo*
*Triſtis* [12] *Erinnys.*
*Quis mea digne deflere poteſt*
*Mala? quæ lacrymis noſtris queſtus*
*Reddet* [13] *Aëdon? cujus pinnas*
*Vtinam miſeræ mihi fata darent:*
*Fugerem luctus ablata meos*
*Penna volucri procul, & cœtus*
*Hominum triſtes, cædemque feram.*
*Sola in vacuo nemore, & tenui*
*Ramo pendens, querulo poſſem*
*Gutture mœſtum fundere murmur.*

2 Tiberium & Cajum Gracchos viros populares, qui cum Tribuni plebis leges Agrarias reducerent, in patriciorum, quibus illæ leges ingratæ, odium incurrebant ſuamque perniciem. ille à P. Naſica in concione, hic ubi Capitolinum montem occupaſſet, Opimii cos. juſſu occiſus.
3 Cornelia. 4 T. Gracchi Sempronii & Corneliæ è Scipionum familia oriundos. 5 Eloquentia impenſe laudatos. 6 Agrariarum legum ſeu plebiſcitorum auctores acerrimos. 7 Livi Druſe. qui Trib. pleb. conatus Senatum cum plebe in concordiam reducere, judicia ut æqua parte penes ſenatum eſſent & equites lege tulit, quocirca Senatui offenſus, domi ſuæ, incertum à quo, interfectus eſt. alii leg. *Levir*, & Scipionem Africanum minorem intelligunt. alii *Levis* & fortunæ tribuunt: rectius *Leni*.
8 Magiſtratus dignitas, nulli enim tribunis lictores. & hæc dictio magis Scipionem reſpicere videtur, qui & domi ſuæ mortuus repertus eſt. nec tamen de Livio Druſo muto ſententiam.
9 Octaviam cui, &c. cives cernere poſſunt trahi.
10 Fortuna, quæ regina, hera, domina, cui omnia accepta, omnia expenſa feruntur, & in tota ratione mortalium ſola utramque paginam facit. *vel* de Poppea intellige, cum dixerit prius, *tyrannus*, i. e. Nero.
11 Sutilem illam, quam in matris exitium commentus eſt Nero frater meus. ſup. ℣. 307.

12 Agam. ℣. 82. 13 Agam. à ℣. 665. & Herc. Oet. à ℣. 190.

CH. [14] *Re-*

CH. [14] *Regitur fatis mortale genus.*
*Nec ſibi quidquam ſpondere poteſt*
*Firmum & ſtabile. per quæ caſus*
*Volvit varios ſemper nobis*
*Metuenda dies. animum firment*
*Exempla tuum jam multa, domus*
*Quæ* [15] *veſtra tulit. quid ſævior eſt*
*Fortuna tibi? tu mihi primum*
*Tot natorum memoranda parens,*
[16] *Nata Agrippæ, nurus Auguſti,*
*Cæſaris uxor, cujus nomen*
*Clarum toto fulſit in orbe;*
*Vtero toties enixa gravi*
[17] *Pignora pacis;* [18] *mox exilium,*
*Verbera ſævas paſſa catenas,*
*Funera, luctus; tandem lethum*
*Cruciata diu felix thalamis*
[19] *Livia Druſi, natiſque ferum*
*Ruit in facinus; pœnamque ſuam*
[20] *Iulia matris fata ſecuta eſt:*
*Poſt longa tamen tempora ferro*
*Cæſa eſt, quamvis crimine nullo,*
*Quid non potuit quondam* [21] *genitrix*
*Tua, quæ rexit principis aulam,*
*Cara* [22] *marito,* [23] *partuque potens?*
*Eadem* [24] *famulo ſubjecta ſuo,*
*Cecidit diri militis enſe.*
[25] *Quid cui licuit regnum in cœlum*
*Sperare, parens tanta Neronis?*
*Non funeſta violata manu*
*Remigis ante, mox & ferro*
*Lacerata diu ſævi jacuit*
*Victima nati?* *(bras*
OCT. [26] *Me quoque triſtes mittet ad um-*
*Ferus, & Manes, ecce, tyrannus.*
*Quid jam fruſtra miſeranda moror?*
*Rapite ad lethum, queis jus in nos*
*Fortuna dedit. teſtor ſuperos.* [27]
[27] *Quid agis demens? parce precari,*

14 Oedip. ỿ. 980.
15 Cæſarea.
16 Agrippina, M. Agrippæ & Iuliæ filia, nurus Tiberii Auguſti Germanico conjugi novem liberos peperit.
17 Amoris conjugalis & privati pignora paciſque publicæ ſtabilimenta, ut quæ imperii ſucceſſionem firment.
18 Hanc, poſt mortem Germanici nullo ſermone dignatus eſt Tib. mox inter cœnam porrecta à ſe poma guſtare non auſam vocare deſiit: deinde Pandatariam relegavit, convitiantique per Centurionem oculum excuſſit. Rurſus inedia mori deſtinanti per vim ore diducto cibum infulciri juſſit. Poſtremo voluntaria inedia abſumptam criminoſiſſime fuit inſectatus, diem illius natalem inter nefaſtos referendum imperavit, & cadaver in Gemonias projici juſſit. 19 Livia Druſi uxor quia maritum Druſum interfici curarat, Tiberii, cujus nurus erat, neque tormentis neque ſupplicio parcentis juſſu interfecta fuit. 20 Iulia Druſi filia matris Liviæ fata ſecuta crimine incerto nec defenſione ulla data à Claudio in exilium pulſa, mox cæſa eſt.
21 Meſſalina. 22 Claudio. 23 Britannici prius Germanici dicti, tuique. 24 C. Silio cui nupſit ſup. ỿ. 16. vel Narciſſo liberto. *Indulſit Cæſar cui Claudius omnia, cujus Paruit imperiis uxorem occidere juſſus.*
25 Quid Agrippina? quæ conſecrationem & ἀποθέωσιν ſperare potuit, ut quæ Auguſta Claudii conjux, Neroniſque mater, non & illa primum merſa, mox cæſa, &c. Sup. ỿ. 305. — 26 Sup. ỿ. 104. 27 Elegans Apoſiopeſis. cum ſup. ỿ. 900. dixerit ſuperos non eſſe, nec curare pietatem numina.

*Queis inviſa es, numina divûm.*
*Tartara teſtor, Erebique* [28] *deas*
*Scelerum ultrices, & te genitor*
*Dignum* [29] *tali morte, & pœna:*
*Non inviſa eſt mors iſta mihi.*
*Armate ratem, date vela fretis,*
*Ventiſque petat puppis rector*
*Tandem* [30] *Pharia litora terræ.*
CHOR. *Leves auræ, Zephyrique leves,*
*Tectam quondam nube ætheria*
*Qui vexiſtis raptam* [31] *ſævæ*
*Virginis aris Iphigeniam;*
*Hanc quoque triſti procul à pœna*
*Portate, precor, templa ad* [31] *Triviæ:*
*Vrbe eſt noſtra mitior* [32] *Aulis,*
*Et* [33] *Maurorum barbara tellus.*
[34] *Hoſpitis illic cæde litatur*
*Numen ſuperûm: civis gaudet*
*Roma cruore.*

28 Furias. Med. 966. 29 Veneno extingui ab Agrippina quod Meſſalinam interfici juſſeras, Agrippinam duxeras. 30 Fieri potuit ut mulier conſternata ſe juſſu Neronis in Ægyptiam Pharum pro Pandataria deportandam crederet, *vel* quod ipſa Pandataria vicina Capreis dicta eſt Pharia terra, ut & Sicilia regnum Neapolitanum, cujus Pandataria pars Pharus dicta. 31 Dianæ Fiſcelidis, qui Iphigeniam victimam loco cervæ ſubſtituit: ſuis Iphigenia ſacris præpoſita, Troad. ℣. 161. 32 Agam. 171. ubi Iphigenia mactata eſt. 33 Propter Antæum. Herc. Oet. ℣. 24. vel Buſiridis aras Herc. Fu. ℣. 483. quæ in Ægypto quidem, ſed & illa Africæ portio, neque enim novum eſt Afros omnes dici Mauros, vel propter Heliopolitas, vel denique ſimpliciter propter Maurorum barbariem. Lipſ. è conjectura legit *Taurorum*, intelligitque Dianæ apud Tauros in Scythia aram; idque propter ſequentia, dicit enim. 34 Illic hoſpites, Romæ cives immolantur. Roma itaque Aulis mitior & Taurica.

FINIS.

Biblioteka Jagiellońska
stdr0026973

Seneca
&
Pontif. Vit.
&
Rhetor.
Rad.